

SLAVORUM LITTERAE THEOLOGICAE.

CONSPECTUS PERIODICUS.



SEPARATA EDITIO SUPPLEMENTI
PUBLICATIONIS PERIODICAE CLERI BOHEMICI
„ČASOPIS KATOLICKÉHO DUCHOVENSTVA“.

DIRIGENTIBUS

Dr. JOS. TUMPACH, Dr. ANT. PODLAHA, AD. ŠPALDÁK
Pragae,
J. URBAN Dr. FR. GRIVEC Dr. LUC. JELÍČ
Cracoviae. Labaci. Jadrae.

ANNUS III.

1907

PRAGAE BOHEMORUM 1907.

SUMPTIBUS PROPRIIS. TYPIS AEP. OFFICINAE TYPOGRAPHICAE.
IN COMMISSIONE EIUSDEM TYPOGRAPHIAE PRAGAE f. 190.
(ROHLICEK & SIEVERS.)

Epitome.

BOHEMICA.

Jan Bělina: Spiritismus	1
Sborník historického kroužku (Ref. J. M. Černý)	1
Fr. Štědrý: Obrana sv. Jana Nepomuckého (Ref. J. Bartoník)	97
Časopis katolického duchovenstva 1906 (Ref. J. Ruprecht)	100
Dr. Alois Soldát: O jedinosti a nerozlučitelnosti manželství (Ref. Th. dr. Fr. Reyl)	107
Adolf Špaldák: Nauka katolická o milosti (Ref. dr. Kordač)	108
Jan Sedláček: Eucharistické traktaty Jana ze Znojma	110
Dr. Ioannes Nep. Sedláček: Wenceslai Francisci Coelestini a Blumenberg: A) Autobiographia, B) Acta capitularia 1646—1674	110
Frant. Fryč: Chronologie života Páně (Ref. P. Franc. Reindl C. SS. R.)	110
Rádce duchovní (Ref. J. M. Černý)	111
František Vacek: Sociální dějiny české doby starší	115
Josef Wilpert: Malby v dřevní basilice sv. Klimenta	118
P. Frant. Žák T. J.: O modlitbě prosebné (Ref. F. Kubíček)	205
Fr. Snopek: Studie Cyrillo-Methodéjské	207
Dr. Ant. Podlahá a Kamil Hilbert: Metropolitní chrám sv. Vítá v Praze (Ref. Dr. Aug. Stegenšek) .	209
Dr. Fr. Kordač: Theologie v organismu věd universitních .	211
Jos. Plaček: O starších klášterech česko-moravských, zvláště řehole benediktinské	301
Vlast 1905—6 (Ref. Aloysius Stork)	301
Adolf Špaldák: Člověk a zvíře (Ref. F. Žák)	301

BULGARICA.

Církevoven Věstník 1906	2
Bibliotheca	120

CROATICA.

Katolički list	3
Vrhbosna	122
Hrvatska Straža (Ref. Fr. H. Žundálek)	304

PALAEOSLAVICA.

Martyrii s. Georgii et Periodorum s. Ioannis Apostoli et Evangelistae fragmenta glagolitica (Ref. J. Vajs)	123
---	-----

POLONICA.

Ant. Wysłouch: Mistrz z Nazareta (Ref. C. Feliś)	4
P. J. K. Podlasiak: Męcenstwo Unii na Podlasiu (Ref. C. Feliś)	5
Ks. St. Kujot: Kto założył parafie w dzisiejszej diecezji chełmińskiej	5
Kwartalnik teologiczny	5
Rozprawy Akademii umiejętności w Krakowie	7
Libri theologici nuper editi	7
Ks. Dr. Franciszek Gabryl: Psychologia	143
Maurycy Straszewski: Filozofia sw. Augustyna na tle epoki	211
St. Zaleski T. J.: Jesuici w Polsce	213
Dzisiejsze zadania katolicyzmu w Polsce	213
Ludwik Kubala: Stanisław Orzechowski i wpływ jego na rozwój i upadek reformacji w Polsce	214
J. Warminski: Andrzej Samuel i Jan Seklucyan	215
Tad. Troszkolanski: Dzieje reformacji polskiej w latach 1556–60	215
Libri recentiores polonici	215
Świat Słowianski (Ref. Fr. H. Žundálek)	304

RUSSICA.

Pavel Giduljanov: Mitropolity v pervye tri věka hřristianstva (Ref. M. Haluščynskyj)	7
Strannik 1905 (Ref. Dr. F. X. Grivec)	14
Strannik 1906 (Ref. Dr. F. X. Grivec)	15
B. I. Gladkov: Tolkovanie evangelija (Ref. C. Večeřa)	17
Trudy kievskoj duhovnoj Akademii (Ref. M. Haluščynskyj)	19, 224, 326
Nikolaj Glubokovskij: Blagověstie sv. Apostola Pavla po ego proišloždeniju i sušestvu (Ref. C. Večeřa)	23
Věra i Razum (Ref. A. Palmieri)	36, 219
Izvěstija otdelenija russkago jazyka i slovesnosti Imperatorskoj Akademii Nauk	38
Hřristianskoe čtenie 1905 (Ref. Frant. Jemelka)	39
Quaedam animadversiones de statu, qui nunc est, scientiae iuris canonici in Russia (Ref. Demetrius Jaremko)	40, 233

P. Pirling: Novye materialy o žizni i dějatel'nosti Jakova Rejtenfel'sa	41
Cerkovnyj Věstnik (Ref. Dr. L. Petr)	42
Prof. Th. Tito v: Russkaja pravoslavnaja cerkov v pol'sko-litovskom gosudarstvě v XVII.—XVIII. vv. (Ref. M. Haluščynskyj)	44
Bogoslovskyj Věstnik (Ref. M. Haluščynskyj)	. 47, 240, 307
Cerkovnya Vědomosti (Ref. Dr. L. Petr)	50
Libri russici a. 1906 editi	53
A. Prugavin: Religioznye otšepency	145
D. Skvorcov: Sovremennoe russkoe sektantstvo (Ref. M. Haluščynskyj)	145
E. Golubinskij: K našej polemikě s staroobrjadcami (Ref. M. Haluščynskyj)	215
Simeon Nikol'skij: Istorija cerkvej Antiohijskoj i Konstantino-pol'skoj za vremja svyatago Ioanna Zlatoustu po ego tvorenijani (Ref. M. Haluščynskyj)	222
K. Zaprudskij: Vselenskij sobor (Ref. Dr. Th. Leonini)	306
V. Sokol'skij: Evangel'skij ideal hristianskago pastyrja (Ref. Dr. Leonini)	310
Hristianskoe Čtenie 1906	315
Vladimir Solov'ev: Rossija i vselenskaja cerkov' (Ref. Fr. Žundálek)	323
Russkij Arhiv (Ref. Th. Leonini)	326

RUTHENICA.

De statu praesenti ecclesiae et litterarum theolog. apud Ruthenos (Ref. O. Voljanskyj)	58, 244
--	---------

SERBICA.

Glasnik pravoslavne crkve 1906 (Ref. Deinetrius Jaremko)	60
Bogoslovski Glasnik	249

SLOVENICA.

Fr. Kovačič: Doctor Angelicus sv. Tomaš Akvinski (Ref. Dr. A. Ušeničnik)	62
Voditelj v bogoslovnih vedah 1906—7 (Ref. Th. Lempl)	251
Dr. Michael Napotnik: Pastirski listi	255
Katoliški Obzornik 1906	257

PARS DISSENSIONIBUS INTER ECCLESIAM OCCIDENTALEM ET ORIENTALEM COMPONENDIS DESTINATA.

Num ecclesiae orientales ab unitate catholica separatae habeant sacramentorum extremae unctionis. Dr. J. Kern	63
De miraculis acatholicorum. Dr. J. Pořický	69

De sacramento poenitentiae. A. Špaldák	72, 332
De causa Papae Honorii. Dr. P. Sinthern	. . 117
De motivis polemicae inter catholicos et orthodoxos. A. Palmieri	. 258
Doctrina Russorum de canone Veteris Testamenti. Ad. Jašek	. 264

EXTERNA, AD NOS PERTINENTIA.

Die Kultur	89
Zeitschrift des deutschen Vereines für die Geschichte Mährens und Schlesiens	89
Theologische Quartalschrift	90
Theologisch-praktische Quartalschrift	90
Revue ecclésiastique de Metz	90
Analecta Bollandiana	90
Études (Ref. O. Židek)	90
G. Hölscher: Kanonisch und Apokryph	. 194
A. Lehmkühl: Probabilismus vindicatus	. 194
K. Gross: Die russischen Sekten 194
Dictionnaire d'archéologie chrétienne et de liturgie	. 194, 273
La Civiltà Cattolica	. 197
Stimmen aus Maria-Laach	197
Revue de l'Orient chrétien	. 198
Revue Internationale de Théologie .	198
NEA ΣΙΩΝ (Ref. O. Židek)	. 276
La Ciudad de Dios	. 278
Rivista internationale	. 278
Bessarione 1905—6 278
Revue Bénédictine (Ref. O. Židek) 279
J. Knabenbauer S. J.: Commentarius in duos libros Machabaeorum (Ref. O. Židek)	. 280
J. B. Rebourg: Traité de Psaltique 281
Memoria liturgiae slavicae in dioecesi Auxerensi (Ref. O. Židek)	. 281
Ant. Malvy: La Réforme de l'Église russe. (Ref. O. Židek)	. 281
Jos. Kern S. I.: De sacramento extremae unctionis tractatus dogmaticus (Ref. Ad. Špaldák) 364
Vlad. de Meester O. S. B.: Études sur la Théologie orthodoxe (Ref. O. Židek)	. 368
H. G. Voigt: Biographie des hl. Wenzel	. 371
Rivista storico-critica delle scienze teologiche	. 372
Jahresbericht der schlesischen Gesellschaft für vaterländische Kultur	. 372
Échos d'Orient (Ref. Dr. B. Spáčil)	373, 299
ΑΡΜΟΝΙΑ (Ref. Dr. B. Spáčil)	. 372
Bessarione 1906—7 (Ref. Dr. B. Spáčil)	. 374

RESPONSA AD INTERROGATIONES.

De purgatorio	92
---------------	----


De salute peccatoris morientis in attritione existentis	. 283
De valore absolutionis in ecclesia Orientali	. 286

MISCELLANEA.

De usu linguae slavicae in sacra liturgia .	. 198
De Velehradensi conventu theologorum commercii studiorum inter Occidentem et Orientem cupidorum	287
Pius X. de sollemnitate centenaria s. Ioannis Chrysostomi	. 376

ALIORUM IUDICIA DE NOSTRO PERIODICO.

Čech . .	95
Cerkovnyja Vědomosti 1906 .	95
Revue de l'Orient chrétien 1907	. 299
Theologisch Tijdschrift 1907	. 299



•

Slavorum litterae theologicae.

Conspectus periodicus.

Dirigentibus

Dr. Jos. Tumpach. Dr. Ant. Podlaha. Ad. Špaldák. Pragae.
J. Urban, Cracoviae. Dr. F. Grivec. Labaci. Dr. Luc. Jelić. Jadrae.

Annus III. (1907)

Pragae Bohemorum.

Nr. I.

BOHEMICA.

Jan Bělina Spiritismus. Praga 1906. Hlasů katol. spolku tiskového roč. 37. čís. 3. Cena 1 K 30 h, str. 211.

Prout in variis Europae terris, ita etiam in Bohemia, praesertim in districtibus montanis, spiritismus haud paucos habet in populo asseclas. Hinc saepe saepius iam tum cleris tum fideles librum exoptabant, in quo stylo populari facilique spiritismi natura delinearetur. Id quod praesenti libro factum est. Auctor, qui in regione curam animarum exercet, ubi spiritismus in floribus est, tum propria tum aliorum experientia ductus nec non clarissimorum virorum elucubrationes de eadem materia tractantes prae manibus habens, viginti capitibus clare ac perspicue exhibet omnia, quae huncce moderni temporis morbum respiciunt, non solum eiusdem historiam, sed etiam naturam sequelasque proponens.

Sborník historického kroužku. (Collectanea coetus historici.)

Annus VI. 1905; VII. 1906 Pragae. Edendis praeest Dr. M. Kovář.

Hi commentarii eduntur ab anno 1893. In primo exordio suo usque ad annum 1900 octo fasciculi editi sunt, quorum ultimus duas in partes dispescitur. Ab anno vero 1900 singulis annis quattuor fasciculi eduntur. Hinc ab illo anno de novo incipit numerus singulorum annorum.

Materiae tractatae desumuntur ex historia ecclesiastica praesertim regni Bohemiae. Specialis vero cura adhibetur aetati reformationis, quae vocatur, et protestantiae et catholicae a saeculo XVI—XVIII. Editores huius Sborník hunc finem sibi proposuerunt singularem, ut ecclesiam et imperatores catholicos purgarent a calumniis de renovandae fidei catholicae in regno Bohemiae (a saeculo XVI—XVIII) conatibus per rerum scriptores disseminatis. Itaque ostendere student a rerum scriptoribus multa exaggerata, alia omnia false descripta, alia, quae ad honorem ecclesiae et imperatorum catholicorum pertinent, silentio tecta esse. Ut igitur pateat, quid de his rebus tenendum sit, non solum commentationes, sed etiam documenta nondum typis exscripta edunt.

Singuli fasciculi et maiores commentationes lingua plerumque Bohemica scriptas, et documenta lingua originali exarata, et iudicia critica de libris quibusdam hue spectantibus, et alia minora continent.

In quattuor fasciculis ex anno 1905 indefessus et optime meritus Dr. Ant. Podlaha affert commentationem: Z prvých let činností arcibiskupa pražského Zbyňka Berky z Dubé. (Ex primis annis officii pastoralis archiepiscopi Pragensis Zbyněk Berka de Dubá) p. 1—5; 108—113, in quo archiepiscopum de ecclesia catholica bene meritum et pastorem fidelem ovium sibi concreditorum ex documentis authenticis depingit. Idem sub inscriptione »Rukopisný sborník Evermonda Jiřího Košetického (Collectanea manucripta domini Evermondi Georgii Košetický) p. 20. 87. 181. 241; VII., p. 29. 189 pergit exhibere critice indicem

eius manuscripti. In commentatione eius inscripta: *Z dějin katolické reformace ve století XVIII.* (cuius pars iam antea edita est), describitur labor missionarius PP. Societatis Iesu saec. XVIII. (VI. p. 41—44; 119—121; 173—176); VII., 85—88; 202—5.

Alius non minus bene meritus auctor de hoc folio Dr. M. Kovář hoc anno scripsit: »Praha za vlády Francouzů, Bavorů i Prusů roku 1742 až 1744. (De imperio Francogallorum, Bavarorum et Borussorum in urbe Pragensi ab a. 1742 usque ad a. 1744.) F. Štědrý exponit de parochia Perucensi. (Farní osada Pe-rucká). — Dr. Ant. Lenz: Sv. Tomáš Aquinas a M. Jan Víklif o řeholích. (Quid senserint s. Thomas Aquinas et M. Ioan. Wicleffius de religiosis ordinibus?) Pars II.; (p. I. edita est a. 1904) p. 49—54; 154—7; 239—240; VII., 98—103; 205—8. Agitur de M. I. Vielef religiosorum (monachorum) adversario; consentiens de virtutum consiliorumque evangelicorum excellentia cum s. Thoma Aq. disserimen inter mandata et consilia sustulit omnemque hominem christianum paupertati, castitati, oboedientiae obligatum esse putabat, secum ipse (De civ. Dom. I., c. 23. 24. discrepans. Causa impugnandi Mendicantes fuit, quod erroribus eius restiterunt (Cone. Lond. 1382). Per diabolum introductas esse novas »sectas« (sc. religiones) inde probat, quod scripturae de eis non loquuntur: »quia Luc. cap 11. dicit Christus, qui non est mecum, contra me est.« De fundatione sectar. cp. 9.

Accedunt commentationes: J. Vávra, (Slezské zprávy o česko, moravských emigrantech (1626—1642) p. 177—9; 193—9. (De haereticis, qui e Bohemia et Moravia emigraverunt, nuntii Silesiaci); Fr. V. Peřinka, Zrušení kláštera panen benediktinek v Pustiměři p. 34—40; 102—107; 246—9; VII., 32—38) (De monasterio virginum s. Benedicti sublato Pustimerii in Moravia.) Jos. Černík, Kartusiáni na Moravě (De Carthusianis in Moravia) VII., 78—85 — Fr. V. Peřinka, Klášter cisterciácký ve Vizovicích (De monasterio Cisterc. Vizovicii [Smilheim, Velchradiensis filialis]) VII., 88—98; 113—123. — H. Gross, Václav z Rovného De Venceslao de Rovné † 1531) VII., 193—9.

In miscellaneis dr. Ant. Podlahá narrat de haereticis, qui in vineis circa Pragam sitis saec. XVIII. latebant.

Sborník optima affert ad religionem catholicam defendendam et unde cognoscatur, utri parti vis, minae, dolus exprobrari possint, catholicis an eorum adversariis. Quicumque igitur de rebus saec. XVI.—XVIII. scribit certe singulos fasciculos consulere debet. Sperandum est fore, ut mox index alphabeticus fasciculis editis adiciatur, ut res contentae facilius inveniri possint.

J. M. Černý.

BULGARICA.

Crkoven Věstnik 1906, nr. 7—37.

Hr. I. Popov, Dvě proizvedenija na poslednija týrnovski i trapezicki patriarch Evtimij (Duo opera Euthymii, ultimi patriarchae Ternobensis) nr. 6—9, 11. — De Euthymio patriarcha (a. 1375—1393) cf. Sl. l. th. II., 88—89. De Euthymii operibus litterariis Hr. I. Popov iam a. 1901 edidit opus »Evtimij, poslěden týrnovski i trapezicki patriarch; eodem anno prof. (universitatis Černoviciensis) E. Kalužnjacki publicavit opus »Werke des Patriarchen von Bulgarien Euthymius (1375—1393)«, qui duo opera Euthymii antea ignota affert. »Pohvalnoe slovo (panegyricum) sv. Ivanu Polivotskomu« et »Epistola (poslanie) ad Nicodemum Tisensem (monachum in monasterio Tisensi in Moldavia). Utrumque opus in Moldavia (Rumunia) inventum est. Euthymii opera stilo eleganti atque alacri excellunt magnumque ingenium produnt; Euthymius litterarum Bulgaricarum nationalium (secundum auctorem) conditor dici potest.

Bogoslovski pisma (Epistolae theologicae) nr. 14—15. —
Versio ex opere Hettinger, Timotheus.

De propositione Archiepiscopi Menini (archiep. catholici Philipopolensis) nr. 16.

Archiep. Menini gubernio Bulgariae proposuit (a. 1905), ut kalendarium Gregorianum suum faceret et ut »concordatum« cum Romano Pontifice conficeret; insuper addidit, unionem eccl. Bulgaricae cum Romano-cathol. faustum fore pro Bulgaris. Ad haec »synodus« Bulgarica »ministerio rerum externarum et cultus religiosi« hoc misit responsum (a. 1906): 1º Unionem cum eccl. Romano-cathol. desideratissimam quidem esse, considerandum tamen, non eccl. Bulgaricam, sed Romanam schismaticam esse atque in erroribus versari. 2º. Kalendarium Gregorianum in Bulgaria induci non posse nisi id fieret in tota eccl. orientali. 3º. »Concordatum« cum R. P. (quo catholici, praesertim hierarchia et sacerdotes, iisdem ac schismatici fruerentur iuribus) componi non posse, cum numerus catholicorum in Bulgaria exiguus sit (22, 617, ex quibus 6,500 peregrini sunt); nec necessarium esse talem contractum internationalem, cum omnes cives Bulgarici libertate religiosa fruerentur.

De eadem re late agitur in nr. 22—29.

D. M., De institutione (ustrojstvo) orthodoxi seminarii clericalis in Dalmatia, nr. 35—36. — In Dalmatia seminarium clericorum Serbicum a. 1808 in Šibenik (Sebenico) erectum est. Cursus studiorum quattuor durat annos. Docentur: lingua ecclesiastico-slavica et Graeca, introductio generalis in theologiam, th. dogmatica, moralis, pastoralis introductio in s. script. et exegesis, liturgica, historia eccl., ius eccl., homiletica, catechetica, paedagogica. Auctor seminarii ut exemplare laudat.

P. Kuzev, De monasteriis Bulgaricis, nr. 37. Auctor conqueritur monasteria Bulgarica e pristina gloria decidisse, disciplinam monasticam lapsam esse. Quapropter necesse esse, ut vita monastica reformatur, ut monasteria fiant asyla pietatis et misericordiae, scholae scientiae et morum.

CROATICA.

„Katolički List“ Zagrabiae 1906, nr. 1—41.

K. Dočkal, Moderno kršćanstvo (De moderna religione christiana) nr 1—5. — Fides, quae auctoritati Dei et ecclesiae innititur, ab iis, qui dicuntur »christiani moderni« non agnoscitur; iuxta eorum doctrinam alia auctoritas non est nisi rationis; ratio et conscientia independentes, autonomae sunt. Religio modernorum »scientiae« innititur; a »scientia« vero, quidquid supernaturale est, reicitur vel saltem ignoratur. Auctor ostendit religionem hanc modernam falsis principiis (praesertim subiectivismo) inniti. Deinde doctrinam »christianam modernam« iuxta librum J. Réville »Modernes Christentum, Tübingen u. Leipzig 1904« (versio facta ex originali Gallico) accuratius considerat ac refutat.

A. Dujmušić, Crkveni zakoni kamatih (De lege ecclesiastica de usuris) nr. 4—5. — Ecclesia usque ad saec. XIX. catholicis severissime prohibebat, quominus usuras acciperent. Auctor breviter demonstrat ecclesiam omnino apte leges suas hac de re mutasse, cum tempore moderno pecunia iam non tamquam »res primo usu consumptibilis« habenda sit.

Dr. F. Zagoda, De »Apologetico« Tertulliani; nr. 6—16. — Analysis et explicatio.

Dr. K. Horvat, De archivo Vaticano nr. 13—16. — Ex Croatis in archivo Vaticano in monumenta historiae Croaticae inquirebant I. Kukuljević, Dr. F. Rački (cuius merito adscribendum est, a Theiner

collecta esse »Monumenta Slavorum meridionalium I. t Romae 1863, II. t. Zagrabiae 1875), E. Fermendžin, Dr. L. Jelić, Dr. M. Granic et novissime auctor huius articuli Dr. K. Horvat (a. 1904 - 1906) inquirens in monumenta saec. XIII, XIV et XVI.

Dr. M. Pacher, *Tajna iz povijed* (De confessione privata [secreta]) nr. 17—27 — Inter alios etiam Rabar, historicus Croata, in »Historia imperii Romani (Povijest carstva rimskoga II., 35—37) sacramentum poenitentiae saeculo demum V omnino evolutum esse affirmavit. Contra hunc aliasque adversarios auctor solida argumentatione (historico-dogmatica) demonstrat, confessionem sacramentalem institutam et ad salutem esse necessariam iure divino, et modum secreto confitendi soli sacerdoti esse Christi institutum et mandatum (Trid. sess. XIV, c. 6.). De disciplina poenitentiali breviter disserit (nr. 17, 18). Ex Scriptura et traditione (ex patribus) demonstrat Christum instituisse sacramentum poenitentiae in forma »iudicii spiritualis« (nr. 20—22). Ex iisdem fontibus probatur institutio sacramenti poenitentiae in forma »confessionis privatae coram sacerdote (nr. 23—26).

Dr. J. Čenkić, *Pareclaeija patronatskikh dobara i pravo prezente* (De »parellatione« bonorum patroni et de iure praesentationis) nr. 33—36.

Idem, *Položaj kapelana u svjetlu kanonskog prava* (De condicione capellani in luce iuris canonici) nr. 40—41. F. G.

POLONICA.

Antoni Wysłouch, Mistr z Nazaretu. Warszawa 1905. str. 174. (Magister e Nazareth).

Auctor, innexus argumento, ex personis vel factis Novi Testamenti desumpto, in serie poetarum descriptionum depingit varios characteres animae humanae, varia illius ad veritatem, ad amorem etc. suspiria, Christumque reprezentat ut fontem, qui solus haec animae suspiria quietare, solus humanum explere cor potest.

Primum, quod lectoris illius libri menti obversatur, est haec profunda sane personae Christi cognitio, quam raro in huiusmodi litteratura reperimus.

Obici forte possit, divinum in Christo elementum hic non sat forte apparere: est fatendum, esse perdifficile, in einsmodi postieis imaginibus digne Christi divinitatem afterre.

Omnino vere et realiter auctor animam intellexit humanam, quae ibi in omni suae existentiae varietate appareat. Videmus hie eam ad summa atque optima eniti, sed et in pessima atque infima non raro delabi: atque in omni hoc statu, videmus, eam posse invenire auxilium in Christo, qui solus seit eam et in summis sustentare et ex infimis eripere. Dicamus, auctorem in anima rite depingenda bene versatum sese ostendisse.

Insuper placent crebrae et variae descriptione naturae. Singularem merentur mentionem descriptiones in capitibus Verbum Caro factum est „Nicodemus „Et lacrimavit Iesus

Stilus libri elegans, plenus profundarum reflexionum et aphorismorum. — Propter hanc suam indolem liber ille omnino meretur, praesertim nostris temporibus, singularem attentionem. C' Felis.

Podlasiak P. J. K.: Męczeństwo Unii na Podlasiu. Kraków 1905. (375). — (*Martyrologium Unionis in Podlachia.*)

Quae quave constantia atque animi fortitudine tulerint ac perpessi sint mala Unitae praesertim in Podlachia, quibus mediis Rossiae magistratus Unionis exitium intenderint — ecce thema, quod demonstrandum auctor in hoc libro suscepit. Paucis de tristi, tum politica, tum sociali et religiosa illius regionis post annum 1863 condicione praemissis, enarrat persecutionem religiosam cleri Latini (cap. I.), Graeco-catholici (cap. II.), ac denique totius Unitarum populi (pag. 97—375).

Singulos decanatus percurrente, quaecunque in illis notatu digniora acciderint, maximo cum amore clarus ille Unionis amicus accurate illustrat. In campo huius agonis maxima in luce conspicimus personas, tum perversissima malitia imbutas (Czernaski, M. Popiel etc.), tum summa dignas veneratione (eppi Feliński, Szymański, Kaliński etc.). Auctoris opera multa, hos insignes episcopos spectantia momenta bibliographica, conservata gaudemus.

Librum auctor iam anno 1883 typis imprinere voluit, sed casu quedam periit manuscriptum et usque ad an. 1905 mansit occultum.

Historicum quod attinet valorem, est liber ille omni fide dignus. Omnia auctor vel ipse testis, quae diuturnus illius regionis incola, vidit, vel a martyribus eorumque consanguineis accepit, multa denique authenticis comprobat documentis, quae illi episcopi, sacerdotes et non raro ipsi magistratus non denegarunt. Auctor diligentissime studuit, ne quid posteriorum memoriam temporum praeteriret, quod nostrorum religiosorum herorum — sic enim eos appellare fas est — gloriam augere possit. Auctori itidem debemus, nos in illa hodierna universali pugna cum ecclesia, habere domestica exempla, quae nos doceant amorem fidei, amorem Matris Ecclesiae.

C. Felis.

Ks. St. Kujot Kto założył parafie w dzisiejszej diecezji chełmińskiej (Quisnam fundavit parochias in huius temporis dioecesi Culmensi), Pars II., Toruń, 1905, sumpt. Towarzystwa naukowego w Toruniu pag. 370, mag. 8^o, pretium 6 mar.

Prima pars huius operis, quae apparuit aliquot abhinc annis de parte episcopatus Culmensis ad sinistram Vistulae ripam tractat. Haec secunda pars de parte episcopatus altera tractat imprimis de erectione episcopatus pruthenorum, quae quidem initio saec. XIII. locum habuit et in specie episcopatus Culmensis a. 1243. Deinde deseribitur status eiusdem episcopatus usque ad saec. XV., relatio inter episcopos et ordinem „Crucigerorum” denique fundationes et dotations singularium ecclesiarum in districtu qui Culmensis audit. Accedit index alphabeticus nominum rerumque. Totum opus fontibus historicis innititur, rem modo doctrinae proprio tractat: proinde ad historiam ecclesiasticam Poloniae et Borussiae non parvi est momenti.

β.

Kwartalnik teologiczny, rocznik IV. (1905), zeszyt III. i IV. Warszawa, red. A. Szaniawski.

Fasciculus hic, ex duobus coniunctus, septem mensibus serius quam oportebat, editus est in lucem. Propterea etiam evenit, ut in

anno 1905, quem exhibit titulus libelli, citentur iam periodici et libelli, qui demum a. 1906 apparuerunt [cfr. pag. (8), (13), (14), (16)].

Ex articulis in *Kwartalnik* contentis, digni sunt qui adnotentur:

Ks. St. Chodyński: *Biskupi suffragani w Łośławscy* (Episcopi suffraganei Vladislavienses) (p. 1—16). De relatione suffraganeorum ad capitulum cathedralę tractat seriemque suffraganeorum exhibit sed nondum finit.

Dr F. Gabryl: *Realizm i nominalizm w dziedzicach filozofii* (Realismus et nominalismus in historia philosophiae) p. 17—33, reliquum sequetur.

Idem: *Duszsa w psychologii nejnowszej* (novissima psychologia de anima) p. 101—129. Enumerantur interim variae theoriae de essentia animae humanae, reliquum sequetur.

Ks A. Dębrowski: *O istocie przeistoczenia* (De essentia transsubstantiationis) p. 130—136. Breviter exhibit novum conceptum transsubstantiationis in mysterio SS. Eucharistiae. Imprimis, iudicio auctoris, theoria peripateticorum de materia et forma substantiali oīnnino est derelinqua, si volumus mysterium tremendum aliquando declarare. Physica Aristotelis, utpote ipsa obscura, non lucem sed maiorem obscuritatem affert doctrinæ de Eucharistia. Invocanda est potius physica nova, quae corpora ex aggregatis atomorum, molecularum constare docet. Transsubstantatio, quam Dr. Dębrowski mutationem hyperphysicam vocat, in hoc consistit, quod aggregata molecularum, quae panem, resp. vinum constituebant, quamvis peracta etiam consecratione maneant physice immutata, tamen non iam pertinent ad panem, sed ad Corpus Christi *). »Consecratione peracta Christus non solum potest, immo debet dicere: atomi, quae hucusque substantiam panis et vini constituebant, nunc vi legis a me constitutae non amplius pertinent ad substantiam panis et vini, sed meae sunt, utpote pertinentes ad substantiam mei corporis sacramentalis, quod pari modo assumpsi in unitatem meae personae, sicut oīn naturam humanam in incarnatione cum divina coniunxeram... . . . »De atomis fit hic iure plus minusve idem, quod de numismatibus fieri solet, cum ab uno possessore ad alium transeunt. . . . Suam theoriā confert pr. D. cum canonibus Concilii Tridentini, nihilque in eis decretum fuisse, quod theoriā suā excluderet, ostendit. — Proposita notio transsubstantiationis certe facillima est, attamen admitti nequit, utpote reapse, quamvis aliis verbis, renovans conatus Baymae et Rosminii reprobatos a S. Sede a. 1875 et 1887 (Cfr. Denz. Enchir. n. 1684—1686, 1764—1766). Etiam veterum explicationum Ruperti Tuitiensis et Ioannis Parisiensis, de unione hypostatica Verbi cum pane hic memoria animum legentis subit.

Ks. J. Gołąb: *O tłumaczeniu Nowego Testamentu przez Jaka Wujka* p. 137—153, finis.

Ks. A. Szaniawski: *Najnowsze odkrycia w teorii budowy psalmów* (Recentissimae observationes de theoria constructionis psalmorum) p. 176—198 Instituitur analysis ps. 45. Reliquum sequetur.

Reliqui articuli spectant praesertim historiam Polonicam (varia documenta) et asceticam. Pro nobis minoris sunt momenti. —

*) „Po konsekracji Chrystus nie tylko może, ale nawet musi powiedzieć: te atomy, które uprzednio stanowiły istotę chleba i wina, obecnie, na mocy prawa przeze mnie ustanowionego, już nie należą do istoty chleba i wina, lecz są memi osobistością, jako należące do istoty mego ciała sakramentalnego, które tak samo przyjęłem do jedności mojej osoby, jakiem uprzednio naturę ludzką połączyl z Boską we wcieleniu.” . . . „Z atomami dzieje się tu mniej więcej to samo, co z pieniędzmi, gdy one od jednego właściciela przechodzą do drugiego”

Rozprawy Akademii umiejętności w Krakowie. Wydział filologiczny, seryja II, tom. XXVIII. Kraków, 1906.

Exhibitentur duae dissertationes, quae illustrant historiam litterarum theologico-polemicae in Polonia, nimirum

1. Dr. *Cyril Studziński*: Ze studiów nad literaturą polemiczną (p. 69–96) disserit de scriptis polemiciis metropolitae rit. gr. cath. Hypatii Pociej contra schismaticos patriarchas Lucarim et Meletium Pegasusum.

2. Dr. *Tadeusz Grabowski*: Z dziejów literatury kalwińskiej w Polsce (p. 250–488) multa habet, quae ad scripta calvinistarum contra catholicos et viciōsim attinent.

Libri theologici nuper editi.

S. Garski, Materjalistyczne pojmowanie dziezów aetyka (De materialismo et ethica) Leopoli 78 p.

St. Kętrzyński, Kilka uwag o opacie Astryku — Anastazym. (De abate A. A.) Vars. 1905, 27 p.

Ks. Dr. Stefan Pawlicki. Żywot i dzieła Ernesta Renana (Vita et opera Ernesti Renani). editio III., tom I et II. — Warszawa- Kraków, 1905, 8^o pag. XI + 228 + 232. pret. rb. 2,00.

Ks. Prawdziec. Wady kaznodziejstwa w spółczesnego (Defectus artis concessionariae nostri temp.) Warszawa 1905, (31), pr. rb. 0,35.

Ks. Dr. Tadeusz Trzeiński: Zbiór ustaw archidiecezji gnieźnieńskiej i poznańskiej. Poznań, 1906, pag. VIII+526, mag. 8^o. Continet decreta archiepiscoporum Gnesnensium et Posnaniensium, incipiendo ab archiepiscopo M. Ledóchowskim usque ad nostrum tempus.

Jar. Wierzbicki, Trzy główne życiorysy św. Wojciecha. (Progr. gynn. in Złoczow) De tribus vitis s. Adalberti.

Ks. Walenty Załuski. Cudowne obrazy przenajświętszej Bogarodzicielki w dycieżyi płockiej (Miraculosae imagines Dei Genitricis in dioecesi Płocensi). Kielce, 1905, 8^o, pag. 180 — pret. rb. 0,20.

J. G. Materiały do dziejów akademii Polockiej i szkół od niej zależnych, zebrał. (Ad historiam académiae Polocensis, scholarumque ab ea dependentium. Pertinet ad seriem publicationis: Fontes et commentationes historiam scholarum superiorum in Polonia illustrantes.) Kraków 1905, str. 288.

W pięćsetnią rocznicę założenia klasztoru Bożego Ciała w Krakowie. Szkic dziejów opactwa XX Kanoników regularnych lateranenskich. (Ad historiam abbatiae Canonicorum reg. later. Cracoviae). Kraków 1905, 8^o, str. 120, 9 illustr. pret. cor. 1,40.

RUSSICA.

Pavel Giduljanov: Митрополиты въ первые три вѣка христіанства. [Mitropolyty v pervye tri veka kristianstva.] (Изъ истории развития церковно-правительственной власти въ восточно-римской имперіи). *De metropolitis in primis tribus saeculis.* Moscoviae 1905. VIII.+377.

Cum res, de qua in libro citato agitur, toties iam a tot magni nominis viris tractata sit, ideo, cum librum prima vice perlustrarem, in eo nil nisi eorum, quae alii dixerant, repetitionem contineri, suspicatus sum. At liber diligentius inspectus suspicionem vanam fuisse ostendit.

Totus autem liber in quattuor dividitur capita. In fine libri tabella imperii Romani Orientalis in primis tribus saeculis secundum pes-

ritorum haec in re opera — quae auctor p. I. enumerat — adornata, adiecta est.

In introductione auctor de hierarchiae ecclesiasticae origine et evolutione agit (p. 1—24). Supposita divina episcoporum institutione episcopi ab invicem independentes et inter se aequales fuerunt quoad iura episcopalia (p. 1). Dependentia vero unius ab aliis secundum *G.* e tripli momento derivanda est: *a)* ab immediata quorundam episcoporum ab apostolis institutione; *b)* ab urbis episcopalibus dignitatibus; *c)* a receptionis principio. Receptionis principium in hoc consistebat, quod communitas christiana numero et aliis rebus inferior, instituta et proximi maioris communitatis acceptans, eo ipso se sub illius directionem subiecit. Huic receptioni multum in hierarchiae ecclesiasticae evolutione tribuit (p. 7 sqq.).

In secundo capite de ecclesiasticis districtibus loquitur. Praemissis variis de districtibus ecclesiasticis theoriis provinciarum civilium administrationem describit. Administrationis vero ratio non regebatur regulis systematice determinatis, sed secundum variarum regionum ad imperium Romanum annexionem evolvebatur (p. 31). Immo sicut in ipsa provinciarum divisione certa norma non servabatur, ita administrationis forma varia fuit. Alias enim provincias senatus administrabat, alias imperator sub sua directione habebat. Cum autem imperium Romanum gentes reipublicae subiectas secundum mores suos vivere permetteret, id quo in singulis provinciis in unitate continebantur, praefecti Romani auctoritas fuit. Hic, ut unicuique ius suum tribuere posset, per maiores provinciae urbes, quo populus ex regione propinqua confluebat, circumibat (p. 36 sqq.). Alterum elementum, quod varias nationes in provincia existentes in unum coniungebat, imperatorum cultus religiosus fuit. Ab Augusti nempe tempore societas religiosae in regalium sacerdotum collegium transformatae, ut imperatorum cultum promoverent et in eius violatores animadverterent, officium sibi commendatum habebant (p. 39 sqq.). Vineulum externum harum societatum Augustorum templa fuerunt (p. 46). Harum autem societatum divisio usque ad finem III. saeculi cum provinciarum civilium divisione non coincidebat, isque status rerum durabat, donec a Diocletiano nova provinciarum divisio peracta est (p. 52).

Descripta dein multiplici provinciarum civilium evolutione, quae a medio II. saeculo locum habebat (54 sqq.), ad metropoles ecclesiasticas describendas transit. Enarrata provinciarum evolutione ad hanc conclusionem devenit provincias singulas variis constitisse gentibus, quae lingua, iure, moribus, cultu etc. ab invicem omnino differebant internaque vitam per eam in unam provinciam coniunctionem intactam mansisse. — verbo etiam singulas provincias in plures societas divisas fuisse.

Hisce suppositis arridet ei hypothesis metropolium christiauarum evolutionem non civilium provinciarum evolutioni, sed illarum societatum evolutioni respondisse cum eaque coincidisse (p. 82 sqq.). Id quod dupli confirmat argumento: uno ex Pauli itineribus, quorum ordinem et chronologiam secundum Ramsay (*The Church in the Roman Empire*

before A. D. 170) proponit: secundo ex religionis christianaे propagatione, qua in re Harnack ducem sequitur.

Dein metropolium christianarum usque ad initium saec. III.ⁱ evolutionem enarrat (p. 90 sqq.).

Cum primario Orientis ecclesiam describere intendat, transeunter tantum annotat, etiam occidentalis ecclesiae evolutionem non civilium provinciarum divisioni sed ethnographicis et historicis elementis respondisse (p. 105). Evolutione provinciarum civilium, collegii sacerdotum regalium et eccles. metropolium descripta, p. 106 sq. eorum, quae dixit, tabellam præbet.

Cum vero christianismi evolutio ab iisdem, atque collegium illud sacerdotum, ethnographicis, historicis etc. elementis dependeret, pugna (quam auctor late describit p. 108 sqq.) inter religionem christianam et collegia, quae diximus, inevitabilis fuit. Ideo Christiani ad sese defendendos idonea arma parate coacti, ut facilius hostem debellare possent, ipsius arma sibi propria fecerunt. Videlicet collegium sacerdotum regalium firmissimam organizationem habebat: in quolibet enim districtu caput totius collegii summus sacerdos, qui alios sacerdotes sibi subiectos habebat, constitutus erat. Hisce sacerdotibus praesertim sacc. III., ut imperatoribus debitus cultus deificus tribueretur, invigilandi officium commissum tuit; proin ipsi laesi cultus reos iudicandi vel saltem ad forum civile deferendi ius et potestatem habebant (p. 109 sq.).

Sectatores cultus Augustorum speciali modo hierarchiae ecclesiasticae, cum in ea religionis christianaē firmitatem positam esse consiperent, ut eam funditus destruerent, bellum indixerunt. Cum autem fanaticus hic praesertim tempore congregationis sacerdotum regalium coniunctarumque cum ea festivitatum summum gradum attingeret, persecutionem christianorum vel episcoporum in urbibus principalibus — ubi collegium illud domicilium habebat — maiore vi quam in aliis locis saevisse manifestum est (p. 111 sq.). Eam ob causam christiani eorumque episcopi certi districtus arctiore inter se coniunctionem inibant haec ratione evolvendae hierarchiae ecclesiasticae viam praeparabant ac sternebant. Organizatae scilicet hierarchiae paganae christiani, ut bellum ab hoste iudictum melius sustinere possent, similem hierarchiae suae organizationem (Harnack, Lübeck) opponebant. Hoc modo episcopus principalioris urbis auctoritatem super alios episcopos accepit. Sieque, ut maiori vi hosti sese opponere possent, arma, quibus ipse pugnabat organizationem nempe hierarchiae — ab ipso (at solum per antithesim) mutuarunt (p. 115 sq.). Hae itaque ratione apparent πολῶτοι ἐπίσκοποι, postea metropolitae nominati quorum iura posteriore tempore synodis ecclesiasticis definita sunt (p. 116).

In secundo capite de synodis agit (p. 117—180). Quaestioni autem de synodis episcopalis dignitatis evolutionem praemittit. Temporis successu episcopus principalis eucharistiae (p. 117 sq.) confector, centrum ac fundamentum ecclesiae factus est, ita ut, qui cum episcopo esset, is cum Deo, in vera ecclesia (119 sq.) esset. Criterium autem legitimi episcopi veraeque doctrinae apostolicae episcopi origo considerabatur

(p. 124 sq.). Episcopi igitur, cum ipse sit sacerdos *zar' ἔξοχος*, invigilandi, gubernandi ac iudicandi fideles ius atque officium est.

Itaque cum episcopus quivis legitimus per successionem continuam ab apostolis originem ducat, etiam episcopus Romanus verus Petri successor eiusque iurum heres est. Sed cuius locum occupat Petrus? Non alterius, quam Iesu Christi. Ideo episcopus Romanus vicarius Christi (p. 126). Cum igitur episcopus ab apostolis descendat, communitas christiana ipsum deponere nulla ratione potest; quam tamen potestatem antiquitus secundum auctorem, si episcopus in peccatum grave lapsus est, habebat (cf. p. 128). Ob has rationes episcopum locum Dei tenere eiusque voluntatem interpretari clarum est; ipse dimittendi peccata potestatem habet, ipse ecclesiae doctor ac propheta est: ipsi resistere peccatum est; immo qui in separatione ab episcopo usque ad mortem perdurat, salutis expers est (p. 128 sqq.).

Synodus vero duplicis generis erat ordinaria et extraordinaria.

Extraordinaria (p. 133) ad novi episcopi electionem constituebatur triplex autem elementum in episcopi electione distinguendum est: *a)* electio vel melius ostensio digni candidati a populo facta; *b)* iudicium episcoporum de praesentati qualitatibus eiusque approbatio; *c)* consensus populi iudicio episcoporum superaddita (p. 137). Cum enim episcopi, qui convenerant, raro quidquam de eligendi dignitate scirent, ideo ad populum eiusque vices gerentem clerum, ut ipsis dignum ostenderent, sese convertebant.

Populus vero unum vel plures praesentare potuit: in utroque tamen casu episcoporum, utpote Dei sacerdotum, iudicium requirebatur. Quod iudicium, ut instum esset, plures episcopi — saltem tres — necessarii erant (p. 137). Iudicium autem episcoporum Dei voluntati consentaneum fuisse receptio populi certum reddebat. — Generatim auctor, protestantissimi principiis innixus voluntati populi divinam voluntatem indicandi ius et auctoritatem attribuit. Secundum haec etiam s. Cypriani explicat. Si enim populus unanimiter solum unum ut dignum proponebat, episcopis nihil nisi ut praesentatum approbarent, relinquebatur. Episcoporum igitur hoc in casu iudicium significabat consensum, approbationem: — proin de nova ex parte populi approbatione sermo esse non potest (Hefele, Funk id respiciunt). Si vero populus plures candidatos proponebat, episcopi strikte indicantes digniorem ex praesentatis eligabant. Quod episcopi cum fecissent, populus designatum recipiebat seu illum acceptabat (de hoc loquuntur Solini, Beveregius; p. 142 sq.). Ad populum etiam inferior clerus (presb., diaconi) ut eius dux pertinebat (p. 143).

Electo candidato ceteri episcopi per principalioris urbis episcopum certiores reddebantur. Hac ratione successu temporis ad principalioris urbis episcopum ius approbandi neoclectum delatum est, quod ius Nicen. c. 4. 6. sua auctoritate approbavit (p. 144).

Ex doctrina de apostolica episcoporum successione ortae sunt synodi ordinariae (p. 144 sqq.). Episcopi enim synodum Hierosol. I. praecoxalis habentes variis de causis, ut communi consilio rem discuterent, certo loco congregabantur. Harum synodorum decreta ab aliis ecclesiis.

si placebat, receptionis via acceptabantur. A Commodo autem tempore synodi, cum maior in dies necessitas id exigat, cebriores fiunt.

Dein synodos saec. II.⁰ et III.⁰ peractas enarrat (p. 149 sqq.), quas, cum in principaliorem urbem convocarentur, tum centrum unionis fuisse, tum τοῦ πορώτου ἐπισκόπον auctoritatem auxisse, ex synodorum historia ostendit. Contra Hefele per fas et nefas demonstrare conatur synodis II. et III. saeculi omnibus etiam populum interfuisse, idque nonnumquam miro modo probare ntitur (p. 157 sqq.). Decisionum in synodo factarum sicut in episcopi electione triplex elementum distinguit α) populi seu cleri quaestioonis propositionem deque ea disceptationem β) episcoporum decisionem γ) populi receptionem.

Sed quid significabat illa populi receptio (p. 166 sq.)? Cum secundum auctorem synodus tum oecumenica tum provincialis nomine Christi celebretur (at quanto cum discrimine!!) cumque utraque oecumenicum characterem habeat, nullum dicit fuisse discrimen inter synodum oecum. et provincie, eandemque utriusque esse auctoritatem (cf. p. 170 sq.). Cum porro secundum ipsum nulla synodus (всѧкій соборъ) auctoritatem iuridicam super ecclesiam haberet (?), ideo quilibet episcopus vel communitas christiana synodi decisionem recipere vel respuere potuit. Etenim „vopros o tom, Bog li govorit črez episkopov, rěšal ne sobor‘, no cerkovnaja recepcija. Ostjuda vsjakoe sobornoe opredělenie, čtoby polučit‘ faktičeskoe priměnenie, nuždaetsja v cerkovnoj recepcii i tol'ko naskol'ko ono bylo receperovano, polučalo objazatel'nu silu.

Initio aerae christianaee receptionem quaelibet communitas christiana exercerebat, — tempore autem procedente a principalioris urbis populo tantum fiebat ideo in qualibet synodo populus cum suo clero (posteriore tempore etiam solus clerus tamquam populi dux) adesse debet: omnis enim decisionum synodalium valor a populi receptione, quae eis auctoritatem iuridicam tribuebat, dependebat (p. 173 sq.). Receptione autem a principalioris urbis populo peracta etiam aliarum communitatum receptio praesumebat. Ex hac autem praeceptione episcopi principalioris urbis auctoritas crescebat (p. 174 sqq.).

Primi saeculis sicut tempus, ita competentia synodi non fuit determinata. Generatim cum res a solo maioris urbis episcopo decidi non posset, vicini episcopi ad synodum convocabantur. Sessionis initium ex eo fiebat, ut convocationis causa et res tractanda proponeretur. In quaestione diudicanda tum clerus tum populus sententiam dicebat: dein cum res dilucidata esset, episcoporum suffragium sequebatur. Decisione facta populus de ea certior reddebat, qui per clerus suum et consensum et receptionem exprimebat. Episcoporum dein vota in acta referabantur, quae ab episcopis vel eorum vices gerentibus, et nonnumquam a presbyteris subscribebantur. His peractis, episcopus maioris urbis, qui synodum convocaverat eique praesidebat, epistolam synodicam promulgabat (p. 179 sq.).

In tertio capite de metropolitis in primis tribus saeculis loquitur (p. 181—238). Christ. religionis propagandae ratione, praecepto de succurrendo proximo in necessitate constituto, ecclesiastica regula de receptione, persecutionibus christianorum suppositis synodi sicut fideles respec-

tivi districtus in unum coniungebant, ita causa hierarchiae temperandae fuerunt. Ad res maioris momenti peragendas synodi et principalioris urbis episcopus organon fuerunt. At sicut synodus ita πρότος ἐπίσκοπος initio nulla potestate iuridica seu coactiva instructus solum moraliter per populi receptionem influebat. Ipse enim minoribus communitatibus opem, si indigebant, ferebat praesertim id faciebat in novi episcopi electione aliisque gravioribus necessitatibus. Primis religionis christ. decenniis hic primi episcopi in novi episcopi electione concursus solum eonsilium ex caritate praestitum dein consensum vel receptionem, denique approbationem significabat. Haec ratione successu temporis eo perventum est, ut πρότος ἐπίσκοπος appellationes ab aliis episcopis ad suum tribunal admitteret (p. 181 sqq.). At usque ad III.¹ saec. prima deccennia principalioris urbis episcopo nulla iuridica potestas competebat, sed cum ecclesia persecutiones iam non pateretur, organizatio ecclesiae magis in dies evolvebatur, donec eo perventum est, ut synodus primusque episcopus iuridicam potestatem acciperet. Haec iuridica potestas per primorum episcoporum ambitionem magis dilatabatur, idque ita ut iam novi episcopi-sine consensu τον πρότον ἐπίσκοπον electio invalida haberetur vel πρότος ἐπίσκοπος ipse candidatum eligeret (p. 185 sqq.).

Ad singula descendens primo de episcopo Romano agit, qui secundum auctorem iam a. 70 post Hierosolymorum excidium universalem quendam characterem nactus est. Id autem sequenti modo factum est. Religio neinpe christiana, cum pro omnibus hominibus instituta sit, universalitatem ambiens centrum aptum quaererebat. „Всемирная община, которая не заключала бы въ себѣ Рима, являлась противорѣчіемъ себѣ самой. Нѣтъ Рима, не можетъ быть и вселенной. Отсюда необходимость римской общины для древней церкви“ (p. 189). Romana autem ecclesia huius indigentiae eo satisfaciebat, quod α) orem materialem eis, qui indigebant, praestabat; β) etiam in spiritualibus laboranti ecclesiae succurrebat; γ) praeibat in dilucidandis religionis christiane dogmatibus. „Vsé velikie voprosy učenija, kotorye voznikaly vo II.—III. věkѣ našodily v Pimě svoe rěšenie dlja vsej cerkvi“ (p. 190); δ) Roma denique organizationis et aliarum constitutionum exemplo aliis praecellebat: Romam ecclesiarum esse matrem, veram ecclesiam, extra quam nulla religio christiana sit, omnemque aliam ecclesiam adnormam Romanae constituendam esse dicit idque, eto ne est' ličnoe vozrěnie Irineja i Kipriana, naprotiv, eto est' uběždenie vsej drevnej cerkvi (p. 192). Post haec tamen et alia allata dicit, hanc ecclesiac Romanae super alias ecclesias auctoritatem solum spiritualem (fraternum auxilium), non iuridicam fuisse, immo etiam super Italiam ecclesias primo demum initio III.¹ saeculi iuridicam factam esse. Verum argumenta, quae ipse affert, plus probare videntur (cf. 189 sqq.), cumque de Antiocheno et Alexandrino episcopis agit, paulum alia ratione de iisdem sentit.

Quod Alexandriam attinet, apostolica eius origo (saltem existimata), virtus missionis zelus, maioris urbis in Aegypto defectus id effecerunt, ut episcopus Alexandrinus auctoritatem super totam Aegyptum

acciperet. Quae auctoritas successu temporis e spirituali iuridica facta est (p. 199 sqq.).

Eodem modo res se habebat de Antiocheno episcopo, qui medio III.^o saeculo iuridicam potestatem adeptus est (p. 223 sqq.). Similis ratione aliorum episcoporum per Asiam dispersorum auctoritas evoluta est (p. 225 sqq.).

Illi autem episcopi in principalioribus Asiae urbibus viventes initio ab invicem independentes erant, donec auctoritatem quandam episcopus Antiochenus acceperit (p. 227). Cuius rei sequentes causas adducit auctor: *a)* apostolicam originem (ss. Petri et Pauli Antiochiae commoratio); *b)* tertio saeculo accessisse hasce: res politicas tertii saeculi, scholam exegeticam, religionis christianaem zelum (p. 230 sqq.).

In quarto capite (p. 239—378) de metropolitarum instituto secundum canones Nicaenos spectato disserit.

Imprimis autem divisionem provinciarum a Diocletiano peractam describit. Quae divisio secundum auctorem e dupli fonte idque non seorsim spectato, scilicet indice provinciarum Veronensi et catalogis Patrum Nicaenorum discenda est (cf. praesertim p. 246).

Per hanc Diocletiani reformationem effectum est, ut divisio provinciarum civilium cum metropolibus ecclesiasticis magna ex parte coincideret (p. 241 sqq. et 261). Hic status per edictum Mediolanense et per synodum Nicaenam legitime approbatus est. Etenim secundum auctorem haec de cc. 4.—7 tenenda sunt: — Per cc. 4 et 5 Nicaenae synodi nullam novam inductam esse praxim, sed veterem approbatam esse. Secundum hos canones autem primo episcopo ius synodum convocandi, praesidendi nec non novi episcopi electionem approbandi competebat (cum Lübeck contra Sohm.). Prior autem praxis haec erat: provincia civilis eiusque urbs principalis respondebat metropolibus ecclesiasticis primique episcopi residentiae; — exceptio vero a Nicaena syn. probata in eo erat, quod metropolis Romana, Alexandrina, Antiochena plures provincias civiles comprehendebant sedesque primi episcopi aliquibus in locis non in urbe provinciae principali fixa erat.

Contra complures canonistas disputans multis argumentis ostendere nititur ante Nicaenam syn. non fuisse patriarchalem dignitatem ideoque nec a syn. Nicaena esse approbatam. (275 sqq. et 341).

Secundum auctorem canonis 6ⁱ sensus non e textu graeco, qui confusus est, sed ex versionibus eius canonis praesertim ab iis, qui synodo interfuerant, exaratis sumendus est. Sensus autem hic est: Sicut Romanus episcopus super Italianam et Alexandrinus super Aegyptum, Lybiam et Pentapolim, ita Antiochenus super Coele-Syriam et Augustam-Euphratensem iura metropolitana exerceat (non patriarchalia) (p. 351 sqq.); praeterea aliarum quoque ecclesiarum praecellentia approbatur, quia nonnullae, licet civilibus provinciis non corraspondent, iam antea dignitate metropolitana ornatae erant. Ideo c. 6. exceptionem a regula in c. 4. statuta auctoritate sua sancit.

C. 7. episcopi Caesariensis super Palaestinam auctoritatem approbans, minime dignitatem episcopi Hierosol. usu anctam tollit (p. 364 sqq.).

Quod librum ipsum eiusque indolem attinet, haec annotanda esse

videntur: opus a cl. auctore compositum multum ad rem, de qua quae-
ritur, illustrandam confert aliisque, qui haec de re tractaturi sunt, magno
adjuvamento erit. At, ut sinceri simus, Protestantismi influxus magnus in
citato opere cernitur. Etenim secundum auctorem voluntas populi est,
quae episcoporum, immo conciliorum etiam occumenicorum decisionibus
auctoritatem formaliter iuridicam attribuit (cf. p. 115, 117, 128, 170,
171 sq. 174 nota, et passim) — dein secundum auctorem antiquitus
populus episcopum in grave peccatum lapsum deponere potuit (p. 128)
sacerdosque simplex episcopum consecrabat (p. 134).

Ulterius nullum fuisse discrimen inter synodum occumenicam et
provincialem, et discrimen, quod canonistae ponunt, nullo prorsus fun-
damento initio. (praesertim cf. p. 171 sq.) multis rationibus, sed modo
minime felici ostendere conatur.

Denique confusa, si non falsa, sunt, quae auctor de „receptione“
ecclesiastica dicit.

Index quoque realis et enumeratio operum in libro adhibitorum
in fine vel initio libri — non sola citatio — desideratur.

J. Haļuščyňskij.

Странникъ — Strannik 1905. II. nr. 9—12.

Th. A. Kurganov, Čto takoe liberalizm (Quid sit libera-
lismus) II., 295—319; 514—528, 608—647, 814—862. — Prof. Kurganov,
eius opera historica »nimio rigorismo laborare« A. P. Lebedev
(Cerkovnaja istoriografija² 548) dicit, initio de notione verbi »liberalis«
apud antiquos, apud christianos antiquiores et mediae aetatis tractat
(295—298). Tempore reformationis (saec. XVI.) liberalismus huius tem-
poris initium cepit. Saeculis sequentibus omnibus in disciplinis senti-
tiae liberales, religioni christianaequi legi inimicæ praevaluerunt.
Cum religio eiusque dogmata maxime adversentur liberalismo, libe-
ralismus imprimis religionis fundamenta evertere conatur, libertatem
atque uniuscuiusque independentiam praedicans (517); loco veritatis
religiosae ponitur conscientia et »humanitas« (518). Cuius doctrinae
noxia vi factum est, ut veritatis ac proximi amor, iustitia atque hone-
stas evanescant (519). Doctrinae liberales in Europa occidentali in rebus
religiosis et ecclesiasticis praecipue inter protestantes rationalismo
viam faciebant (612); etiam in ecclesiam catholicam proposita et sen-
tentiae liberales (Lamenais, Lacordaire, Gioberti, Ventura e. a.) irre-
sisterunt (614—616). In Russiam tempore Petri M. una cum cultu humano
occidentali etiam liberalismo occidentali aditus datus est. Conciliatores
et columina liberalismi in Russia semper nobiles (dvorjanstvo) erant.
Nunc L. N. Tolstoj liberalismi religioni inimici caput est. Quae
sequuntur, ad desiderium libertatis in rebus religiosis, ecclesiasticis,
politiciis in Russia pertinent. *K.* omnia desideria conatusque cleri
Petropolitani, metropolitae Antonii, ministri Witte e. a. damnat
(814—20). Liberalismum ad scientiam theologicam promovendam non
esse necessarium, iam inde sequitur, quod in ecclesia catholica, quae
liberalismum damnat, scientia theologica nihilominus floreat (643).
Generatim Kurganov de rebus Russicis ecclesiasticis et politicis
(814—830; 838—862) diiudicans rem verbis exasperat; quapropter ipsi
qui commentariis »Strannik edendis praesunt, fatentur omnibus eius
opinionibus assentiri se non posse (814). — In fine *K.* exponit libe-
ralismum non solum ab eccl. Romano-catholica sed etiam ab omnibus
ecclesiis orientalibus damnatum esse (830—838). — De ecclesia catholica
K. variis locis perpetuam iudicat, nihilominus in ea multa laudat.
Auctoribus catholicis abundanter usus est, quia ipso fatente catholici
rem optime tractant (833).

S. Runkevič, Metropolita Stephanus Javorskij eiusque eum Petro M. litterarum commercium. II., 320—336; 437—454; 662—675. Ultimus Russiae non patriarcha sed patriarchatus administrator Steph. Javorskij Petro M. carissimus erat. Cum autem indole sua ineptus esset ad Petrum M. in emendanda republica adiuvandum, nec ab eo iuvabatur nec ad bonum ecclesiae quidquam perficere potuit. »Synodo regente« instituta (1721) a munere suo remotus, a. 1722 mortuus est. Multae ex litteris nondum editae erant; nonnullas publicavit I. A. Čistovič in opere »Theofan Prokopovič i ego vremja« (Spb. 1868), quas R. multis locis corrigit.

P. M—v, Papstvo, ego ideja i istoričeskoe osuščestvlenie, po vozzrěniyu Vl. S. Solov'eva (Primatus R. P. ad opinionem Vl. S. Solov'ev) II., 455—475. Vl. S. Solov'ev in operibus suis rationibus sublimissimis unionem ecclesiarum propugnat. (Ultimo tamen decennio vitae sue [† 1898] obscure hac de quaestione loqui solebat). Praeprimis primatum R. P. divinitus institutum, ad unitatem ecclesiae servandam necessarium, societati humanae perutilem esse dicebat; insuper quasdam significaciones mysticas primatui attribuebat. P. M—v vero, unionis eum eccl. Romano-catholica inimicus, Solov'evio obicit: a) ipsius de primatu R. P. sententias esse abstracte-philosophicas neque cum veritate convenire; b) ipsum secum pugnantem negligere »degenerationem« primatus papalis post ecclesiarum orientalis et occidentalis discidium.

I. Gurij, Vethozavětnaja politika (De rebus politicis V Foederis) II., 476—492. De Israelitarum foederibus politicis et prophetis V. F.

S. Runkevič, Joseph, metropolita Pskovskij eiusque cum Petro M. litterarum commercium. II., 796—813.

E. A. A.. De nostro papismo et protestantismo pratico. II., 757—795. — Principalem ecclesiae Russicae morbum hic scriptor defectum conciliorum oecumenicorum, defectum »spiritus conciliaris« (duh sobornosti) esse existimat, cui oppositus est »papismus practicus«. Papismum practicum »protestantismus practicus« consequitur: dissensio inter clerum et fideles (laicos); perniciosissimus vero est protestantismus» (infidelitas) multorum professorum academiarum spiritualium. Restitutio patriarchatus perniciosior ei videtur (propter periculum papismi) quam qua nunc res gubernantur »s. synodus«.

Dr. F. X. Grivec.

Странник. — Strannik 1906, nr. 1—8.

A. Špaldák sub titulo »Iezuitskaja moral'« (I., 118—22) respondet ad aggressiones prof. Bronzov (cf. Sl. l. th. II., 114), qui denuo in eum invehitur articulo inscripto »Iezuitskaja bezzástěňivosť« (I., 122—36); prof. Bronzov maiore vehementia innovat assertiones suas contra iesuitas et generatim contra catholicos multosque auctores pro sua parte affert. Articulum praesentem concludit verbis: »Catholicismus militans semper fanaticus est, non minus quam sectae muhammedanorum maxime fanaticae. Nec Sirenes »Pragenses nos sedueant!«

B. G., Quid Ecclesia »sobornaja« (καθολική) in symbolo fidei significet. I., 100—103. — In symbolo Nicaeno-Constantinopolitano profitemur: πιστεύω εἰς μίαν, ἀγίαν, καθολικήν καὶ ἀποστολικήν »Εκκλησίαν; in versione veteroslavica καθολική voce »sobornaja« (sobirati colligere; sobor concilium) exprimitur. At termino καθολική respondet »vselenskaja«; qua ex ratione ergo translatores terminum »sobornaja practulerunt? Terminus καθολική vselenskaja tunc temporis quo veteroslavica symboli versio adornata est, apud Byzantinos non universalitatem ecclesiae, sed eam tantum, quae finibus imperii Byzantini continebatur et patriarchae Constantinopolitano suberat, significabat. Quapropter translatoribus aptior visa est vox »sobornaja« ut sic con-

fusionem καθολικήν vselenskaja Byzantina evitarent. Ita rem explicant A. Gezen (*Istoriya slavjanskago perevoda simvolov věry*. Spb. 1884, 94 etc.) et prof. G. A. Voskresenskij (in recensione libri a Gezen conscripti — Spb. 1886, 16); idem innunt redactio symboli glagolitica et manuscriptum ex saec. XIV—XV asservatum in Bibliotheca publica imperiali Petropolitana (O. p. I. 7.), quae termino »sobornaja« vocem Graecam originalem appositam habent. Patet ergo ex termino »sobornaja« argumentationem pro synodali ecclesiae regimine, vel pro regimine comitiis deputatorum in statibus modernis simili, desumi non posse; quod statuendum est contra Russos plurimos, qui termino »sobornaja« symboli innixi tale ecclesiae Russicae regimen desiderant vel postulant. Vox »sobornaja« in symbolo fidei cum voce Gracca originali (καθολική) comparata multitudinem fidelium in unum congregatam significat; ita ut multitudinem significet, unitatem autem adsignificet.

V. A. P., *Quaestio de origine religionis christianaæ in systemate materialismi historici*. I, 66—87, 180—200. — De opinionibus religiosis Marx-ii eiusque sequacium (marxistae) agitur.

S. Runkevič, Černigovskie arhierei v ih perepiské s Petrom Velikim (Episcoporum Černigoviensium cum Petro M. litterarum commercium) I, 41—58. — Ex archivio imperiali deprompta.

Idem, Arhiepiskop Theofan (Prokopovič) v perepiské (litterarum commercium) s Petrom Vel., I, 201—17.

Idem, Mitropolit Novgorodskij Iov v ego perepiské s Petrom Vel., I, 369—98, 561—83, 717—33.

S. Sobolevskij, *Sud nad Hristom i razpjatie Ego s točki zrěnija istorii i arheologii* (De Christi condemnatione eiusque cruci affixione ex parte historica et archaeologica considerata) I, 233—56, 399—414 — S. S. prof. »philologiae classicae« in universitate Moskovensi solida argumentatione historica iniustum Christi per syndrum condemnationem ostendit. Tempore Christi certe valebat processus criminalis in Talmud contentus, qui evidenter omnino iniustum in causa Christi procedendi modum ostendit (240—48). Pilati auctoritas apud Iudeos et apud Caesarem propter incautum eius contra Iudeos agendi modum tunc temporis iam labefactata erat; inde eius timor explicatur (252—54). Processus iudicialis apud Pilatum probabilissime lingua Graeca agebatur; crimen, propter quod I. Ch. iniuste condemnatus est, erat crimen contra rem publicam (256).

Gl. N—j., *De »indice« (Index) et librorum censura catholica*. I, 630—34. — Auctor laudat hanc eccl. catholicae institutionem, quae doctrinæ et scientiae puritatem earumque cum potestate eccl. connexionem tuetur; etiam pro ecclesia Russica simile quid commendat.

Á. I. Jacimirskij, *De momentis quibusdam (něskol'ko momentov) ex historia mysticismi religiosi Russici saec. XIX.* I, 734—47, 899—912. — *De influxu Isaaci scriptoris Syri* (saec. V.) in monachos Russos.

Prof. V. Kerenskij, *De veterocatholicis a sac. P. Světlov defensis* I, 297—317, 462 sqq. 646—666; II. 235—75. — Prof. K. aeriter contra P. Světlov pugnat de veterocatholicorum doctrina: de ecclesia, »filioque«, eucharistia, de veneratione sanctorum, de veterocatholicorum cum ecclesia Russica unione.

Vl. Il'inskij, *De psychologia ac vitae ratione Russorum saec. XVI.* II., 172—81. — Giles Fletcher munere legati Anglici a. 1588 in Russiam venit; in Angliam reversus de Russis librum conscripsit, qui a. 1591 Londini editus est. Qui liber a. 1848 in linguam Russicam versus est, at anno demum 1905 publice edi potuit sub titulo: *O gosudarstvě russkom ili obraz pravlenija russkago carja, s opisaniem nравов iobyčaev etoj strany* (Spb. A. Suvorin). G. Fletcher deplorablem populi Russici tunc temporis statum omni

ex parte ac vivaciter describit. Russos magnas quidem facultates naturales possidere, iis tamen non uti, pigritiae et ebrietati nimis indulgentes. Populum cum ab imperatore tum a nobilibus ad libidinem opprimi, nec resistere, sed omnia haec serviliter sufferre. Russiam esse terram servitutis et iniustitiae. — Liber hic etiam in versione Gallica extat: La Russie au XVI. siècle. Leipzig et Paris 1864.

Prof. A. Bronzov II, 231—233 sub inscriptione „Oдно из двухъ^х contra „Civiltà catholica“ (1906, 21. aprile) distinctionem suam inter doctrinam moralem iesuitarum et catholicam defendit; p. 233 sq. vero contra »Sl. I. th.« scribit «Poslednoe slovo o бieznitahъ. Ad quae id tantum respondendum videtur, distinctionem tales inter theologiam moralem iesuitarum et catholicam, qualem Bronzov defendit nec ab ecclesia nec a theologis catholicis agnoscit; si doctrina iesitarum tam perniciosa, falsa, a catholica diversa esset, certe a potestate ecclesiastica damnanda esset. (Cf. Strannik 1906 I, 630—34 de «indice»). — Auctores Haļuščyňskyj, Večeřa, Grivec nec iesuitae sunt, nec ullum ex auctoribus Russicis spernunt, sed e contra libenter de scientia Russica referent, modum vero pugnandi, quo nonnulli auctores Russici in pugnis scientificis utuntur, laudare non possunt.

Dr. F. X. Grivec.

B. I. Gladkov: Толкование евангелия. Evangelii interpretation. St. Pb. — I. Tuzov 1906, pp. 686 VIII⁰. — Pr. 1'60 R.

Liber dedicatus est „laborantibus et oneratis, quos vocat ad se Christus“ Auctor operam suam prorsus gratuito, absque ullo stipendio praestitit. In praefatione exponitur, qui sicut, ut homines qui cultura intellectuali instructi sunt, a vita fidei desciscant, quum tamen materialismus aevi nostri in homine gnavo et probo taedium creare debeat et non animi quietem, rationibusque vel naturalibus vitae spiritualis et Christi amor commendetur. De quibus auctor expertus in se usque doctus scribit.

In introductione (9—44) modo plano et perfecto quattuor evangeliorum anthentia et fides firmissimo quoque allato testimonio probatur, nec non fidei christiana ob-signatio. Domini N. resurrectio, Messiaeque in V. F. per vaticinia annuntiatio lectori subiecuntur.

Operis corpus 23 capitibus constat, in quibus vita D. N. ad ascensionem eius in coelum textibus e quatuor evangeliis depromptis et chronologicce intra tria Paschata dispositis verbis scriptorum saecorum consideranda proponitur. Accedit uberrimus commentarius, qui nescium restituit, dubia, quibus via ad Christum forte obstruatur, praeoccupat, recentissimorum studii biblici adiumentorum semper habita ratione, etsi omnium locorum explicationem probare non possumus.

Ut saltem unum locum notemus: In explicando Mt. 19, 9 G. tenet unitatem matrimoniale adulterio tolli et matrimonium fieri dissolubile ideoque coniugi coniugem adulterum aversanti novi matrimonii copiam esse. „No tak kak eta nerastoržimost’ braka vytekajet kak neobhodimoe slědstvie, iz sočetanija mužsčiny i žensčiny v odno ēcloe, to ponятно, čto razdvoenie ih dolžno lišat’ i samyj sojaz ih značenija nerastoržimago.“ Takoe (1 Kor. 7, 4) edinstvo ploti, osnovанное на предствлении мужем своего тела в исключительное обладание жене, и женой своего тела в таком же обладание мужа, несомненно нarušaetsja с появлением третьего лица, завладевающего телом

odnogo iz nih: proishodit razvocenie célogo, raspadenie sojza⁺ p. 218
Sed haec interna exceptionis ab insolubilitate matrimonii ratio non
videtur posse cum ipsis Domini verbis conciliari. Nam 1) Ipse cum, qui sine iusta causa uxorem dimittit, adulterii reum appellat (Mt. 5, 32)
— sive quatenus auctor est actus, qui peccatum esset, si maritus peccato
suo vinclum non solvisset, sive quatenus est auctor veri peccati: et
certe non minus (nonnumquam manifesto magis, cum tertia persona
cum consensu utriusque coniugis [ne loquar de polygamia Iudeorum
intervenit!]) ille contractum matrimoniale tollit, qui uxorem sine iusta
causa dimittit, quam qui adulterium facit vel patitur. Iam hoc posito
Christus certe dicere potuit Qui uxorem iniuste dimittit, peccat,
adulterii reus, adulter est, verum uxore dimissa aliam ducere peccatum
esse potius negandum erat, quia ipsa dimissione matrimonium iam solutum
fuisset. — 2) Christi sententia, cum qui sine iusta causa uxorem dimittat,
causative adulterium committere, generalis est, ideoque et ad eos, qui
uxore dimissa aliam ducunt et ad eos, qui non ducent, extenditur. Verum
si (e sententia G.) novis nuptiis matrimonium prius solveretur, non posset
bene ad omnes extendi, quia ille veri adulterii vera causa esse non
posset, qui uxore dimissa statim aliam duceret. 3) Neque illa sententia
universaliter vera esset, eum, qui dimissa uxore aliam ducat, moechari:
si enim commisso iam ab uxore dimissa adulterio aliam ducit, a G.
moechari dici non potest. — Sensus igitur verborum Christi non potest
esse: adulterio commisso utrumque coniugem vinculo matrimoniali libe-
ratum esse Sed generatim nihil his verbis, non solum de praecipiendo
(„ne uzakonjaja razvod daže po vině preljudobějanja“) sed nec de per-
mittendo (vslědstvie grěšnosťnosti ľudej“) novis nuptiis in casu
adulterii esse sanctum, eas esse tantum toleratas et tolerabiles indicatas
secundum Grimm, Nisium, al. cf. Sl. l. th. L. 159; certum videtur esse.
Sane, si quam solubilitatem matrimonii Christus sānxisset et non solum
tolerasset, determinavisset necessario, cui novum matrimonium inire li-
ceret: utrum solis iniuste dimittentibus an etiam vel iniuste vel iuste
dimissis: item utrum solis viris an etiam uxoribus. Sed, licet e Christi
et Pauli verbis saltem uxores sive iniuste dimissas sive iuste discedentes
a novis nuptiis prohiberi probari possit, quod et orientalis ecclesiae
testimoniis (Io. Chrysostomi, Rabulae, Basillii) satis confirmatur. res
tamen non est tanta claritate proposita, quae legem vel privilegium
decet nec reliquis quaestionibus solvendis satis inde provisum est.
Neque tale Christi decretum ab aliis evangelistis aut a Paulo prae-
teriri potuisset.

Stylus commentarii eiusmodi est, ut suavitate et firmitate Christi
cognitionem atque virtutum eius amorem et imitationem omnibus, qui
veritatem et pacem sincere quaerunt, familiarem reddere valeat. Vere
coepit Deo gratum et ecclesiae proficuum D. Gladkov suscepit! Cum
liber totus quantus sit in cultura religiosa commendanda et fovenda,
pluribus quaestionibus criticis discutiendis supersedemus, quamvis haud
unum apte et acriter observatum s. scientiae cultores exinde depromere pos-
sint. Liber approbationem quoque s. Synodi nactus est. Quam plurimos
lectores et fata prosperrima ipsi exoptamus. C. Večera.

Труды кіевской духовной Академії (Trudy kievskoj duhovnoj akademii). 1905.

A. Dmitrievskij: V čest' kakoj ikony Kazanskoj Božieej Materi ustanoven prazdnik 22 Oktjabrja? (In eius imaginis Kazanensis Deiparae honorem festivitas 22 Octobris instituta est?), I., 188—219. —

Cum mense Iunio (resp. Iulio) 1905 imago Deiparae in Kazań ab aliquo fure ablata sit, quaestio oritur, utrum festivitas 8. Iulii et 22 Octobris in huius imaginis honorem constituta retinend̄ sit neene. Advertendum autem est multa esse hoc tempore, immo iam et prioribus temporibus authenticac et primariae imaginis exemplaria, spiski, quae variis miraculis conspicua sunt. Unum e talibus exemplaribus Moscoviae invenitur, in cuius honore, cum ipsi Russi victoriam 22. Octobris a 1612 de Polonis adseribant, iam inde a nominato anno festum celebratur. V 1649 godu městnyj moskovskij prazdnik 22. oktjabrja v čest' ču d'otvornoj „kopii“ s javlennoj ikony Kazanskija Božija Materi dělaetsja, po ukazu carja Alekséja Mihajloviča, — ipse enim generationem filii sui Demetrij 22. Octobris Deiparae interventui adscribebat — o b še erossijskim že prazdnuetsja toržestvenno po vsej Rossii (p. 206).

Eiusdem imaginis aliud exemplar Petropolim, cum regum sedes illue Moscovia translata esset, translatum est, ita ut imago Deiparae e Kazan̄ imago familiae regiae fieret.

Itaque, mutato tantum aliquatenus officio, festivitatem 22. Octobris retineri posse dicit.

N Stelleckij: Socijalizm — ego istorija i kritičeskaja ocenka s hristianskoj točki zrenija (Socialismus eius historia et censura iuxta christianismi principia) I., 220—245, 576—597. Enarratis socialismi fatis in genere, iam socialismi in Russia evolutionem adumbrat. Iam inde enim a tertio decennio saeculi XIX i socialismi ideas iuventus Russica libenter accipiebat. E multis primus A. Gercen eminebat, qui potius Saint-Simon quam Fourier ideas sequebatur; sumimopere autem populi „libertatem“ et tertiae classis interitum desiderabat.

Verum proprius socialismi in Russia pater M. Bakunin est. A quarto decennio saec. XIX i socialismi fautor anarchismi theoriā a Proudhon delineatam maxime evolvit. Bakunin omnem auctoritatem, ipsamque regiminis notionem negabat, religionemque ut hominum figuramentum reciens, atheismum inter primos societatis novae articulos posuit. Bakunin quoque propter sua principia nihilismi princeps reputatur.

Quinto decennio socialismus in Russia maxime grassabatur. Inter eius sectatores inter alios P. Annenkov et Bélinskij numerabantur; praeter alios autem M. Petraševskij in socialismi ideis propagandis excellens exstitit. Ab a. 1845º enim apud ipsum multi conveniebant deque sociali quaestione disputabant. Libentissime autem hoc tempore ideae a Fourier propositae acceptabantur. Dostoevskij quoque ad hanc pertinebat societatem. At regiminis 7. Aprilis 1849. interventus et repressio idearum a Fourier propositarum interitum ad tempus paravit.

Sexto decennio reformatio secundum socialismi principia peragenda animos occupabat. Quorum conatum principalis auctor N. Černyševskij erat. Lieet principiorum Fourier novus propagator fuerit, in multis tamen ab ipso differebat: maiorem enim vim quaestionibus politicis tribuebat, erga religionem autem plus indifferentiae sovebat. Et quamquam scholae a Fourier conditae assecula fuit, semper tamen magis suo sibi iudicio utebatur. Eodem tempore rigidioris socialismi propagator N. Dobroljubov fuit, qui nihilismi in Russia pater censetur.

A. 1861. et 1862. regimen severius adversus socialistas procedere coepit; per quod tamen contra se motum excitavit. Animos maxime D. Pisarev sollicitabat; eius studium fuit populo „absolutam“ sub omni

respectu libertatem vindicandi. Sed quod socialistae intendebant, id omne Dobroljubov et Pisarev, nihilistarum, opus destruebat. E Pisarev, qui septimo decennio illo tempore vigentem rerum statum annihilare cupiebat, schola Zajcev, Lavrov, Tkačev prodierunt.

Octavo decennio elapsi saeculi multi utilitarismum et D. Pisarev ideas aversantes, populi utilitatem omnibus aliis anteponebant („narodničestvo“). Totum agmen duebat sociologus Miljajlovskij.

Nono decennio Russicus idealismus novas subiit mutationes. Feleem successum doctrina L. Tolstoj „de non resistantia malo“ habuit. Eius auctoritate in societate nisus oritur, ut quod cultura attulit, removeatur; ipse ulterior nihilismi propagator merito censetur. Decimo decennio sententiae a Marx propositae propagantur, simulque bellum contra nationalismum octavi decennii geritur. Theoria haec omnia secundum materialismi principia explicans imprimis a Beltov, Struve, Tugan-Baranovskij, propagatur et in ephemeredibus Načalo: „Žizn“ «Naučnoe Obozrenie», et aliis proponitur.

Simil cum praedicta theoria decadentismus suos habet asseclas; inter alios hie M. Gorkij, et L. Andreev recensentur.

Descripta socialismi origine et progressu, ad placitorum eius censuram accedit.

K. Thomenko: Iaponia, I., 271—287. Qui sit hoc temp re rerum status in Iaponia breviter narratur. Populum Iaponicum atheisticum esse dicit, eum tres religiones, quae in Iaponia dominantur, „dogmatibus, precibus, cultu“ (p. 278) destitutae sint. Populus tamen Iaponicus tolerantiae amator et a fanatismo alienus est. Humanioris vitae occidentalnis auctoritatem in Iaponia paupertatis gliscens causam esse queritur (p. 286). Miror, quod scholarum in Iaponia statum in eadem linea ac Turecorum scholas ponat et unde priscorum missionariorum saec. XV. et XVIⁱ vitam nigris coloribus describat.

De Russia missione, quae a. 1861 erecta est, haec habet: numerus orthodoxorum 28230 est. Parochiae orthodoxorum numerantur 260. Clerus 39 membris constat, ex quibus tres, praepositus missionis, ep. Nicolaus, praefectus legationis (ambassadeur Russiae) et lector unus natione Russi sunt, alii e Iaponia oriundi.

J. A. Arhimandrit Antonij (arch. Antonius), I., 288—290.

D. Bogdaševskij: Poslanie sv. Apostola Pavla k Evrejam (epistola s. ap. Pauli ad Hebreos) I., 325—359. Bogdaševskij de epistolae ad Hebreos auctore, fine, lingua, argumento, verbo — omissa singulorum versuum exegesi — de eius authentia inquirit adversariorumque obiectiones rationibus breviter indicatis refutat.

Epistolam fuisse lingua Graeca conscriptam et usus verborum LXX et scribendi genus convincere videntur (p. 326 sqq.). Quod vero eius auctorem et authentiam attinet, inspectis Clem. Alex., Originis, Eus. testimoniis, eam genuinum s. Pauli fuisse foetum omnino tenendum est. Idem et ecclesia Romana ante saec. IV^{um} tenuit, Eusebio enim teste »spory o poslani Pavlovym imeli častnyj i dovol'no slúčajnyj charakter« (dissidia de epist. Pauli particularia et omnino fortuita erant). Hippolytus R et Caius presb. ideo epistolam admittere noluerunt, ut adversariis — Hipp. Theodoti asseclis, Caius Proculo — efficaciter resistere possent; fragm. Murator. vero omnino bene explicari potest (p. 328 sqq.).

Secundum auctorem dubitatio seria de genuinitate solum ex epistolae stylo repeti potest. Quod enim quidam „in hae sola epistola de Christi pontificatu (pervo-svjaščenstvè) agi“ obicere non cessant, haec gravis difficultas censeri non potest; etenim in hac sicut et aliis epistolis de sacrificio s. Paulus fuse exponit — ubi autem sacrificium adest, illic et pontifex una adesse debet; — deinde propositum quoque epistolae, ut doctrina de pontifice intelligi possit, prae oculis habendum

est: Paulus enim figuræ V T. in Christo evasisse hac epistola ostendere intendit (cf. IX. v. 24 et alios).

Nec Philonimus hie ulla ratione invenitur. Verba enim, ἀπαύγαστικ τῆς ζεξης ad Sap. VII, 25 sqq. potius quam ad Philonis locutionem alludunt. Dein Philonis λέγος τοπεύς nihil commune cum Heb. IV, 12., ubi de verbo, quod prophetæ et ultimis temporibus Filius locutus est, agitur habet; cf. etiam V, 13. Verbo, haec et alia epistolæ auctorem operum Philonis ignarum non fuisse, cum plurimum, ostendere possunt, cum aliae ideæ eaque satis diversæ apud utrumque inveniantur Philoque ipse nihil de Verbi (λέγος) incarnatione sciverit (p. 335 sqq.).

Quod difficultatem, quae ex epistolæ stylo petitur, attinet, non maior dissimilitudo cum ceteris epistolis habetur quam inter apocalypsim et IV. Evang. Dein Pauli stylus pro rerum adiunetis variam subit mutationem et, cum nulla urgeat necessitas — nulla enim ad iudaizantes allusio fit (?) — maior diligentia in conscribenda epistola adhibita est (p. 341 sqq.).

Difficultatem ex II, 3. haustam sic solvit auctor: s. Paulus citato loco non ab apostolis sed ab immediatis vitae Domini testibus sese discernit: — aliam difficultatem ex c. IX. petitam sic diluit: licet »dannago mesta poslanija my točno izjasni ne možem (hunc textum clare intelligere non possumus), probabilius tamen θυμωτήριον non de thuribulo, sed de altari thymiamatis explicandum est; ali eiudem capititis difficultati ex 2 Par. V, 10. et Ioseph., Antiq. VIII, 4, 1. medetur. Inter epistolæ auctorem et scriptorem non bene distinguit. Sic enim argumentatur: Si epistola haec s. Pauli non esset, nemo posset eius auctorem nominare; — id quod authentiae negativum argumentum censeri potest (p. 347.). Dein argumentis, quibus haec epistola Barnabæ, Apollo, s. Lucae, Silvano, Priseillæ, eiusque viro Aquilæ adscribitur, refutatis eam non solum a Paulo conceptam sed et scriptam esse iudicat.

Verum tertium adhuc restat, de quo quaeratur; — etenim praeter auctorem, scriptorem, redactor quoque secundus a multis, v. g. Kaulen, Cornely ponitur, isque Clemens Romanus fuisse recte putatur. De hac opinione aut de s. Clemente Bogdaševskij ne mentionem quidem facit.

Epistolam eandem Romæ esse scriptam cum ,οἱ ἀπὸ τῆς Ἰταλίας‘ tum subscriptiones multorum veterumque codicum: ,ἐγράψῃ ἀπὸ Ῥώμης‘ vel ,ἐγράψῃ ἢ πὸ τῆς Ἰταλίας‘ suadent. Iudaeos in Palaestina lectores fuisse epistolæ contextus persuadere videtur. Ut auctores catholicos saltem aequa ratione ac protestantes Bogdaševskij alleget desiderandum est.

N. Muhiń: Magija i koldovstvo u Assiro-vavilonjan (De magia apud Assyrio-Babylonios) I, 405—427.

Textibus et documentis ex opere „Cuneiform inscriptions of Western Asia“ et ex operibus Lenormant desumptis doctrinam de magia apud Assyrio-Babylonios in unum systema redigit. Singulare est, quod p. 425 scribit: »Ni odin narod jazyčeskoj drevnosti nepohodil stol‘ blizko k biblejskim predstavlenijam o gréhë i o neobhodimosti pokajanija i smirenija v dèle primirenija s božestvom, kak assiro-vavilonjane.

A. Dmitrievskij: Triod Postnaja — učilišče blagočestija (Triodion, speculum iustitiae I., 428—444. Cum in alia sua oratione: »Triod postnaja — učilišče blagočestija 25 apr. 1904. de ieinuio secundum Triodion locutus esset, hic de „precatione et poenitentia“ ex eodem Triodio sermonem instituit.

Adductis de precatione et poenitentia ex Triodio sat multis textibus iisque paululum explicatis, ita concludit Cum doctrina haec — ex Triodio deprompta — s. scripturae, ss. Patrum et scriptorum eccl. operibus innitatur cumque ex altera parte sat antiqua merito habeatur, eadem et in posterum ab orthodoxis firmiter tenebitur.

P. Stroganov: arh. David Naščin'skij, rektor Kievskoj Akademii vtoroj poloviny XVIII. stolétija (arch. David Naščin'skij, rector

Kioviensis Academiae descendente saec. XVIII) I., p. 445—458. Stroganov, documentis e historia monasterii Běžjukov desumptis, vitam Davidis N. proponit completque. David N. (* 1721, † 1793) Academiae Kioviensis rector fuit ab a. 1758 61, deque ea id meruit, quod sub ipso professores secundum s. Io. Damasceni opera dogmaticam proponere debant. Ab. a. 1761 archimandrita fuit in variis monasteriis.

David N. a. 1743. opera Theophanis Prokopovič Vratislaviae sub titulo „Miscellanea sacra“ a. 1745 alia eiusdem opera „Jucubrationes ill. et rever. Theophanis Prokopovicz“ edidit. Cum a rectoris officio liberatus esset, varia opera moralia componebat.

M. Posnov: K charakteristiké vnutrennej žizni poslépičnago iudejstva. (Ad vitam internam Iudeorum post exilium melius intelligendam) I., 360—404.

Relata de „magna synagoga“ Abr. Kuenen opinione notisque non raro sat gravibus ad eam vel potius contra eam additis, refutat eam et „magnae synagogae“ existentiam defendit. Imprimis breviter annotatis argumentis, quibus ostenditur Esdram utraque potestate, civili et sacra vestitum fuisse peritosque ac doctos viros congregasse, de tempore subsequenti inquirit. Sed cum de synedrio constet, solum de tempore intermedio ad saec. II. quaestio esse potest.

Ne aedificium fundamento careat, per plures textus ex libris Esdrae, Nehemiae, Machabaeorum et Iosephi Fl. antiquitatibus demonstrat non fuisse a populi Iudaici moribus alienum, habere virorum congregationem, qui populum non ad tempus, sed permanenter regerent. Quibus suppositis de magna synagoga quaerit. Licet autem de ipsā Talmudica testimonia praeter Pirke aboth sat brevia et obscura sint, eius tamen exsistentiam historica Iudeorum evolutione necessario postulat exigitque. Quod ut ostendat, primum Esdrae actionem describit, dein ex Talmud aliisque id generis monumentis operis Esdrini continuationem enarrat. Quam historicam evolutionem in eo auctor reposuit, quod Esdra labefactatam ante sua tempora apud Iudeos spem Messianam exercevit populoque eius a Deo electionem ante oculos posuerit eamque in lege Mosaica reconditam esse populo persuaserit. Inde mirum nemini esse debet, quod populus subsequenti tempore legem addiscere eamque observare omnibus viribus studebat. Tempus ab Esdra usque ad Machabaeos legi cognoscendae consecratum est tempusque nominatum, „sopherim“ periodus aurea merito censi potest. „Synagoga magna“ 120 membris constabat et in duplice classem dividebatur: unam, quae 35 membra et alteram, quae 85 numerabat; ad priorem pertinebant viri docti, ad posteriorem homines civiles ex variis populi classibus electi. Cuius „synagogae“ actiones maxime ebabylonico Talmudo describit.

Adnotandum tamen videtur esse ea, quae auctor de „Sopherim“ et „Sekenim“ potestate iuridica loquitur, minus clara esse minimeque finita censi posse. Confuse quoque de gentilium in libros quosdam sacros influxu scribit (p. 394 sq.).

A. Glagolev: Sionitskoe dvizhenie v sovremenennom evrejstvѣ i otnošenie etogo dvizhenija k vsemirno-istoričeskoj zadače biblejskago Izraelja, (Actio sionistica apud Iudeos huius temporis eiusque ad biblicum Israëlem relatio) I., 513—565. Actionibus et agitationibus, quae ultimis decenniis ad sionismum excitandum factae sunt, descriptis et enarratis, horum omnium motiva politica et oeconomica et non religiosa fuisse adnotat convenientibusque argumentis comprobatur. Immo ipse „officialis“ sionismus et sex sionisticeae congregations erga religionem omnino indifferentes sunt. Indole Iudeorum depicta et circumstantiis hodie vigentibus enarratis sionismum quem „spiritualem“ vocant prospera fortuna usurum esse dicit.

P. Kudrjavcev, professor Markelin Alekséevič Olesnickij (prof. Marcellinus Olesnickij * 1848 † 12 aprilis 1905) I., 675—704.

Ab a. 1873—95. de morali et paedagogica paelectiones in Academia Kioviensi habebat, ab a 1895. in eadem Academia de psychologia paelegebat. Olesnickij diligenter sese ad paelectiones paeeparabat auctoresque de re, quam studentibus proponebat, tractantes continuo pervolverbatur. Libri, maxime vero eius paelectiones eo excellunt, quod semper studiis suis sat amplam litteraturae in licem paeemittebat; rem vero ipsam in systema redigebat. Eius meritum in eo positum maxime est, quod ipse eo tempore, quo de moralis reformatione in Russia cogitabatur quoque moralis exculta nondum erat, ita ut solum duo respective tria opera scientifica edita essent, (nempe *Pravoslavno-hristianskoe učenie o nравственности* 1887. I. Janyšev; »Načertanie hristianskago nравоуčenija« Theophanis Zatvornik et „Opravdanie dobra“ V. Solov'ev,) — ipse eo tempore opera sua systematicae et scientificae, — ut dicunt eius recensentes — elaborata edebat.

In eius operibus protestantismi influxum inveniri extra dubium est; sed recensentes eius de huius influxus gradu non conveniunt alii, ut Linickij et Jastrebov in malam partem explicant, alii ut Bronzov mitius eum interpretantur. Immo nec superiores eius immediati in Academia semper eius paelectiones approbabant, a. 1895⁰, cum metr. Ioannicius minus rem probaret, de morali paelegere interrupit, et usque ad mortem suam de psychologia paelectiones habebat. Secundum profess. Linickij et Glubokovskij sententiam Olesnickij ita moralem tractabat, ut »dolžno soznat'sja, čto vo vsem etom sobstvenno hristianskago poka ničego nět.« (p. 690).

Quid Russi de ethica christiana sentiant, optime ex recensionibus de Olesnickij opere »Iz sistemy hristianskago nравоуčenija«, quod ad doctoratus gradum obtinendum proposuit, editis eluet. Recensentes dissentunt; quam dissensionem demonstrare, čto vzgljad na ĥarakter pravoslavno-hristianskago nравоуčenija doselè ešče ne ustanovilsja v russkoj bogoslovskoj literaturě. (p. 692), Kudrjavcev dieit.

Præcipua M. Olesnickij opera haec sunt: 1. Istorija nравstvennosti i nравstvennyh učenij. Kiev, I., 1882, II., 1886; 2 Nравstvennoe bogoslovie. Kiev, 1892; 3. Iz sistemy hristianskago nравоуčenija. 1896; 4. Polnyj kurs pedagogiki, 1. pars 1885, 2. pars 1887 —

M. Olesnickij operum censuram desideravimus

Absolvetur. M. H.

Nikolaj Glubokovskij, Благовѣстіе св. Апостола Павла по его происхождению и существу. (Blagověstie sv. Apostola Pavla po ego proishoždeniju i susčestvu.) De origine et genere evangelii s. Pauli Apostoli. Quaestiones biblico-theologicae. Liber I. Spb., typogr. Montvid, 1905, LXX + 890.

Notus cum laude auctor primo hoc libro collectas de Paulo et Evangelio suas dissertationes ordinate lectoribus paeabet. Crassius volumen duobus tractatibus constat, quibus introductio eruditia paeimissa est. De tractatu I. iam anno I. „Sl. I. th.“ p. 21-24 relatum est.

In introductione (I—LXX) dissertationis momentum expenditur. Gravissimae enim veritates religionis christianaæ cum argumento tractationis connexae sunt. „Sub omni respectu et quibuscumque etiam maxime oppositis tendentiis Paulus Apostolus clavis apparebat esse ad integrum historiam christianam p. IV Hinc mirum non est quod criticismus Paulum doctrinis paeconceptis suis maxime adaptare studeat, quo Christum Pauli seu dogmaticum efficacius Iesu historicō valeat contraponere. Quem in finem omnia Pauli in diversissimas partes distorquent, si modo aliqua ratione placita sua Pauli auctoritate sancire et auctoritatem divinam ex opere et persona Christi auferre possint

pervertit Pauli educationem, studia, historiam, sententias. Quod e copiosissimo huius farinae auctoram elencho et scriptis, maxime edictis sagacibus, eorum allegatis doctissime ostenditur. Quae hypotheses, quantumvis sagaces, cum vehementissimas contradictiones statuant, tamen a criticis retinentur et Paulus omnium errorum et ineptiarum magister et compilator audacter obtruditur. Quoad originem subiectivum et quoad argumentorum structuram compilatio — Pauli evangelium exhibens indigestam disparatorum elementorum molem (Dr. Martin Brückner), scatibus multiplicibus contradictionibus (Loris Guilliny) et internis discepantibus (O. Pfeiderer), quia auctor non omnia capita parum sed dulitate disquisivit neque in harmoniam redigit et saepe varias concessiones admisit (Orello Cone) prout missionaria eius experientia exigebat aut prona erat (H. J. Holtzmann)⁶ p. LXIV. Cum hic sit dissertationum criticarum tenor, facile conceditur utile, immo necessarium esse, ut omnia argumenta novo examini subiciantur, quo periculo et rationi et conscientiae uniuscuiusque elueat testimonii, quod Paulus sibi ipse fert, veritas, quia Evangelium, quod evangelizatum est a me, non est secundum hominem⁷ (Gal. 1, 11.)

In tractatu H. magnus ille exegeta, qui divinum in Pauli conversione interventum laudissime evicit, idem et quoad Pauli evangelium demonstrandum ascepit non audiendos esse Holsten, Fred. Rendall, H. J. Holtzman, A. B. Bruce, P. de Lagarde, Jules Bovon, Harnack et alios, qui sicut Pauli conversionem ita et evangelium naturali iudaismi evolutioni tribuunt, sed Apostolum, qui Philipp. 3, 7 protestatur: „Quae mihi fuerunt lucra, haec arbitratus sum propter Christum detrimenta.

Capite primo (118 — 182) quaestio de Pauli eruditione rabbinica, dubiis rationalistarum multum distorta, iterum exponitur et quid de ea recte teneri possit, demonstratur. S. Paulus cum rabbinorum plausu sublimi scholasticam iudaicam cum omnibus subtilitatibus didicerat et omnium oculos et vota in se attraxerat. Quod cum ex testimoniis epistolarum eius non constet, certo colligitur ex Act. 22. ubi Paulus Gamalielis (e schola Hillel) discipulum se dicit, eius testimonii momentum A. Hausrath arbitrarie addubitatavit, confirmatur vero quam maxime Talmudistarum de s. Paulo alto silentio, quod minime ad ignorantiam inculpatam (Samuel Weyler) sed ad oblivionem erasse affectatam referendum appetit, qua Paulus, olim gloria, postmodum formalismi et ritualismi inepti acerrimus oppugnator, oppressus est.

Neque umquam assertam Pauli ad Gamaliel relationem expugnabit Samuel Weyler ad litteras provocando, quas Paulus a summo sacerdote ad Damasci synagogas petiit et obtinuit. Contra omnia reram adiuneta enim offendit, cum contendit Paulum litteras illas potius a synedrio postulare debuisse. Paulus enim procul dubio Theophilum, licet illegitime creatum, agnovit (Act 23, 2—5); Gamaliel, conspicuum quidem synedrii membrum (Chwolson), minime vero eiusdem collegii praeses fuit, quod a pristina iurisdictione prorsus exciderat. Ceterum, cum ne summus pontifex quidem iurisdictione in diasporam esset instructus, Damascenis autem persuasum esset, Paulum Christianos

captos ad summos sacerdotes (munere funtos, qui in synedrio sedebant) ducturum esse (Act. 9, 21). apparet, quam legitime quoad magistratus iudaicos sese gesserit. Neque argumentatio quorundam (Renan, Hausrath) ex contrariis invicem ingeniosis Pauli et Gamalielis petita melius procedit. Si enim Actum scriptor Paulum per Gamalielum magistrum vafre commendare voluisse. hoc certe non semel tantum fecisset. Commemoratio Gamalielis minime ad conciliandos Iudeorum animos a Paulo facta est. neque per moderationem sed furorem excepta est. Denique, et hoc caput est, Glubokovskij neque eorum sententiam suam facit, qui Gamaliel aliter in schola docuisse, aliter in synedrio prolocutum esse dicunt, neque eorum, qui Christianorum fautorem fuisse credunt, sed callidum christianorum inimicum, qui non ita synedrii membra sermone specie tenus ambiguo decipere, quam prudenti moderatione eorum impiis conatibus efficaciam addere studuit, prout sermo eius in synedrio prolatus recte explicatus docet. Quem orationis sensum resultare defendit iam exinde, quod viri Israelitae^{mentem} Gamalielis approbarunt (v. 39), deinde nihilominus apostolos flagellarunt, neque eorum verberationi Gamaliel refragatus est; caedem vero apostolorum tamquam medium inconsideratum et superfluum reiciens, revolutionem illam, quam Christi mors excitaverat, mente quidem volvebat, misere tamen reticuit ducesque erroris recensere maluit, ut inueneret, multum abesse, ut Apostolorum opus Dei opus esse agnosceret. Vv. 38—39 per expositionis decursum aliquatenus quidem illustrantur. Difficultatem vero, quae ex illis in hypothesi Glubokovskii sese offererit, sequenti commentario expedit „Impugnare eos cum propriae aquanimitatis dispendio superfluum est et imprudens. Hae ratione enim concederetur, in eorum praedicatione contineri elementa sana, vitalia, raiuae non obnoxia. Hac agendi ratione vis quaedam superior eidem inesse agnosceretur, qua concessa dilemma (!) exsurgit inevitabile. Si a Deo omnia eorum opera sunt, perdere impossibile. Iudices autem oboedierunt bono consilio (*ἐπείσθησαν*), verum omnino non (apparenter) ad mentem eius---caesos Apostolos prohibuerunt vel loqui de nomine Iesu (Act. V, 40) Qua ratione Sauli cum Gamaliel consortium odia eius in Christianos minime implexa reddit sed potius explicat. Saulus enim notabiliter ante Stephani caedem Hierosolymam venerat, traditiones paternas, quae pharisaeicae erant, excoluerat (Philipp. 3, 5) et vita sua exprimere accuratissime studebat (Gal. 1, 13), et quia legem scholasticis pharisaeorum placitis infectam tamquam vitae normam habuit, consequenter existimabat, se contra nomen Iesu Nazareni debere multa infesta agere (Act. 26, 9).

Quaestione sic illustrata anterior quidem criticorum oppositio „in futilem verborum pugnam omni vi scientifica carentem“ recidit, quae-dam tamen diversorum obiecta *G* tenui calamo perstringit. Cuiusmodi sunt citationes iuxta LXX a Paulo communiter factae, silentium de Gamaliel observatum (relatio Pauli ad *G*, nota erat, mentio vero Act. 22, 3 facta ad orationis scopum spectat), item controversia, num Paulus Christum in terris degentem viderit aut noverit (negative respondeatur ex pluribus rationibus, quibus non sunt adversa 2 Cor. 5, 16, ut O.

Cone, C. Weizsäcker, O. Pfleiderer voluerunt). „*Ιατρεθηραμέρος*“ Act. 22, 3 (cum M. Chr. Wollio) de sedula et accurata eruditione explicat, quae stat, etiamsi Paulus neque a pueris neque continuo Hierosolymis degisse dicitur.

Capite secundo (182—232) ulterius iam procedens et maxime contra Jules Bovon, S. Schechter, E. Renan, A. H. Franke et Heinrici agens, quid de methodo Pauli exegistica recte teneri debeat, ostendit. H. S. Hirschfeld potissimum laudans exegeseos rabbinicæ principia ad quinque capita revocat. Textus s. cum traditionibus consonus semper sit quae directe non exhibet, mediate ex eo ernenda sunt, etiam mediis abstrusioribus internis, immo et combinationibus variis externis biblia cum vigentibus observantias consone semper intelligenda sunt. Quae principia quantum non Paulina sint, allatis exemplis, quantum satis est, evincit. E. g. mentio de Ianne et Mambre, cui quidam multum fidunt, exemplificatio est nil novi inferens et ipsa quidem traditione vulgari Tim. 8 non rabbinica transmissa. Quae de spirituali petra, quae Christus erat, 1 Cor. 10, 4 leguntur non ineptae fabulae rabbinicæ terrena sensa, sed sublimis Pauli de iugi et gratiosa Domini praesentia applicatio est. Neque ministerium angelorum (Gal. 3, 19) in lege ferenda per transennam commemorans cum rabbinis legem extollere intendit, sed ad mediatoris notionem animum convertens oppositum prorsus inde infert et legem abolendam faisse probat. Legem porro de bove triturance a Dent 25, 4 in op. ad Cor. 9, 9. 10. adscribens minime dici potest agere contra sensum primum et proprium, qui moralis est. — Neque malam rabbinorum artem sapit Pauli contra iudaizantes argumentum ex eo ductum, quod „iustus ex fide vivit“ (Hebr. 10, 38, Rom. 1, 17, Gal. 3, 13), quia Habac 2, 4 simile dictum quod respicit, non evertit, sed prophetæ monitum ad principium unde quaque firmum evehit, quo processu umbram quandam mutationis vitare Apostolus non potuit. — Irriti quoque sunt criticorum conatus, si contendunt a Paulo in Gal. 16 philologiam vapulavisse atque rabbinorum arbitrariam interpretationem adhibitam esse. „Nobis videntur, inquit Gl. p. 211, critici ipsi omnino offendere et multum desudare iis inveniendis, quae tali attentione et honore digna non sunt, quia dudum in communi notitia fuerunt. S. Paulus non minus illa quam moderni doctores cognita habuit, qui inani studio ipsum instruere satagunt.“ S. Paulus promissionem divinam e Gen. 13, 15; 17, 8 receptam et recte penitusque intellectam tamquam testamentum ad litteram interpretandum tractat et in Christo et a Christo impletum sistit praeterea unicitas numerica quoad originem et unitas genetica in testamento transmittendo observata praecclare stricto termino „στέργω“ expressa est. — Post quas methodi Paulinae vindicias positiva exegeseos Paulinae principia statuit, quorum palmare ita habet: Historiam populi Israel, quae semper Messiana fuit, sensu christiano explicari oportet. Hinc mirum nemini esse debet, quod s. Paulus adiuncta historica — historice quidem sacrosancta — propter hunc finem Messianum non tanti facit, neque phrasim serviliter reproducit — quaestio de Scripturarum exemplari Paulino vix est definienda — de ratione Messiana, ut oportuit, exprimenda maxime sollicitus.

Capite tertio (233—278) subtilis quaestio de ratione existentiae Salvatoris antesaecularis tractatur, ex quo doctrinae capite Paulum rabbinorum pedisequum exentero quoque conantur. Praevie iam notat, quam labiles sint deductiones criticæ. Fontes enim indaici, e quibus N. Testamenti ideas evolutas esse volunt, in historieis tenui tantum auctoritate pollut, in dogmaticis vero traditionalismo immobili et sterili indulgent. Externae quaedam Evangeliorum et scriptorum rabbinicorum habitudines negativae cum interno influxu vicario non sunt confundendae, neque ut certum venditandum, quod remotam quandam possibilitatem non excedit. Exposito secundum W. Beyschlag criticorum systême Paulino quod „Adamo coelesti“ affingunt, quaestionem restringit eum in modum, ut in Christo non filiationem divinam, sed in genere eius proprietatem, qua mundum transcendit, considerandam suscipiat eamque sub dupli durationis respectu, quatenus ipsi humanitas prototypica ac dein praecexistens quaedam asseritur quoad mundi constitutionem aut quoad mundi redemptionem a divina voluntate procedentes. Unde duplex typus prodit hominis naturalis et hominis redimenti. Quae quaestio cum dogmatica sit non pleno calamo describitur, sed ad modum theseos e doctrina Pauli constituitur Christum extitisse ante Incarnationem suam personaliter, ex altera parte vero non minus firmum esse, praecexistiam illam ne idealiter quidem humanam fuisse (Philipp. 2, 6—7.) Sed neque ulla vera humanae praecexistentiae ratio e libris talmudicis et apocryphis Iudeorum statui potest, qui Messiae nomen Torae subordinant et Messiam ipsum pro diversa rerum Israel vice diverse sibi fingunt. Desperatum quoque est ultimum Pauli rabbinici patronorum refugium, quo asserunt Messiam sicuti rabbini erat idealis quidam homo, qui in populi Israel gloria se revelabat, ita Paulus esse idealem hominum typum, qui post resurrectionem demum verificatus sit. Si enim ad Gen. c. 1 et 2 provocant, prouti a theologis iudaicis explicari consuevit, et apocryphos libros Henoch quoque adhibent, ut parallelum istum instaurent, sciant critici et ab Hamburger et Ad. Franck (La Kabbala) discant, se statuere e locis illis, quod in eis non est. Theosophia cabballistica vero seriore tempore, quam ut Paulus eam sequi potuerit, patentibus viris gnaris ortum duxit, neque iudaicas sententias, sed dualistica emanatismi plaeita fovet Adam Kadmon emanaticus nil commune habet cum „homine secundo“ I. Cor. 15, 47, qui e caelo est ob qualitates suas et originem essentiae, non vero secundum praecexistiam. Quam arbitraria sit eorum agendi ratio, qui I. Cor. 15, 45 cum Gen. 1, 20, 21 necentes inde duplēm hominis creationem colligunt, vix dici potest de Gen. 1, 26 quidpiam dicere superfluum visum est. Paulus describit „Salvatorem divinum, qui fuit secundum ipsam humanitatem suam eaelestis, alienum a mundi rationibus cosmicis, humano intellectui essentialiter incomprehensibilem (I. Cor. 2, 7—8, 10 II. Cor. 1, 6) p. 278.

Capite IV (p. 279—451) dissertatio iam ad Messiae opus, redemptionem vdl. et iustificationem progressa conspicitur. Auctor primum Pauli, dein satis fuse rabbinorum doctrinas, quae ad argumentum propositum pertinent, quoad summa capita exhibet. Dissermina-

potiora in quadruplici oppositione collocat. In systemate rabbinico instituta a quolibet propriis viribus comparari posse traditur — contrarium habet Paulus; rabbini docent, redemptionis extraneae necessitatem statuendam non esse — quae assertio Paulo infamia est neque redemtionem cum Messia necessario connexam tenebant, sed potius principium quoddam de aequilibrio iustiarum et praevaricationum populi Israël statuebant, penes quem esset thesaurus iustiarum superabundantium, quas peccatoribus a Iudeis descendentibus appropriari credebant — quibus omnibus vehementer contradicet Paulus; tandem Messiae crux Iudeis quidem scandalum. Paulo autem omnia erat. Qua ratione iam in antecessum firmum est, quod „in theologia rabbinica neque redemptioni neque iustificationi ullus locus relictus est, quia termini isti in ipsa omnino contra intellectum christianum explicantur“ (p. 301.) Quibus in genere praelibatis ad argumentum secundum singularia capita ex ordine evolvendum transit. Itaque expositis falsis rabbinorum de statu hominis originali commentis, acsi natura humana in bono et malo condita esset, contra Pfleiderer (der Paulinismus), A. B. Bruce (St Paul's Conception of Christianity), C. Weizsäcker et alios agit, quorum criticas in 1. Cor. 15, 45—48 divinatione, castigat, item Rom 5, 13, 14, cum 6, 23. ab inanibus et prae fractis multiplicis speciei opinacionibus vindicat atque ostendit, integrae Pauli argumentationi catholicam de innocentia originali doctrinam subesse. Quae innocentia amissa est per personale peccatum Adae contra legem naturalem aeternam praevaricantis, cui legi aeternae supervenit „lex“, quae intendit quidem peccati culpam, sed etiam desiderium redemtionis. Christi autem opus et gratia vicit peccatum, et prout est intensum per „legem“ et prout est universaliter extensem propter legem aeternam. Quibus certissimis doctrinis si Pfleiderer et C. Clemens „schlummernde Unheiligkeit“ opponunt, non animadverterunt Rom. 7, 7—10 non referri ad statum originalem, sed evidenti nexu cum legislatione Sinaitica cohaerere, et quod ibidem sermo est de statu empirico, qui omni exceptione maior (Maria!) sit neque supremae quaestiones hamartologicæ disentiuuntur. Neque felicior fuit Sabatier in loci huins expositione (L'origine du péché), qui samam quidem studuit tenere criticam, malam vero adhibuit logicam et dialecticam, cum categorias τοῦ esse et τοῦ possibile confundit et reipsa non Adamum tantum sed quenlibet peccatorem typum Christi dicere cogitur, quod multum abest a mente et verbis Pauli. Mortalitas quidem et peccati ratio nexus individuo cohaerent, ἀμαρτία et παράβασις quidem sunt simultanea, origine vero prior est παράβασις, sicut prior est Adae ργίας quam omnium κατάργησις. Rom. 7 Apostolus in luce revelationis evangelicae considerat personam humanam in genere influxui gratiae subtraetam. Cum σάρξ, cui peccatum inhaeret, unum constitutum cum parte hominis spirituali et homini simpli citer proprietur, nequit esse mali causa vel sedes physice, sed moraliter tantum dicitur mala, quatenus vdl. in boni executione propter corruptelam generis humani peccato originali inductam ineptum instrumentum esse ostenditur. Σάρξ iners est et passiva totaque immutatio ipsius in eo est, quod ex instrumento spiritus fit instrumentum (et sub-

iectum) peccati. Αγαρτία et σάος essentialiter ab invicem differunt (p. 361).

Tota Pauli anthropologia prorsus aliena est a naturalismo dualistico et perfecte iam in A. T. prostat. Anima enim vivens Geneseos factum dicit, quo vita hominis in mundo incepit. Spiritus vero Dei exprimit principium immateriale, quo homo super creaturas visibiles omnes elevatur et ad Deum, spiritum perfectissimum, dirigitur. Qua directione hominis elevatio fit obligatio, psychologicum induit rationem ethici: anima enim (corr. σῶμα) libere est elevanda in spiritum (πνεῦμα) per ρόν, quo processu σῶμα πνευματιζότ producatur (1 Cor. 15, 44). In haec igitur Veteris Testamenti et Apostoli anthropologia statui innocentiae originalis locum facile concedi quisquis videt. Quia vero homo animam spiritui conformare et in Deum dirigere neglexit, factus est carnalis σαορούσ per peccatum, actu libero voluntatis suae. Peccati igitur origo immaterialis est.

Multum quoque distant a sana Pauli doctrina placita rabbinorum. Non quadrat in systema Paulinum imputatio pure iuridica et nationalis, non responsum ad axioma de non remittendis peccatis sine sanguinis vitulini effusione, non duplex Messias, non passiones eius personalis et non dogmaticae et vicariae, non passione per quas ipse sibi meretur, quibus non omnia sed aliqua tantum onera populi sui et cum ipso suscepit et portat (--- p. 412). Accedit et aliud grande discrimen. Cum apud rabbinos iustificatio non differat a redemptione, quae debitorum solutione et compensatione absolvitur, Apostolus recte utrunque distinxit. Christus, hostia innocens, quae libere se obtulit, statum defectionis creaturae a Deo in mundo eoram Deo reparavit (Gal. 3, 13.) et maledictionem Adae evanescavit atque in se suscepit. Sanctitas hostiae in Golgotha oblatae, per universalis et in Christo tantum individualis, individualis quoque fit iustificatorum per fidem, quae per caritatem operatur. Quam unionem cum Christo per Spiritum sanctum restauratam sequuntur opera spiritus in eis, qui secundum spiritum ambulant. Porro gratia iustificationis bonum reale est non per fiduciam speculationem sed Virtute Fidei apprehendendum. In coronide quadam reicit sistema Ritschl et scholae, quae a Ritschl dicitur. In systemate eorum vdl. caput questionis non attingitur.

Caput V. (452—616) de questionibus eschatologicis tractat. Primum e documentis ostenditur, quantopere diversum sit elementi eschatologici momentum in rabbinismo et apud Apostolum. Oppugnantur imprimis Dr. Ab. Geiger, Wilhelm Karl, E. Petavel-Oliff, Dr. August Wünsche, August Sabatier, Ad. Jülicher, Édouard Reuss. Ut affinitas aut aequalitas doctrinarum Pauli et rabbinorum statui posset, origo et momentum utrobique similia vel eadem esse deberent. Atqui germen eschatologiac rabbinicae sunt exspectatione prosperarum populi Israël rerum in futurum prorogatae, dubia de remuneranda legis observatione propter calamitates vitales orta, quae ex iuridica nomistarum theoria diluebantur consolatione venturae aliquando compensationis, antinomiae quaedam e vita quotidiana instorum, qui cum rebus infastis in hac vita afflentur, post mortem resuscitati ad Messiac dapes vocandi statuebantur.

Momentum vero dogmaticum sententiis istis piis non competit, ut v. gr. Sadduceorum secta ob oculos demonstrat, quae omnia haec ridebat, quia eschatologiae consolationibus carere poterat, et tamen a coetu religioso exclusa non est. Cum quibus placitis si Pauli doctrina conferatur, maximum disserimen appetit. Pauli enim eschatologia anthropologica quoad essentiam in Redemptoris opere continetur et hinc valore omnino dogmatico instructa appetit. Quodsi ulteriores conclusiones considerantur, exulat apud Paulum color utilitarismi, quia ratio eudaemonologica secundaria est, resurrectio non causatur hominum meritis, sed postulatur propter vitae huius inanitatem et moralem hominis in terris degentis impotentiam. Porro fidei in systemate Pauli alia est ratio quam legis apud rabbinos. „Fides prorsus non coincidit cum lege. Lex enim medium erat ad evolvendum, quod iam praecipiebat, fides vero ipsum esse christianum condit (p. 476). Fides non est medium ad vitam, quae vi-cissim non est secundariam (βιατομπρόβτειηνης) consequens. Haec duo ad amissim invicem coincidunt atque manifestantur in ipsis et simul. Fides in vita exseritur, vita per fidem sustentatur. Quae tamen omnia ideo sunt, quia ea ratione homines concrescunt cum Christo empiterne vivo et in ipso instruuntur qualitatibus vitalitatis aeternae, quae in ipsis haud aliter atque in Christo neque teritur neque moritur. Hinc opus eis non est ad aeternum tendere, quod in ipso praesenti habetur (p. 477). Mors tanquam momentaneum tantum opus cosmicum appetit vita non est remuneratio, sed inseparabilis fidei vis. aeternitas vero eius proprium, quod per Redemptoris resurrectionem tutum redditum est (p. 478)“ Quae firma Pauli principia, ut facile intelligitur, saeculi huius intolerantiam et impatientiam non inferunt adeo acrem, ut vehementi quadam Christi invasione fideles ab iis sint liberandi, cum potius spernenda appareant et liberatio ex iis certo ventura sit. „Aeternum enim sub velamine temporis per unionem cum Christo fluit (vel stat potius) neque ad frangendum debile elementum tendit aut inducit, sed illud spernit potius et normali incremento infallibiliter consummatur“. (p. 480). Doctrina de parusia apud Paulum, ut ex principiis eius dogmaticis et philosophicis liquet, non terrenis aerumnis sed supernis bonis regitur. Et universim quidem hominum resurrectio in adventu Christi obtinebit. Singulorum vero hominum resurrectio determinata a vita gratiae pendet, quae pro unione cum Christo et divina providentia variat; utrumque tamen mysterium est.

Desiderium „dissolvi et esse cum Christo“ duo exprimit, quorum posterius a priore tamquam a condicione pendet, quae in Christifidelibus cum adsignificatione ethica accipitur.

Neque Ephesi degentis aerumnae neque ecclesiarum vitia posterius emergentia cogunt, ut „un grand changement“ vel „transformation décisive“ in eschatologia Pauli cum Aug. Sabatier statuatur. Paulus enim, qui haec omnia praevidere poterat, neque in vinculis Romanis (Col. 1, 23) neque initio (The Gallicenses) animum despondebat aut mentem mutabat.

Reicit deini criticorum (F. Godet, Christ. Ewaldsen, N. F. Cartensen, H. W. Rinck, O. Pfeiderer, C. Bruston) dubia, quae potissimum

ad 2 Cor. 5, 3. alligantur. Contra quos rationibus e textu, contextu, lexieographia desumptis vindicat rectum difficillimi incisi sensum. „Habitationis coelestis nomine exprimitur in genere, post destructionem securitatem esse habitationem indestructibilem (p. 511) *Γεννοί* est praedicatum characteris omnino moralis: percipitur in eo sollicitudo facile perspicua, ne forte, postquam ad coelicularum regionem pervenerimus. ethice nudi inveniamur, indigni stolis aeternis“ (p. 512).

Cum quaestiones eschatologicae sublimitate excellant, mirum non est abundare in hoc argumento criticorum subtilitates et errores, quorum praecipui recensentur. Ita fuse exponitur „recens apostolicae eschatologiae interpretatio“ secundum quam resurrectio mortuorum et iudicium perficiuntur ante faciem Domini (*Ἐν τῇ παρουσίᾳ*) immediate post mortem et quidem ea vice chronologica, qua terrestres nostrae habitationes destruuntur (C. Bruston: P. W. Schmiedel). Quam theoriam Glubokovskij ipsis eorum argumentis scripturisticis et philosophicis recte adornatis diluit. „S. Paulus ubique refertur ad ideam »praesentiae« Christi, quia principii rationem habet et fundamenti instar est in notione »parusiae«. In ea vero Paulus non sistit, sed logice ex ea momentum realis »adventus« Domini ducit. Radicalis criticismi error est ordinis inversio: assolent primum extollere secundarium et eo ipso a principiante illud divellere. (p. 548.) Opponunt etiam, parusiam studio recti boni obesse (Pfleiderer, H. I. Holtzmann): atqui, respondet Glubokovskij, praesentia Christi in his terris non est simpliciter impletiva sed exigitiva etiam boni operis et studii ethici (Phil. 4, 5, 8.) Item obiectio Paulum resurrectionem aliquorum tantum docuisse, immortalitatis quoque facultativae („posse non mori“) hypothesis de peccatoribus annihilandis et interpretationes chiliasticae indicantur. Qualitates resuscitatorum quod attinet cum Rud. Cornely tinetur *Gl.* physicam coniunctionem resuscitati cum mortuo apud Apostolum comprobari. Quia physica coniunctione excluditur explicatio, qua σῶμα accipiatur de forma existentiae, prouti nunc reluet in corpore carnali — quod in futuro saceculo non subsistet (Ferd. Christ. Baur), tum acceptio eiusdem termini de specie corporali, omni, quam nunc habet, comprehensione, vacua (Aug. Sabatier), tum photographica repristinatio per os quoddam *τέλος* residuum, ut Ed. Reuss post rabbinos sed contra sensum Pauli autumavit. „S. Paulus totum reducit ad voluntatem divinam absolutam et independentem neque fas est contendere materialem conservationem individualitatis nostrae necessariam esse, ut regenerari possit. p. 640. Elementum physicum erit analogum terreno, ex quo cum non excrescat naturaliter, renovatio miraculosa esse ostenditur, quae non indiget materiali caducae habitationis conservatione (p. 641).

Quodecumque eschatologiae caput consideretur, duplex ubique elucet grandis inter Paulum et rabbinos differentia eschatologiae Apostoli propria sunt 1. „sublimis character ethicus, qui a qualibet materialismi formalitate in processu resurrectionis describendo alienus est et 2. realismus animatus, qui numquam in abstrusum spiritualismum abit“ (p. 644).

Capite VI. (647—815). Apostoli doctrinam de angelis et daemo-

nibus exponit continuo ad criticorum liberiores et falsas animadversiones prospiciendo. Et primum quidem monet, quo loco Pneumatologia in evangelio Apostoli collocanda sit. Fas non est eam instar accidentalis additamenti in doctrinali eius systemate habere. Est potius integralis pars theologiae Apostoli propter intimum cum Soteriologia nexus, qui opere Redemptoris mutationem subiit eo, quod postquam immediata hominibus cum Deo communio parata est, mali potestas fracta est et media unionis cum Deo foyendae subsidiaria sublata sunt. Insuper Paulus eo quoque de hoc doctrinae capite aperte proloqui cogebatur, quod in V T paginis saepe de eo sermo recurrat.

Critici (Edmond Stapfer, Karl Müller, F. C. Conybare, Orello Cone, David Sommerville, George Matheson, Mr. Frothingam, A. Hausrath) ex hoc capitulo quoque conantur probare, Apostolum spiritu pharisaico regi et placita iudaica reproducere.

Itaque imprudens fuerit, qui statuerit Paulum nulla ratione iudaismo obnoxium fuisse. Secus enim et ille, qui Dei existentiam cum Iudeis profitetur, rabbinismi reus statui potest (Act. 23, 8.) Futilis autem et arbitraria est assertio (Leond. Usteri, Ad. Harnack) Iudeorum fidem in spiritus non revelationi divinae sed cum ethnicis conversationi et naturalismo deberi. Rationes enim, quas alii (Dr. Aug. Wünsche) potissimum ex nominibus afferunt ad commentum conprobandum, illud ne probabile quidem reddere valent, quia spirituum nomina illa saltem fixo et firmo revelationis fundamento tandem aliquando supervenerunt. Neque Iosephi Flavii et Philonis, quorum neuter iudaismum genuinum exprimit, spirituum cum animabus confusio, questionis statum allatenus afficit. Gratus quoque Veteris T de Spiritibus doctrina ad divos semiticos (elohim) necit, qui numquam a s. auctoribus cum Spiritibus iunguntur, utpote fieti et vani. Veteris Ti et Apostoli angelologia in divina revelatione stat.

Qua ratione vindicata breviter verbi revelati auctoritate divina ad rabbinismum proprium accedit. Refert quam plurimorum recentium theoriam, iuxta quam Iudei in locum intermissae revelationis divinae frequens Spirituum ministerium substituerunt. Quam theoriam, si moderate applicetur, ad rabbinismum quadrare concedit. Paulus vero via prorsus opposita in negotio isto solvendo processisse conspicitur. Interrupto Dei cum hominibus commercio opponit Incarnationem Filii Unigeniti, qui per fidem in unum quasi confluit cum iustificatis iisque privilegium filiorum Dei conciliat. Quo sensu Christus unicus est mediator Dei et hominum (1 Tim. 2, 5) et in religiosa communione instauranda nullum admittit auxiliatorem. Universa quoque V T. oeconomia de facto paedagogiae Filii manifestatio erat et a Domino absolvebatnr; qui est absolutus humanae salutis Sator. Quodecumque vero aliud in hoc negotio officium supervenit, adventicium praecise et subordinatum tantum esse potest et quoad motivum et quoad exercitium. (p. 667.)

Post quas generales observationes in specie tractat de spirituum natura, operationibus, proprietatibus.

Daemonum natura nil habet commune (apud Apostolum) cum numinibus et geniis ethniciis. Terminus δαιμόνιον (1 Cor. 10, 20) per se non habet adsignificationem entis maligni sed divinitatem veram, falso tamen ab ethniciis conceptam, exprimit (Gal. 4, 8). Hinc etiam 1 Cor. 10, 19 sermo non est de sacris diaboli sed de nihilo perversae gentilium mentis, cui sacrificatur. — Multum disputatur de „elementis“ mundi huius (*στοιχεῖα*) quae haud raro ad spiritus malos a criticis falso referuntur. „Στοιχεῖα comprehenduntur mundo et materialiter in ipsum ingrediuntur. Hinc entia intellectus esse non possunt, sed elementa sunt cum physica universi organismi natura connexa. Онъ не могутъ быть величинами интеллектуальными элементами физического организма вселенной. (p. 697.) Quae acceptio scientifice obligatoria dicitur. Critici (H. Quack, Ad. Hilgenfeld), qui exin „Elementargeister“ producere conantur, si sibi ipsis constantes esse volunt, studia legalistica et circumcisionem ipsam (Gal. 4, 21; 5, 2; 6, 12—13) ad phaenomena astrorum referre deberent. Generatim „convenientia cultus iudaici et ethnici apud Apostolum mere negativa est. Apostolus omnia considerat in splendore gloriae Paternae in Domino Redemptore. Judaismus parem rationem atque hellenismus exprimit propter exiguum influxum suum, sub quo homines, si a Christo abstrahatur, non perveniant ad aetatem filiorum adultam sed manent in servitute. (p. 712.)“

Spiritualem naturam angeli et daemones etiam spiritualibus produnt operationibus. Hinc falsum est spiritum esse materialem structuram omnis vitae supersensibilis (aeternae), ut O. Holtzmann opinatur, neque doctrina C. Holstenii de spirituum incarnatione ullum fundamentum apud Apostolum habet. Audaciam vocat auctorum quorundam independentium (Eugène de Taye, W Karl Samuel Mattras) materialisticam termini „δόξα“ explicationem. Ιόξα „tropice repreäsentat naturalem (?) angelorum praerogativam cum Deo conversandi—analogice ad excaecantem Patris in Filio splendorem atque a quibuscumque contactibus cosmicis longe abest“ (p. 716.) — Quaestionem „de materialisatione effectuum pneumaticorum“ uberrime exponit, et quidem non tantum quoad angelos, sed etiam quoad Spiritum Sanctum et Christum Dominum in iustificatis operantes, quorum divinitatem et personas in dictis operationibus vindicat (719—28 not.). Quod angelos attinet, laudari solent a criticis et conferri imprimis Gen. 5, 3 2 Cor. 11, 2. 3 : 1 Tim 2, 14. 15, ad quae Glubokovskij in sublimi lucubratione criticarum nugarum futilitatem fecit splendescere. Vix, ac ne vix quidem, ita inter alia, lectores coniectando poterant assequi, quod commune notae speciei animal (serpens) organicas facultates habuerit ad carnalem passionem cum feminis explendam.“ Quod magis etiam vice versa absimile et stultum appareat. Illic et hic „rationes aderant unice spirituales et ex spiritualibus tendentiis promanantes et ad spirituales fines dispositae“ ut historice de Corinthiis sublimiora superbe scrutantibus constat. — Neque ex 1. Tim. 2, 14—15 delictum specialiter femineum suspicari, sed spiritualem regenerationem discere oportet. Trahunt huc etiam 1 Cor. 11, 10, ac si angeli muliebri venustate provocarentur. Verum violentor et inepte. Ἐξονσία est virtus subiectio-

nis sub viro mulieribus a Conditore imperata. Velamen est facti illius ad extra expressio et quasi adminiculum illius subiectionis, quae pretium habet ethicum, si ad modum Angelorum sollicite et pie obser-vatur, qui sunt spiritus Creatori semper fideles. — Celebritatem maxi-mam naetus esse videtur locus ille 1 Cor. 5, 5. Ad quem pari ra-tione ostendit, quod nullatenus materialismum pneumaticum redolet.

Traditio Satanae² non erat nisi dira facinoris attestatio coniuncta cum ablatione obvolueri inconvenientis per epitimiam ecclesiasticam (p. 756). Censuram ab Apostolo latam Glubokovskij collocat in sepa ratione poenali a coetu fidelium, qui cum Christo communionem habet. Peccator a fonte gratiae abscissus, per propria opera subditur carnalitati et servit ei peccatis suis, ita tamen, ut nausea affectus odium eius sit Deo adiuuante concepturus. Qua ratione rursus ad ecclesiac. sub cuius oculis et cura constitutus mansit, communionem admitti potuit (2 Cor.), quo illi „dies Domini“ revera illuxit. — Item „stimulus carnis (2 Cor. 12, 7) angelus satanae“ neque origine tenus neque secundum rationem ipsi propriam (seu characterem) dicitur, sed quia an-sam dare potuit, ut revelationum gratia tamquam satanae fraus expli-caretur. Infirmitas illa nervorum ingenitae dispositioni debebatur et nonnumquam satanicam in se suscipiebat fallaciam, qua recta sui con-scientia in Apostolo turbaretur. Aequali modo mala Apostoli virtutem evangelii Galatis annuntiantis valetudo (febris malarica) apta erat, quae virtutem illam in infimo paecone suspectam redderet.

E tertio huius capituli inciso, in quo contra indifferentiae spirituum moralis patronos antiquos et recentes sanum dualismum ethicum tam-quam genuinam Pauli doctrinam evincit, memoratu digna sunt praecipue illa, in quibus quaestionis nervus quasi ostenditur. Quem quoad angelos bonos in Coloss 2, 15. 18 quaerendum esse putat. In princi-patibus et potestatibus videt Glubokovskij „subditos ordines melioris studii spiritualis“ (p. 778). Consentendum esse cum auctoribus, qui credunt Apostolum reprehendere Colossenses propter imprudentem mi-nisterii seu cultus angelici in cultu christiano imitationem, quae naturae humanae non conveniat. Et dum ad Christum caput fideles remittit, simul angelorum ad Eum et homines habitudinem adumbrat, quae hoc fere idearum nexu exhibetur: Angeli usque ad Christi adventum ipsi quoque non ex adaequatis naturae suaे viribus operabantur. Sic ab hominibus quasi pendebant. Stupebant porro in Redemptoris opere incomprehensibili^s dilectionis, semper tamen Deitati addicti tandem in Ascendentis in coelum triumpho gaudent, ac iugo Legis ipsi quoque solvuntur (cf. p. 788). Simul vero et „Satanae catastropha per crucem consummata est in funesta eiusdem obstinatione morali et foede inge-minata spiritus eius fallacia coronatur“ p. 808. Absolvitur tandem caput hoc rabbinorum et Pauli doctrinis pneumatologicis secundum summa capita collatis p. 808—815).

Inquisitionibus de habitudine Paulum inter et scholas rabbinicas addidit auctor expositionem breviorem (815—888), qua relatio Apo-stoli ad scripta popularia a criticis nonnumquam asserta eliminatur. Qua in dissertatione canonem ecclesiae Russiacaе sequitur. Respicit

quoque potissimum P. A. V. Smirnov, cuius sententias frequenter corrigit. Apocryphis apocalypticis vindicat momentum ad cognoscendam historiam sacram, influxum autem in orthodoxum rabbinismum scholarem ipsis propter eorum characterem haeretico-popularem denegat. Varios quoque ex Apostolo locos, qui ad Apocalypsim Esdrae, Assumptionem Moysis. librum Iubilaeorum, Apocalypses Baruch, librum Henoch pertinere a criticis suspecti sunt, refert et s. Paulo indepententer ab illis scriptis vindicat. Mentionem quoque facit commenti O. Pfleiderer, Paulum apocalyptic Messiae lineamenta nec non confusas de homine coelesti divinationes cum Domino, reali eorum subiecto coniunxisse, plurium quoque auctorum (E. Grünebaum, E. Hilgenfeld, St. D. F. Salmond, M. Friedländer) implexas refert iudaismi et rabbinismi et parsismi et buddhismi et paulinismi combinationes et librum concludit summam quasi studiorum ita exhibens: „Apostolo pretiosae erant divinae promissionum Israël praerogativa, populus vero ipse cum suis ipsius individualibus praesumtis iustitiis tristitia magna et dolor continuus cordi (Rom 9, 2). Iudaismus quoad omnia sua definitive eliminatus est, et quoad „Evangelium“ s. Pauli firma fixaque scientifice manet veritas intimae protestationis eius: Gratia Dei sum, quod sum (1 Cor. 15, 10.)“

Cum auctoris doctissimi laudes his foliis alio loco celebratae sint, ut aequi simus, hic loci, si quae castiganda forte restent, videntur fuerit. Et revera tacendum non est, meliorem forte libri formam externam esse posse eamque operi non sine magno emolumento futuram fuisse. Multum enim in libro molestum est, quod tractatus per ducentas paginas eadem semper typorum specie et ratione absque ulla logicae divisionis vel marginali annotatione visum et animum legentis, dum porro trahuntur, necessario defatigant. Speramus quoque auctorem curaturum esse, ut liber secundus indicem rerum et locorum e s. Scriptura conspectum adiunctum habeat, et quantum fieri potest partes polemicae a positivis distinctae appareant, quo pluribus libri utiliores reddantur, et libri virtutes clarius conspiciantur. Quod sententias in libro propositas attinet, multa sunt, quae libera manent et qua talia quoque recte exhibentur. Quaestiones cum catholicis controversae non aguntur, immo vitari videntur (purgatorium in eschatologia). Aliqua tantum expresse notanda videntur. Capite quarto optime quidem urgetur gratiae Salvatoris realitas, catholicorum vero doctrina Trid. sess. 7 c. 7 in dubium vocatur (p. 422 n. 444). Axioma „extra ecclesiam non est salus“ exponitur quidem et recipitur, attamen intima eius ratio dogmatica non videtur attingi; item catholica ad quaestionem de regni coolorum ad ecclesiam relatione responsio non omnino aequa tractatur, quia cum dicunt esse conceptus re identicos, non exprimunt identitatem simpliciter et sub omni respectu neque ex omnibus textibus sacris. Cap. quinto videtur Glubokovskij facilior esse quoad protestationis Iobi et τοῦ „οἱ πολλοὶ“ Danielis (p. 560) criticas interpretationes. — Ceterum dictae observationes absorbentur fere eximiis operis dotibus, sano praesertim et in Paulum pio sensu, qui ubique dominatur. Liber vere

dignus, qui ab omnibus, quorum est Apostolo studere, sollertissime cognoscatur.*)

Car. Večera.

Вѣра и Разумъ [Vѣra i Razum] (Fides et ratio). 1906 M. p. tr.

P. Anserov: Popыткi введенiju греческоj централизационоj системы церковнаго управлениja v drevnej Rusi (Molimina, ut in veterem Russiam introduceretur sistema Graecum centralizationis) V. p. 195—212. Quidam renovationem Russicae ecclesiae in eo reponunt, quod iterum ad vitam revocetur vetus sistema administrativum ecclesiae Byzantinae. Hoc praecipue in Commissione ad parandas controversias, quae in proximo Concilio generali agitari debent, propositum fuit pluries a cl. viro I. Sokolov. Dubitat Anserov de felici exitu huius moliminis. Illud, quod proprium erat ecclesiae Byzantinae, non semper convenit Russicae ecclesiae. Huius in exordio non invenimus, exempli gratia, innumeratas dioeceses quae in imperio Byzantino reperiuntur: Patriarcha apud Russos eandem non habet significationem, quam apud Graecos habuit; concilia Russica saeculi XVII. frusta tentarunt ecclesiam Russicam ad typum ecclesiae Byzantinae reducere, et nunc temporis valde difficile est, ut denou reviscat sistema Byzantium quod in ecclesia societatis civilis normas penitus sequebatur. Optat tamen Anserov, ut augeatur numerus eparochiarum, quae propter ingentem latitudinem nequeunt regi ab episcopis, ex quo provenit separatio fidelium a pastoribus: pariter divisio μητροπόλεων est adoptanda. Quod pertinet ad patriarchatum, praefatus scriptor necessarium censet, ut non solum sit titulus honoris episcopo civitatis, quae sedes est regiminis, sed etiam ut decus augeat hierarchiae, et unitatem praebeat in regenda ecclesia.

D. Brjancev, K reformě prepodavanija filosofskih nauk v duhovnoj seminarii (De reformatione in methodo tradendi disciplinas philosophicas in seminariorum ecclesiasticis), V., p. 138—155 (Sectio II. philosophica). Synodus Petropolitana media in praesentia excogitat ad studiorum curriculum in seminariorum renovandum et emendandum. Anno 1884 in seminariorum statutum fuit, ut logica simul cum humanioribus litteris addisceretur; deinde adiuncta fuit ceteris philosophicis disciplinis ita ut eam philosophiae magister doceret; denique cum in seminariorum accepti sunt etiam iuvenes, qui studiis absolutis scholarum parochialium regimini praeponerentur, philosophiae magistro etiam munus docendi paedagogicam demandatum est. Unus igitur magister tenebatur tradere historiam philosophiae, logicam, psychologiam et paedagogicam, quod fieri nequibat sine temporis dispendio; tempus autem cum non sufficeret, magister perfunctorie tradebat scientiam, quae nostra aetate maxime necessaria est. Brjancev exponit, quid faciendum sit, ut scientiae philosophicae vite in seminariorum tradantur et discantur.

Georgius, (archimandrita), Izbranie episkopov v drevnej Cerkvi: istoriko-kanoničeskij očerk (Electio episcoporum in antiqua ecclesia; disquisitio historicocanonica). VI, p. 257—278. Auctor evolvit propositum sibi thema innixus auctoritati Novi Testamenti, et testimonio canonum apostolorum, conciliorum generalium et particularium, et scriptorum ecclesiasticae historiae praesertim Socratis, Sozomeni et Theodorei Cyrensis. Plures scriptores de rebus ecclesiasticis favent sententiae, quae ius eligendi episcopos tribuit non tantum episcopis sed etiam clero et populo. Hanc doctrinam fusius exponit N. Aksakov in periodico academiae Mesquensis Bogoslovskij Věstnik (1905), eamque demonstrare conatur ex praxi veteris ecclesiae. Testimonia antiquitatis ad trutinam revoeat archimandrita Georgius

*) Bohemica versio iam praeparatur.

ex eisque deducit, episcoporum electionem exclusivum ius esse ipsius episcopis concessum. Clerus inferior et populus potest quidem expromere desiderium ut aliquis ipsis gratus fiat episcopus, sed desiderium non est ius. Hoe ius neutri sancitur neque ex Novo Testamento, neque ex canonibus, neque ex historia ecclesiastica. Episcopi, nutriti pabulo coelesti, ait imperator Valentinianus, ceteris melius cognoscunt, quinam episcopali munere digniores habeantur.

A. Spasskij, *Missionery dejstvovavšie v pervye tri věka hristianstva* (Missionarii qui primis tribus saeculis religionis christiana operam navarunt), VI., p. 279—298; IX., p. 462—478; XII., p. 640—657. Explicat primum sensum voeis apostoli apud scriptores inspiratos et patres antiquos: differentiam innuit inter apostolos, prophetas et doctores ac demonstrat triplicem hanc categoriam apud Iudeos. Munera apostolorum recenset, eoruinque electionem.

V. Nikol'skij, *Kak nam byt' v pereživayemoj nami tjaželoe perehodnoe vremja* (Quid nobis faciendum in difficillimis quibus vitam agimus temporibus). XI., p. 299—312. — Concessio libertatis per decretum (ukaz) 17 octobris 1905 incitat omnes ad enixe laborandum pro bono patriae. Hoc fieri nequit sine influxu religionis christiana, quae falso iudicio apud multos nostra aetate in caeremoniarum exteriorum cultu praecipue consistit. Necesse est igitur conscientia religiosa in Russia renovetur, antequam opus sumatur societatis civilis ad meliorem normam instituendae. Plura proponuntur media, quae ad bonum religionis et patriae conferentia, pacem iterum Russiae largiantur.

D. Brjancev, *O postanovkě teoretičeskoy i praktičeskoy podgotovki k učitel'stvu v duhovnyh seminarijach* (De praeparatione theoretica et practica eorum qui docturi sunt in seminariis ecclesiasticis), VI., p. 167—178. — Anno 1884 institutae sunt scholae vulgo dictae ecclesiasticae parochiales, quae gradatim magnum incrementum habuerunt. Earum magistri prodierunt ex seminariis. Quid ipsis addiscendum, ut melius suum officium adimplere valeant, exponit Brjancev.

A. Běljaev, *Vzgljad na samoderžavie episkopa Theofana i N. Th. Theodorova* (Sententia episcopi Theophanis et N. Th. Theodorov de autoeratia), VII., p. 313—331. Contra fautores seditionis in Russia necessitatem tutatur auctoritatis imperialis. Primum refert sententiam episcopi Theophanis (Govorov), qui praeclarus habetur a Russis mysticus. Iuxta Theophanem Antichristus lucem videbit quando sua vi auctoritas regia expoliabitur; sequitur sententia clarissimi scriptoris Nicolai Theodorovič Theodorov, qui scripsit de Autocratia in ephemerede Ashabad (1901), ac tenet hanc necessariam esse ad fovendam unionem animarum, atque imperatori duo praesertim attribuit munera, nempe munus gerendae curae totius exercitus, ac munus fovendae instructionis. Invehitur in praesentes magistros et alumnos universitatum, qui politiae magis quam scientiae dant operam, et proponit autoeratiam atque fidem orthodoxam tanquam duo fulera Russiae.

Th. Prokorenko, *Russkaja duhovnaja missija v Japonici* (Missio ecclesiastica Russorum apud Japonenses), VII., p. 347—366; X., 508—514; XVII., p. 237—258.

Utiliores diligenter colligit noticias de recentibus progressibus missionis orthodoxae Russicae apud Japonenses; describit charactrem fidelium, qui orthodoxam fidem amplexati sunt, labores apostolicos episcopi Nicolai, missionis huius institutoris, et libros recenset qui a missionariis editi sunt. Iuvat proferre hanc tabulam statisticam quae graphicè statum ac progressum missionis depingit.

Christ.	Communi- tales	Neophyt.	Presbyt.	Diac.	Catech.	Paroeciae
1877	15.541	1456	16		139	
1888	16.195	215	2420	16	4	139
1889	17.614	215	1659	17		125
1890	18.635	216	1011	19		132
1891	19.600	217	912	22		137
1892			1738			
1893	21.239	220	1182	20	6	159
1894	21.712	220	1089			154
1895	22.576	220	826	22		158
1896	23.153	225	837	22	5	165
1897	23.856	225	992	27	5	156
1898	24.531	226	970	28	5	149
1899	25.231	233	989	28	5	152
1900	25.994	257	1099	28	6	150
1901	26.680	259	983	28	8	149
1902	27.504	260	1103	30	8	144
1903	28.320	260	1036	28	8	146
1904	28.597	260	656	28	7	151

A. Palmieri.

Извѣстія отдѣленія русскаго языка и словесности Императорской Академии Наукъ. [Izvѣstija otdѣlenija russkago jazyka i slovesnosti Imperatorskoj Akademii Nauk.] Spb. 1905, t. X, kn. I—III.

A. I. Sobolevskij, Mučenie papy Stefana po russkoi spisku XV věka. (Martyrium Stephani papae secundum versionem palaeoslavicam saec. XV.) Textus editur secundum Codicem Musaei Moscovensis Rumjanceviani (saec. XV.) N. 232 et comparatur cum cod. monasterii Troickaja Lavra No. 680 (e saec. XVI. exeunte) et cum Latino textu (Act. Sanct. Aug. d. 2.) Kn. I, p. 105—135.

G. A. Il'inskij, Srednebolgarskie listki Undol'skago XII—XIII. věka. II. p. 284—294. Fragmentum, continens Le 11, 28—43; 12, 24—42, quod in Musaeo publico Moscovensi, a V. M. Undol'skij acquisitum, asservatur, denuo, plenius atque accuratius quam ab I. Sreznevskij, foras datur et describitur.

I. I. Ptašickij fuse refert de libro Władyśław Abram, Powstanie organizacyi Kościola lacińskiego na Rusi t. I. Lwów 1904, quo agitur de studiis catholicismum in Russia propagandi (de legationibus pontificiis a. 979. 986. 988. 991. 1169, Vladimiri 973. 994. 1001 missionariis etc.) et de historia ecclesiae Latinae in Russia (a Kazimiro usque ad Jagellonem), de

quo, edito tomo II., et nos relaturi sumus. Aequitas et veritas iudiciorum prof. Abraham laudatur. (p. 395—419).

A. N. Nikol'skij, *Skazanie ob obrétenii čestnyh moščej svjatitelja Nikity Novgorodskago čudotvorea.* Nuntius de ossibus Nicetae Novgorodiensis, thaumaturgi, inventis III. p. 1—17. Vita huius sancti quadruplici modo descripta est. Ex ea, quae a Žinovio Monacho, (de quo Th. Kalugin scripsit: Zinovij Otenskij inok i ego bogoslovsko-polemičeskija i cerkovno-učitel'nyja proizvedenija Spb. 1894) composita est, exponuntur secundum codicem XVII. saec. de ossibus huius thaumaturgi inventis, quae ille, spectator et testis, memoriae tradidit. In fine editur incognita adhuc de eadem re relatio e manuscripto saec. XVI.

A. I. Sobolevskij, *Iz oblasti drevnej cerkovno-slavjanskoj propovědi (Quaedam ex orationibus sacris palaeoslavicis)* III. p. 130—9. Eduntur hic duae orationes, prior de tribus pueris Babylonensibus, posterior de patriarchis biblicis, quas S. Clementis Bulgari esse persuasum habet (ex internis rationibus). Tertia, antiquitate originis aequem eminens, non eadem fiducia Clementi B. tribuitur.

„Христіанське чтеці“ (Hristianskoe čtenie) 1905. (Porro tract.)

P. S. Smirnov, „Novyj peresmotr uzakonenij o prava h raskol'nikov.“ Revisio legum iura „schismaticorum“ attinentium. (Fasc. Februarii Ex parte et in sensu orthodoxiae impugnantur schismaticorum (razkolnikov) petitiones, ut ipsorum iura revisione legum die 12. Decembris 1904. a caesare imperatā extenderentur.

S. Stavrov, „Sekta dužoborcev, eja prošloe i nastrojašče. Secta „dužoborcí“, eius historia et status hodiernus. (Fasc. Februarii et Martii.) Sectae huius characterem religioso-socialem statuens delineat auctor fata ipsius. E doctrina Quakerorum annis 1740—1750. in gubernia Har'koviensi exorta complures habuit propagatores: In gubernia Ekaterinoslavensi erat Siluan Kolesnikov (1750—1775), in gubernia Tambovensi eodem tempore Ilarion Pobirojin, qui tandem in Sibiriam est missus. Exente saec. XVIII. exstitit proprius huius sectae organizator Savelij Kapustin, possessione omnibus communis introducta. Circa annum 1769. coepit persecutio sectae ex parte Imperii, ex qua demum sub Alexandro I. (1803) respiravit liberius. Suadente senatore Lopuhin (1804) transmigratio sectae facta est ad „Moločnyja vody“, ubi et ipse Kapustin in pago „Terpěnic“ habitavit. Sed iam anno 1839. coguntur „moločnyja vody“ relinquere et in Transcaucasia („mokryja gory“) novas quaerere sedes (circa 4000 hominum). Dimidium saeculi ibi commorati dirigentibus Petro Kalmykov, et deinde uxore eius Lukerja habuerunt pacem. Lukerja mortua (1886.) schisma est exortum; caput partis maioris (circa 700 familias), agnitus est Petrus Verigin. Ipso e Sěnkursk expulso fractio haec „postnikov“ (c. 4000 hominum) iterum emigrare cogitur. His in rebus adversis „postniky“, qui interea et Tolstoji principia sunt secuti, ex hac parte uti etiam a Quakeris adiuvantur. Biennio elapso 50 familiae „postnikov“ priores sedes tursum petierunt, cum ceteri omnes mallent Rossiam destituere. In Cypro insula primum volunt figere sedes, sed iam post 9 menses in Americam transvehuntur. Cum aliis similiter e Caucaso emigratis in Canada ad Tolstoji mentem intendunt „regnum Dei“ condere. Attamen graves et caeli molestias et regiminis vexationes experti a. 1902 numero circa 1600 homines equos et vacas omnes dimittunt et derelictis domibus rebusque alii fanaticam peregrinationem instituunt exspectantes secundum Christi adventum iam imminentem. A regimine tandem vi domum reducti sunt. Interest, quod ipse Tolstoj conamina „dužoboreev“ optima cum spe sit prosecutus, immo et publicus non solum defensor sed etiam adjutor ipsorum exsisterit.

A. S. Bulgakov, „Rimskij katolicizm vo Francii v poslednje vremja.“ Res Galliae catholicorum describuntur inde ab initio persecutionis ex parte regiminis. Licet auctor fracomurarios cum iudeis

et socialistis coniunctos veros huius tragœdiae actores nominet, tamen nonnullae eius annotationes, ubi præsertim de jesuitismo et ultramontanismō loquitur inque Romæ dominandi cupiditatem invehitur, produnt orthodoxum opinionem præciudicata ductum.

L. E. Evsēev, „O slědah evrejskago originala v drevneslavjanskom perevodě kn. Bytija.“ (mensis Mart. fasc. „Vestigia influxus Hebraic i textus originalis in Genesis versione veteroslavica.“) Est recensio similis tractatus prof. Th. G. Eleonskij in Hr. Čt. Fase. pro mense Januario anni decurrentis. Quoad adductum ibi locum Gen. 2, 5 ($\pi\rho\delta\tau\delta\gamma\eta\zeta\theta\omega$: ἐπὶ τῆς γῆς πρὸ τοῦ ἀνατείλω) negat recensens versionem veteroslavicam influente textu originali Hebraico esse confessam et ostendit exemplis tum ex V. T. tum ex Evangeliis sumptis constructionem in $\pi\rho\delta\tau\delta\gamma\eta\zeta\theta\omega$, $\pi\rho\gamma\tau\delta\gamma\eta\zeta\theta\omega$ cum infinitivo ibi codem modo verti prout hoc fit in versione veteroslavica. Similiter et verba Gen. 2, 5 versionis veteroslav.: »vъsѣkъ злакъ... въsѣka тrѣva“, quae Eleonskij tamquam nominativum sumens adhibet ad influxum Hebraicum etiam hoc loco attestandum, non nominativi, sed archaicam accusativi formam esse Evsēev affirmat.

Theodor Eleonskij, „Drevneslavjanskij perevod Ish. I. 7. i III. 4.“ „Veteroslavica Exod. 1, 7 et 3, 4 versio.“ (Fasc. April.) Antiquiores versiones veteroslavicae textus testantur etiam librum Exodi nonnullis locis ad textum Hebraicum esse versum. Hoc videt auctor in fine vers. 7. capituli 2. Exod; ubi forma passivi e textu Hebraico prodiit. — Exod. 3, 4 habet praeter versionem LXX et aliam ad textum Hebraicum concinnatam. Nonnulli manuscripti versionis Graecoslavicae (e saec. XV — XVI.: Rumjancevskago muzeja No. XXVII. et No. XXVIII., item manuscript. „Kirillo-Bělozerskoj biblioteki No. 3/8. supplementa secundum textum Hebraicum comparata produnt. Sic ibi Exod. 1, 19 influxus versionis Chaldaicæ, Exod. 2, 21 Hebraicæ appetet. — Exod. 3, 14 habent illi manuscripti Hebraica verba: „ehje ašer ehje“ sicuti Pešito. — Hoc studium supplendi textum veteroslavicum ita, ut cum fontibus auctoritatis (hebraic., chald., syr.) magis conveniat, auctor dicit testimonium excellentiae ipsius versionis.

František Jemelka.

Quaedam animadversiones de statu, qui nunc est, scientiae juris c nonici in Russia.

A. S. Pavlov (mat. inst. p. tr.)

Initio Sæculi XVII. apparuit apud non-unitos Ruthenos nomocanon poenitentialis (s. d. Zakonopravlynyk vel epitymijnyk), qui continebat regulas, respicientes maiore ex parte disciplinam poenitentialem, minore autem ex parte reliquam disciplinam ecclesiasticam. Statim editus est a Kijoviensibus monachis: Pauva Berynda (1. ed. 1620), Zacharia Kopystenskyj (1624) et ab archimandrita Kijoviensis Lavrae Petro Mohila (deinde metropolita 1629). Haec editiones — sicuti etiam Leopolitana (1646) — erant privatae.

In Russia tamen Moscoviensi a patriarcha Ioasapho a. 1639 procurata est editio officialis et quidem non separata sed coniuncta cum alio libro ecclesiastico magnæ auctoritatis scil. cum Euchologio (Trebnik). Iterata vice editus est ille nomocanon cum Euchologio sub patriarcha Nicone a. 1658.. sed iam in breviore redactione. Exinde usque ad nostra tempora ille editio plures repetita est.

De originali fonte huius nomocanoris usque ad a. 1872 nihil notum erat.

Ilo anno apparuit prima vice opus A. S. Pavlov'i: Nomocanon

adiunctus magno euchologio editus simul cum Graeco originali hucusque ignoto et cum commentariis editoris. Odessae, 1872 (Nomokanon pri bol'som trebnikě, izdannyj vměstě s grečeskim podlinnikom, do sih por neizvěstnym, i s objasnenijami izdatelja. Odessa, 1872.) Textus Graecus huius nomocanonis inscribitur: *Νομοκάνων ἔχων κάροντες καὶ ἐπιτομὴ τῶν ἀγίων ἀποστόλων καὶ τοῦ μεγάλου Βασιλείου καὶ τῶν συνόδων.* A celeberrimo byzantologo Zacharia de Lingenthal (Die Handbücher des geistlichen Rechts aus den Zeiten des untergehenden byzantinischen Reichs. St. Petersburg 1881) inscribitur nomine primi editoris nempe Pavlovī.

In prima editione nomocanonis a. 1872 utebatur Pavlov unico manuscripto Graeco, quem assecutus erat Odessae ab archimandrita E. Vulisma. A. 1897 subsecuta est secunda editio eiusdem operis (Moscoviae), in qua usus est praeter illum tribus antiquioribus et duobus recentioribus manuscriptis. Nihil igitur mirum, si alia commentaria aliam formam induerunt. Hoc opus Pavlovī nihil dubii relinquit de origine et historia nomocanonis. Hic nomocanon, prout in introductione exponitur, prodiit medio saec. XV. in monasteriis montis Athos: saec. sequenti versus est in linguam Slavicam (Serbicam), quae versio deinde pervenit ad monachos Kijovienses.

Minus autem felix erat Pavlov in investiganda relatione nomocanoni Athonici ad eos nomocanones poenitentiales, qui inscribuntur nomine Ioannis Nestentae. In utraque nempe editione operis opinatur et demonstrare studet illos nomocanones, qui inscribuntur nomine Ioannis Nestentae seu Leinnatoris, saltem in essentialibus partibus originem suum duxisse ab Ioanne Nestenta primo oecumenico patriarcha (582—595). Deinde opinatur systema disciplinae poenitentialis in nomocanone Nestentae et Athonico esse omnino simile.

Priori eius sententiae opposuit se N. Suvorov evincens pluribus rationibus, nomocanones Nestentae demum saec. IX. in lucem prodiisse (Suvorov, К вопросу о западном влиянии на древне русское право. Jaroslavl' 1893. — p. 104 sqq. — et — Вопрос оnomokanonе Ioanna Postnika в новой постановке. Jaroslavl' 1898.)

Diversitatem autem disciplinae poenitentialis in nomocanone Athonico ab illa, quam praebent nomocanones Nestentae, demonstrat Berdnikov (I. S. Berdnikov, По поводу второго издания nomokanona pri trebnikě. Kazan' 1899 — p. 49 sq. —).

Juvabit quaestiones de libris poenitentialibus ecclesiae orientalis ordine quadam systematico proponere et imitando adduetis operibus tamquam fundamento pertractare. (P. tr.)

Demetrius Jaremko.

P. Pierling [Pirling], Новые материалы о жизни и деятельности Якова Рейтенфельса [Novye materialy o žizni i dejatel'nosti Jakova Rejtenfel'sa]. Moskva 1906 (24 p.) Nova de materia de vita et gestis Iacobi Reutenfels.

Iacobus Rejtenfel's (Reutenfels) catholicus in Curlandia natus, qui ab a. 1671—3 Moscoviae fuerat, varia suasit, quibus res catholica in

Russia invari posset. Rem tamen faciliorem existimabat esse, quam revera erat unde sibi persuaserit ipsum Alexium Mihajlovič, imperatorem Moscoviticum, unionem cum Roma optare (De rebus Moschoviticis, Patavii 1680 p. 83) ignotum manet. Eius consilia eduntur hic cum versione Russica.

Inter alia suadet in „Brevi ad iter Moschoviticum manuductione“ n. 7 „Viri ad rem catholicam in Russia promovendam delecti „indumenta sacra et supellectilem aliaque suspicionem innectura secum asportare nullo pacto attentent, cum omnia heic et singula multo quam accuratissime perquirantur“ n. 8 „Moschiae omnium primo mores Europaeos, in omni rerum actu, necessaria quadam metamorphosi in Asiaticos transformare meminerint, ne, aliam ingressis viam, bene etiam cogitata, consuetudini forte contraria, pessime cadant. Hie enim ut in bello bis peccare non licet“ n. 9... Atque si usquam alibi inter Moschos certe lingua illis sit parca, mens clausa, frons vero non aperta ne quid sequius, in tam servili et suspiciose gente, vel ex vultu nostro arguatur“ n. 12 „Praecipuos Catholicorum e vestigio adeant eosque ad praestanda rebus silentia fideliter obstringant. Dominum Buchoven [Bockhoven] videlicet, Generalem, ut vocant, exercitus, natione Anglum, nec non Dominum Mainium [recite P. Menesium], Legatione nuper Italica perfunctum et Venetum illum fabrum Vitrarium [Lowisi Miolto?], ante alios, adventus et sententiae suae reddant certiores. n. 13. „Ductu amicorum, optimates aliquot, praesertim Artimonem Sergevitz [Matvěev] primarium hodie Zari ministrum donis initio statim sibi concilient. Ibi enim, si uspiam, muneribus corrumpere et corrumphi solempne est. 14. „Ipsi etiam Zaro munusculum, quod raritas potius quam pretium commendet, utiliter aliquando, ex privata liberalitate offeretur, ut mercatores hosce novos tanto benignius agnoscat. 28. Atque ita interius benevolentiam Zari variis modis aucupando, privati quidam apud Principem gratiosi, ut clandestinum saltem religionis exercitium precibus exprecentur, erunt animandi, ut Moschi hoc medio connivere illis pedetentim assuescant. Nam publicae vel maximorum Principum legationes, propter ipsam rei molem metumque consequenti periculi, frustra, procul dubio erunt“ n. 29. „Opportunitate tamen sic ferente, Pontificem Maximum exorent, Legatos, aut primo saltem literas, plenioribus cum titulis, ad Zarum mittat. ipsumque ad foedus aliquod perpetuum, contra Turcarum hostem omnibus Christianis communem, mutuo iurandum invitet. Nimirum Zari titulo, tanquam Eridis pomo tradito, reliqua non poterunt non esse in proclivi

Церковный Вестник. (Cerkovnyj Vestnik) (Nuntius ecclesiasticus) 1905. No 32 52.

N. Aksakov, Minuta vysokago ozarenija, p. 1002. (Momentum sublimis illuminationis). In Birževnye Vědomosti comitis L. N. Tolstoji quidam sermones publicati sunt, quorum altero enarratur verba Evangelii »Diliges proximum tuum sicut te ipsum« semper quandam aversionem in comite Tolstoj excitavisse, propterea quod in eis internam contradictionem videre opinatus sit. Hinc non parvam fuisse eius satisfactionem, cum in Griessbachi comentariis ad Evangelia legisset, in antiquioribus codicibus non verba ὡς οὐατόν (sicut te ipsum) sed ὡς ἔωτόν (sicut eum ipsum, Deum scilicet) occurrere. In hac ver-

sione Tolstoj unitatem p̄acepti demum conspicit. Aksakov accurate et exquisite argumentis internis errorem huius opinionis L. N. Tolstoji illustrat. —

Episkop i pastva p. 1121. (Episcopus et dioecesan). Auctor maiorem episcopi ad ipsius dioecesanos appropinquationem commendat, cum hodiernus modus vitae episcopalnis exclusive fere administrativa et cancellariae in dies magis eum a dioecesanorum animis removet —

Sudebnaja justicija i duhovnyj sud p. 1153. (Judicialis iustitia et iudicium spirituale). Decreto imperiali de 12. Decembri 1904 specialis commissio ad revidendam saecularem legislationem iudicialem creata est. Cum iudicium spirituale in multis cum saeculari cohaereat, auctor similem commissionem spiritualem constituendam proponit. Adumbratur historicus conspectus conaminum, quibus per aliquot decennia reformatio iudicij spiritualis tentata est, ostendunturque principales huius iudicij defectus, ex quibus emendationis necessitas eo luculentius pateat.

O malorusskom perevodě Svjašč. Pisaniya; p. 1185. (De malorussica versione Scripturae sacrae). Enumerantur causae, ex quibus malorussica translatio Scripturae sacrae in Ukraina initio septimi decennii sacc. recens elapsi admissa non est, atque ministeriale edictum de 12. Dec. 1904, quo omnes prohibitiones versionum Scripturae sacrae in lingua Malorussorum sistuntur, enixe comprobatur.

Galahov, Voprosy, trebujušcie sobornago rěšenija, p. 1193. (Quaestiones synodali solutione indigentes). In praesentibus motibus socialibus, quibus Russia agitatur, clerus Russiae consilii inops erat, utpote principiorum in gravi hac quaestione sociali sacerdotibus orthodoxis tenendorum ignarus. Ad instar ecclesiae catholicae, cuius pontifex specialem encyclicam de quaestione sociali publicavit, etiam instanti concilio Russico de eiusmodi principiis deliberandum erit prouti de aliis quaestionibus gravissimis: de causis mutuae alienationis inter ecclesiam et classem laicorum eruditiorum, de educatione cleri, cuius eruditio obsoleta novorum temporum officiis pastoralibus iam non sufficit, de inopia et vilitate litteraturae spiritualis, de rationibus magis benevolis ecclesiae orthodoxae cum christiano Occidente inchoandis ad uniendas vires adversus communem hostem infidelitatis, de liturgia etc.

Nužnali cenzura propovedej? p. 1249 (An necessaria sit censura contionum). In Russia contiones censurae ecclesiasticæ præventivæ vel saltem accedenti subiciuntur. Exerceetur haec censura a decanis districtuum (blagočinnymi), quibus secundum hodiernam praxim sub finem anni contiones anno clapsi habitæ vel saltem earum sucus proponuntur. (Sciendum tamen, morem nostrum singulis diebus dominicis et festis contionandi in Russia non vigere). Libertatem verbi divini promoturus auctor hancce contionum censuram prorsus abolendam esse suadet.

Arhim. Mužal, Preljubodějanie, kak povod k razvodu, p. 1287. (Adulterium tamquam divorcii causa). Tractatus iuris matrimonialis, quo contra leges exsistentes maior benevolentia ad divorcium ex causa adulterii concedendum commendatur.

K. C., Patriarchi mitropolity po kanonam, p. 1480. (Patriarcha et metropolitae secundum canones). Collegium 32 sacerdotum Petropolitanum (gruppa 32) primo loco propositionis suae de ecclesia reformanda ad s. Synodus missae pro dignitate patriarchali et metropolitanâ postulat, ut Russia in provincias ecclesiasticas dividatur, quae a metropolitis regantur, quorum sit synodos provinciales convocare et quibus a centrali munere dirigente quaedam pars agendae cedatur. At hoc modo metropolitae una ex parte officiales superioris muneris ecclesiastici apparerent, altera ex parte in episcopos suae provinciae iusto maiorem potestatem acciperent. Ostenditur eiusmodi novitatem canonibus contradicere.

Otměna duhovnoj cenzury, p. 1505. (Communatio censuræ spiritualis). Decretum 24. Novembris 1905 aboletur spiritualis censura operum periodicorum. Recensetur nova haec ordinatio tamquam iusta et utilis, simulque spei locus datur, etiam legem libros spectantem subsecuturam esse.

Arhim Mihail, Žestokoe obraščenie, kak brakorazvodnyj povod, p. 1513. (Vexatio tamquam divertii causa). Proposita lex civilis hanc novam causam divertii admittens in Russia plane necessaria declaratur, ostenditurque antiquis canonibus hanc divertii causam non fuisse ignotam.

O monašestvě v otnošenii k episkopstvu, p. 1537. (De relatione status regularis ad episcopatum). Ex quo Athanasius Alexandrinus turbulentis temporibus crescentis Arianismi consneverat potius e monachis et eremitis, utpote magis liberis et minus cum vitae temporalis vicissitudinibus iumentis episcopos creare in ecclesia orientali monachi adeo frequenter dignitate episcopali induebantur, ut in Russia exinde quasi lex evaserit et episcopus e clero saeculari electus ad exceptionem prorsus singularem constitueret. E canonibus tamen (vide v. gr. c. 12. concilii oec. VI.) tantummodo status caelebs, non vero monachalis ad episcopatum exigitur. (Quam crebro in omnibus hisce reformationibus ecclesiae Russicae propositis vestigia iustitionum ecclesiae catholicae premuntur, lectori facile patet).

Ad quaestionem de participatione cleri et laicorum in instanti concilio totius Russiae tractatus k voprosu ob učastii mirjan v cerkovnom sobore, p. 998, V ožidanii sozyva cerkovnago sobora p. 1173 et Cerkovnyj sobor i mirjane p. 1378 affirmative respondent. Tractatus O sostavě ožidaemago črezvyčajnago poměstnago sobora russkoj cerkvi, p. 1608, principaliter quidem hocce ius participationis cum voto decisivo sacerdotibus et laicis negat, attamen in statu extraordinario, quo hodie ecclesia orthodoxa versetur, optabile esse declaratur, ut exceptione data praeter episcopos etiam parochi et laici ad concilium admittantur.

Scholas spirituales reformandas spectant articuli: Svoeobraznoj projekt duhovno-učebnoj reformy, p. 1124. Želatel'nyja izměnenija v ustavě duhovnych akademii, p. 1159, (Disquisitio de academiis spiritualibus prium ratione iuridici status professorum docentium (docent), dein ratione materialis condicionis omnium professorum, denique ratione graduum academicorum assequendorum). K voprosu o specializacii duhovnoj školy, p. 1283, Sudby duhovnoj školy, p. 1345, K voprosu o specializacii duhovnoj akademii, p. 1381, Komu vědá sudbu duhovnoj školy?, p. 1409, K reformē duhovnoj školy, p. 1475, Pochod protiv cerkovno-prichodskoj školy, p. 1475, Predpoloženija o vysšem cerkovnom upravlenii, pravač i objazanostjah duhovenstva i duhovnych škol, p. 1524 et Načalo obnovlenija duhovnoj školy —

Sub titulo Létopis' cerkovnoj i obščestvennoj žizni v Russii (Annales vitae ecclesiasticae et socialis in Russia) et Létopis' cerkovnoj i obščestvennoj žizni za granicej (Annales vitae ecclesiasticae et socialis extra Russiae fines) graviore eventus vitae ecclesiasticae et socialis in Russia et extra Russiam exponuntur ac recensentur. Dr. L. Petr.

Prof. Th. Titov: Русская православная церковь въ польско-литовскомъ государствѣ въ XVII.—XVIII. вв. (Russkaja pravoslavnaja cerkov' v pol'sko-litovskom gosudarstvě v XVII.—XVIII. vv.) Tom. I. Западная Русь въ борьбѣ за вѣру и народность въ XVII.—XVIII. вв. (De Russiae occidentalis certamine de fide et moribus domesticis) Pars prior. Kiev 1905. 3 rub.

Titov ecclesiae orthodoxae ab a. 1654 ad 1797 historiam, quae, ut recte ipse annotat, terra incognita est, enarrare intēdit. Totum autem

opus magna ex parte documentis, quae ipse partim iam edidit, partim editurus est, innititur. De horum documentorum argumento et indeole, auctor in praefatione ad 1. tomum: „Pamjatniki pravoslavija i russkoj narodnosti v XVII.—XVIII. vv. fusius tractat (p. VI.).

Primus tomus usque ad a. 1797. excurrit pugnamque pro religione orthodoxa et natione Russiaca describit; — II. tomus historiam metropolis Kioviensis in saec. XVII.—XVIII., III. t. historiam monasteriorum orthodoxorum dioecesis Kioviensis in Polonia existentium enarraturus est. Primi tomii prima pars, quam praे manibus habemus, Petri Magni morte terminatur (1654—1725.). Quae pars dupliciter dividitur: α) Parva Russiae cum imperio Moscovitico coniunctione usque ad metropolis Kioviensis patriarchati Moscovensi subiectionem (ab a. 1654—1686) (p. 1—110); — β) a tractatu a. 1686ⁱ usque ad Petri Magni mortem a. 1725. (p. 111—350). Auctor in prima hac parte primo iniurias catholicorum et unitorum orthodoxis illatas, dein orthodoxorum defensionem describit.

A. 1654 Parva Russia trans sinistram ripam fluminis Dnipro existens cum regno Moscovitico coniuncta est. Coniunctionis tempore quattuor erant in republica Polonorum episcopi orthodoxi, — cathedra metropolitana Kioviensis vacabat. Alexius imperator magnam partem Lithuaniae et Albae Russiae patriarchati Moscovensi subiecit (p. 43 sqq.). In Austro pro ecclesiae orthodoxae propagatione Bohdan Chmelnickij multum fecit.

Ut vero orthodoxi in suae religionis professione tuti essent, iam inde ab a. 1653. legati imperatoris Russiaci ad Polonorum regem mittebantur (p. 49 sqq.). Ipsi non solum religionis orthodoxae tolerantiam — ut dicunt — sed etiam unionis suppressionem omnibus viribus assequi conabantur (p. 59 sqq.). Inde ab a. 1674. speciales legati, qui „residentes“ vocabantur, in Polonię ex Russia veniebant. Per hosce legatos Russi etiam rebus regni Polonici sese immiscebant (p. 71—74). In prima periodo orthodoxi in Polonia existentes in fraternitatibus, quarum anerioritas non solum apud suae religionis populum, verum etiam coram regimine Polono multum valebat, auxilium inveniebant (p. 74 sqq.). Sub harum fraternitatum auspiciis typographiae et scholae pro orthodoxis erigebantur; inter scholas maxime eminebat Kioviensis, quae a. 1615. fundata et brevi postea ad Academiae gradum evecta est (81 sqq.).

Russorum rex, cum metropolis Kioviensis, proindeque tota ecclesia orthodoxa in Polonia existens, patriarchati Moscovitico subiecta esset, magis etiam sese rebus Polonorum immiscere coepit, licet orthodoxorum numerus non tam magnus fuerit (cf. E. Likowski, Dzieje Kościoła Unięckiego na Litwie i Rusi w XIX., XVIII. wieku Poznań, 1880, p. 23).

Petrus M., cum per tractatum anni 1686 hoc ius interveniendi quasi confirmatum esset, magis in dies auctoritatem suam super orthodoxos in Polonia existentes tamquam eorum protector extendebat, ita ut de qualibet iniuria orthodoxis illata, per residentes suos certior factus, satisfactionem exigeret (p. 111 sqq.); cf. tamen Likowski o. c. p. 23. Petri Magni tempore tres dioeceses, Leopoliensis, Pereymyšlensis et dioe-

cessis de Lück cum Romano Pontifice — secundum auctorem vi coactae (p. 147 sqq.), — unitae sunt.

Summum vero gradum Petri M. in Polonia auctoritas nacta est, quando cum eius auxilio Augustus II., elector Saxonicus rex Polonorum est electus. Ob hoc et alia subsidia a Petro M. ipsi praestita Augustus II., eius desideriis obsecundabat (p. 251 sqq.).

Etiam in hac periodo orthodoxae fidei propagandae et defendendae multum inserviebant monasteria et confratermitates cum suis scholis (p. 288 sqq. et 312 sqq.). Praesertim per dioecesis Mohileviensis resuscitationem orthodoxi multum in religionis suae professione ancti et confirmati sunt (p. 317 sqq.).

Sed quid de ipso auctoris opere deque iniuriis orthodoxis illatis, quas fuse auctor enarrat (cf. praesertim p. 5—40, 111—238), dicendum est? Multas iniurias orthodoxis factas esse nemo veritatis amans negabit, at auctorem rem nonnihil exaggerasse sequentia manifestum reddent:

Primo Generatim de Russorum male gestis silet, solum adversariorum facta minus recta depingit: sic autem a veritatis tramite pauculum receditur.

Secundo: Quid Russi cum suis promissionibus erga Parvo-Russos a. 1656. factis, fecerint, silentio tegit (cf. p. 5 sqq.).

Tertio Russos in suis erga Polonus actionibus solum motivo religioso nec non motivo defendendorum iurium orthodoxorum ductos fuisse nobis persuadere studet (cf. 40 sqq. et 238 sq.).

Quarto: Non attendit rempublicam Polonorum iam tempore, de quo agimus, infirmitate magna laborasse; edebantur enim decreta, quorum observationem nemo curabat — dein cum regnum Polonicum catholicum esset, quicunque aliam religionem profitebatur, secundum temporis opinionem reipublicae inimicus putabatur.

Quinto: Ex scripto unius omnes coaevos eadem ratione sensisse concludit (cf. 132 sqq., 193, 213).

Sexto Etsi catholicos nonnumquam minus recte processisse libenter fatemur, tamen persecutio haec minime eundem gradum assecuta est, quem persecutio adversus unitos a. 1839 et 1875.

Dein clerum catholicum fanaticismo obsecratum fuisse (p. 56), fraternitates autem orthodoxorum solum legalibus mediis (isključitel'no mirnymi sredstvami p. 75) usas esse cum in se minus credibile est, tum factis historicis nonnihil repugnat (cf. mortem s. Iosaphat Kuncewicz: Gnépin O. S. B. St. Josaphat, Archevêque de Polock et l'église grecque unie en Pologne. Poitiers, 1874). Etiam quid sit unio cum Romana sede. sicut alii Russi intelligere non curat (cf. 237 sqq.).

Porro etiam quae de episcopi Vinnickij ad necem suasionibus (p. 153), deque Dionysii Zabokrickij ab irregularitate liberatione (p. 187). enarrat, exaggerata esse putamus. — Sed de hac re alias.

Quae tandem de Petri Magni in Polock a. 1705 gestis dicit, refutatione non indigent, cum testes etiam oculati aliter testentur (cf. Likowski o. c. p. 12 sqq. et auctores ibidem citatos).

His tamen non obstantibus liber auctoris cum ob litteraturae copiam tum ob ipsum argumentum — huius enim temporis historia,

ut iam cum cl. auctore annotavi, terra incognita est — magni pretii est iisque, qui huius temporis gesta descripturi sunt, eum negligere minime licebit.

Tandem ne veritatem laedamus, ut iam supra diximus, orthodoxis multas iniurias factas non negamus, sed res, ut notavimus, non nihil moderanda est.

M. Haluščyňskyj, O. S. B. M.

Богословскій Вѣстникъ. (Bogoslovskij Vѣstnik) 1906. 1. 2.

V Sokolov: Možno-li i dolžno-li nam molit'sja v cerkvi za usopših inoslavných (Num liceat et debeat pro mortuis aliam religio-nem sequentibus in ecclesia orari) I., 1—32.

Cum post decretum s. „synodi“ a. 1797 emissum sacerdotibus orthodoxis funera non-orthodoxorum, si deest eorum proprius sacerdos, in vestibus sacris cantante choro „Trisagion“ comitari permissum sit, iam quaerit auctor, quanquam ob causam orationes publicas pro eis peragere non liceat. Cum autem huius decreti argumenta metr. Moscov. Philaretus in celebri epistola ad procuratorem „s. synodi“ 25. febr. a. 1847. missa concessisset (scilicet apost. can. 10; 2. can. Antiochenae synodi; c. 6. Laod. et c. 33. Laod. synod.) (p. 4), — quidnam canones nominati praescribant, Sokolov inquirit illosque solum orationem cum haereticis et schismaticis prohibere ostendit.

Alia argumenta, quibus pro omnibus orandum esse ostendere nititur, haec adducit: α) id exigit caritas christiana; β) id quoque praxis ecclesiarum particularium (orthodoxarum), quae pro principibus non-orthodoxis orant, suadet; γ) id ipsum s. Paulus, Patres et antiquae liturgiae docent.

Ut autem scandalum populi praecaveatur, ritus funebres pro non-orthodoxis mutandos nec non in liturgia speciales pro iis orationes addendas esse consultit (p. 31).

Auctor, ut videtur, non distinguit inter orationem ecclesiae publicam et singulorum orationes. Ut caritas christiana salvetur, sufficit si privatum pro iis orare licet; — immo, — in ecclesia catholica — liturgia occulte pro iis, qui bona fide mortui sunt, (at pro iis tantum) probabiliter offerri potest. Et licet praeceptum, quod pro mortuis alienae religionis orationem prohibet, disciplinare sit, tamen cum ecclesia catholica tum orthodoxa aegre id mutatura est. Ecclesia enim, cum extra ipsam nulla sit salus (exceptis qui bona fide fuerunt) pro foro externo iure eos damnatos esse iudicat.

Quae vero auctor de mutuo singularum confessionum in dies crescente, amore loquitur (p. 13), haec ex indifferentismo provenire videntur.

M. Muretov: Iuda predatel' (Iuda proditor). I., 32—68, 246—262.

Nominati articuli longioris de Iuda inquisitionis continuatio (nondum finita) sunt. Auctor e textibus s. scripturae, quae tempore ultimae cenae acciderunt, colligit eaque, ubi opus est, e Talmude explicat. Pedum lotionem per Christum peractam ut symbolicam actionem concipit; immo, sincerus esse cupiens, s. Petro quemdam primatum (intelligit non aetatis primatum) adscribere non timet (cf. p. 42, 43, 51, 55, 56).

At quaedam adnotanda videntur: α) Auctor in hisce duobus articulis, nullius auctoris, ac si nemo hac de re ante eum scripsisset, mentionem facit; Talmud autem solus omnia explicasse non videtur; β) Dubitari etiam licet, num Iuda ideo, quod apostolorum oeconomus fuit, ultimo loco ponatur (cf. 57); γ) Quae de λαβετε et δέξασθε loquitur (cf. p. 67 et 246), minus recta videntur esse.

M. Tarëev: Živýja duši. Očerk nrávstvennyh sil sovremennoj Rossii. Homines viventes Quaedam de ethica nunc in Russia vigente I., 69—89. Tarëev, Gogol imitans, mores in Russia nunc temporis

dominantes describit. In recenti articulo studia sua continuat. Cum de unitis agit, maior desideranda est obiectiva rei descriptio.

A. Elčaninov: Misticizm M. M. Speranskogo (De M. M. Speranskij mysticismo) I., 90—123, 207—245. A. Elčaninov, magni mystici, qui initio saec. XIX fuit, opera omnia edere cupiens, quandam praefationem praemittit, qua lectorem ad Speranskij systema intelligendum manuducere intendit. Consideratione digna sunt, quae auctor de contradictionibus scribit, quas Speranskij in suis ideis admisit. p. 244 sq.

Grati tamen essemus, si auctor editis Speranskij operibus totam eius theoriā systematicā proponeret.

N. Zaozerskij Proekt organizacii Cerkovnago Ustrojstva na načalaž patriarše-sobornoj formy (Propositio ad organizandam ecclesiae constitutionem super principiis collectivo-patriarchalibus) I., 124—144.

Sicut in rebus civilibus Russiae constitutio mutanda speratur, ita et in rebus ecclesiae Russiacae multi mutationem merito exoptant. Eodem desiderio et Zaozerskij imbutus, ad hanc ecclesiae Russiacae organizationem peragendam prospectum proponit.

Cum ecclesia sit societas perfecta, suum regimen habeat necesse est. Secundum auctorem regimen hoc dupliciter in Russia dividendum est: 1) in collectivum et 2) in individuale.

Ad collectivum pertinent: 1. particulare concilium (sobor) totius ecclesiae Russiacae, — eius permanens organum executivum patriarchalis synodus (synod); 2. metropolitanum concilium — eius executivum, permanens organum: metropolitana synodus; 3. diocesana synodus — eius executivum, permanens organum diocesani consiliatores; 4. districtualis episcopus et eius districtuales consiliatores; 5. parochialis congregatio — eius executivum organum: parochiales consiliatores.

Ad individuale regimen ut in nominatis synodis praesidentes pertinent: patriarcha, metropolitae, archiepiscopi, chorepiscopi (districtuales episcopi), parochi; et in monasteriis archimandrita, hegumeni — respective hegumeniae.

Haec deinde auctor latius evolvit, quis ad singulas synodos pertinere debeat, quodque sit synodi officium enarrat.

Quaedam tamen animadvertenda videntur: imprimis ratio, cur in singulis synodis tot laici idque cum voce decisiva (excepto concilio particulari totius Russiae, ubi solum consulere possunt) manifesta — ne plus dicam — non est; — dein id quoque, cur laicis iudicandi potestas episcopos vel synodo permanenti ius iudicandi suum episcopum concedatur, non patet.

Quo autem ducere possit id, quod reis permittatur eligere sibi aequum iudicium numerum, ac designati sunt, videant alii.

V. Myščyn: Političeskija partii i ih idealy (Factiones politicae earumque principia) I., 145—177, 284—322. Rerum mutatio, quae in Russia ultimo tempore facta est, animos imparatos invenit. Ideo auctor enarratis variis theoriis, praesertim descriptis variis socialismi theoriis, concludit optimam formam regiminis esse democratico-constitutionalem. Res nondum finita est.

S. Bratkov: Pravlenie Pija X. i reformy rimskago katoličestva. (Regimen Pii X. et reformationes Romani catholicismi) I., 178—194.

Bratkov Leonis XIII. et Pii X. conamina ad invicem comparat. At ex variis ephemeridibus, quas non semper citat, nigris coloribus Pium X. describit. Nonnullae criminaciones tam apertae sunt, ut ad haec respondere opus non sit (cf. v. g. Pium X. studiis exercitationes corporales praeferre dicit p. 184.). Rem prosequetur.

N. Myščyn: Iz periodičeskoy pečati (Ex periodicis foliis). 1. Pravo rěšajuščago golosa i pravo bol'sinstva na cerkovnom sobore. — K reformē bogosluženija. I., 195—204 — 2. Političeskaja rol' dužovenstva. Sojuz hristianskoj politiki, I., 380—391.

Myšcyn in primi articuli prima parte inquisitioni a Zaozerskij propositae ad reorganizandam ecclesiam (cf. Bogoslov. Věstnik, 1906, I. p. 124 sqq) addit: laicos etiam in concilio totius Russiae ad vocem decisivam admittendos esse, cum id α) condiciones Russorum exigant, β) et exemplum concilii apostolici id suadeat. Sed ad decretum condendum vocum unanimitas magis conveniens est, — id quod fidei ratio consultit et multi codices civiles (ex variis temporibus) „sanior pars“ comindant. In secunda parte cum Sophia Blagodušna proponit: officium divinum abbreviandum, Vetus T. cum Novo permutandum, — verba obscura in nova, clara mutanda, et arcana ex liturgia (clausio ianuae regiae tempore liturgiae) amovendum esse.

In secundo articulo: in prima parte etiam clerum hucusque in rebus politicis se immiscere debere demonstrat; in secunda parte, ut factio christiana, quae fines christianismi prosequendos sibi proponat, instituatur, suadet.

N. Dobronravov: Učastie klira i mirjan na soborah v pervye devyat' věkov hřistijanstva (Participatio cleri et laicorum in synodis IX priorum saeculorum christianismi) I., 263—283.

Dobronravov ex synodorum IX priorum saeculorum historia probare conatur etiam laicos et clerum inferiorem synodorum sessionibus affuisse idque cum voce consultativa. Et quidem primis tribus saeculis maior populi et simplicis cleri frequentia habetur, quam posterioribus.

At, ut videtur, haec auctor ostendere debet, quo numero, quo iure et a quo convocatus populus et inferior clerus synodi sessionibus interfuerit. Dein, licet episcopis vocem decisivam concedat, tamen scribere audet: Sobory ne sostavljalis' iz odnih episkopov, inače oni ne predstavljaliby soboju vsej cerkvi. (Ut episcopi totam ecclesiam reprezentare possint, etiam aliorum [cleri et populi] praesentia requiritur) (p. 282). Simili modo et sequenti pagina de episcopis dicit. Quo iure haec dicantur et quomodo haec cum theologicis principiis cohaereant, non patet.

N. Romanskij: Institut blagočinnyyh i vybornoe načalo v priměnenii k russkoj cerkovnoj administraci (Status decanorum et electionis principium in Russica administratione ecclesiastica) I., 323—344. Decanorum instituti evolutione descripta concludit meliorem modum esse, ut decani (blagočinnye) a clero elegantur. Clerus enim ad decanum ab ipso clero electum maiorem fovebit fiduciam; ipseque decanus officio suo cum maiore fructu fungetur. Etiam, ut consistorii membra elegantur, valde exoptat.

S. Bulgakov: O neobhodimosti vvedenija obščestvennyh nauk v programmě dužovnoj školy. De necessitate introductionis universalium disciplinarum in ecclesiasticis scholis). I., 945—356.

Ut quae a clero nunc temporis exiguntur, ipse praestare possit, necessarium esse, ut disciplinae naturales in scholis ecclesiasticis tractentur auctor ostendit. Bene. Sed ne theologia damnum patiatur, etiam videndum est.

S. Bratkov: Vopros o reformě dužovnyh seminarij v Italii (De reformatione scholarum ecclesiasticarum in Italia) I., 357—372.

Auctor in seminaria, in quibus iuvenis recipitur neque prius inde emittitur, quam sacerdos factus sit, invehitur. Quod clerus cum fidei detrimento parum alicubi (Galliam intelligit) cum populo conversetur eiusque necessitatibus etiam temporalibus non nullum satisfaciat, hoc non ex istorum seminariorum qualitate, sed aliunde (c. statum cleri iu Russia) provenire videtur. Et quae de linguae apud sacerdotes imperitia loquitur, parum veritati consona sunt.

S. Šumov: Někol'ko slov po povodu stati g. N. „O revizijah dužovno-uečebnyh zavedenij“ (Quaedam de articulo N., de visitatione ecclesiasticarum scholarum) I., 372—379

I. Popov: Bibliografija. Bogoslovskie fakul'tety (Bibliographia. Theologicae facultates) I., 392—401.

Popov argumento libri P. Světlov »O neobhodimosti bogoslovskih fakul'tetov v universitetaх. Kiev 1906. g.« relato cum Světlov in eo consentit, quod si academiae ecclesiasticae ut facultates theologicae universitatibus coniungantur, inde pro ecclesia, gubernio et ipsis universitatibus commodum non spermendum sequi existimet; — at secundum Popov Russicae universitates non facile id admissurae sunt, immo nonnulli episcopi, de eruditis hominibus parum solliciti, adversabuntur hisce conaminibus. Ideo melius fore Popov putat, si studentibus tum Academiarum tum universitatum, quando placuerit, lectiones utrobique frequentare permittatur Tali modo facilius ad finem intentum perveniri potest.

A. Kirěev: Episkop starokatolikov Germanii Dr. Theodor Weber (Episcopus vetero-catholicorum Germaniae Dr. Th. Weber) I., 402.

Kirěev, notus vetero-catholicorum amicus, post mortem Dr. Weber necrologum eius seripsit eumque ut veritatis defensore laudat.

M. Haļuščynskyj.

Церковные Вѣдомости. (Cerkovnyja Vѣdomosti) Petropoli 1905. No 18—52.

Prof. M. Krasnožen, O svobodě sověsti i o věroterpimosti. (De libertate conscientiae et tolerantiae in rebus fidei). Decretum imperatoris de I die Paschae 1905 laeto cum animo salutatur terroresque ex eo nascentes discutiuntur. Veritas lucem non timet. — N. Subbotin, Mitropolit Filaret v ego rezoljucijach. (Metropolita Filaret in suis resolutionibus). Recensetur editionis secundi tomī »Perfectae collectionis resolutionum Filareti« illa pars resolutionum, quae a metropolita tempore cholerae a. 1830 et 1831 clero eius sunt intimatae — Ob obščem imuščestvě. (De communi bonorum possessione). Monita respectu doctrinae de communi possessione bonorum, de usurpatione et possessione universi peculii. — N. Subbotin, Vospominanija. Memoria et recordatio professoris historiae biblicae et exegesis in academia Vladimirensi M. V. Tihonravovi et professoris philosophiae in seminario Vladimirensi A. M. Bułarev. — N. I. Subbotin. (H. II. Субботинъ). Necrologus. — E. Poseljanin, Pskov i ego svyatyni. (Pskov eiusque loci sacri). — Novějsja dannyja o dějatel'nosti moskovskago mitropolita Filareta. (Recentiora data de activitate Moscoviensis metropolitae Filareti). — S. Zvěrinskij, Rimsko-katoličeskija i protestantskija missii (Romano-catholicae et protestanticae missiones). Reproducuntur data patris I. B. Piolet in ephemeride »Le Correspondent« publicata de missionibus catholicis et protestanticis. Protestantiae societates missionum 558 contra 200 catholicas numerantur. Ratio annua societatum protestanticarum 108.000 fr. efficit, octies vel novies catholica ratione plus. O sostojanii rossijskoj duhovnoj missii v Pekině za 1902—1903 g. g. (De statu Russicae missionis spiritualis Pekini (in China) a. 1902—1903). Sub fine a. 1903 missio Pekinensis ecclesiam Charbini, 9 scholas ecclesiasticas ad viam ferream Chino-orientalem, duas domus orationis Dalnyi, monasterium cum tribus ecclesiis et currum ecclesiasticum Tanczini, 4 capellas habuit cum missionum praefecto, archimandrita, 9 hieromonachis, 11 sacerdotibus etc. — V Samuilov, Sězdy eparhial'nago duhovenstva v drevnej Rusi. (Congressus cleri dioecesanii in antiqua Russia). In antiqua Russia quotannis I. Dominica Quadragesimae congressus cleri ad cathedram episcopi fieri solebant. Ad instar scholae erant, in qua episcopus magister erat, sacerdotes discipuli. In Russia occidentali adhuc initio saec. XVII. habebantur. — E. Poseljanin, Svjaščennik O. A. V Roždestvenskij (Sacerdos A. V. R.) Necrologus. — Izvlečenija iz predstavlennyyh eparhial'nyimi preosvjaščennymi Svatějšemu Synodu godičnyh otčetov

sostojanii dužovnyj seminarij i učilišč za 1903--1904 učebnyj god. Secundum relationes episcoporum ad s. Synodum de statu seminariorum et spiritalium institutorum pro anno 1903—1904 degunt in 57 seminariis Russiae 18.702 alumni (maximus numerus 702 est in seminario Rjazani) et 28.620 participantes in institutis spiritualibus. — P. Nečaev Dvuhrodnoe i trehrodnoe svojstvo, kak prepjatstvie ko vstupleniju v brak (Affinitas secundi et tertii gradus tamquam impedimentum matrimonii ineundi). In matrimonii ineundis in posterum ab impedimento affinitatis secundi et tertii gradus facilius dispensandum erit. —

A. Jakov. Sovremennyj katolicizm s točky zrěnija principov meždunarodnago prava. (Praesens catholicismus quoad principia iuris internationalis). Referuntur principales ideae illius partis operis Ernesti Nys »Principes de droit national«, qua problema, an papa tamquam obiectum iuris internationalis considerari possit, pertractat. Respondeatur negative. Papa, qui inde ab anno 1870 non est amplius monarcha, nec ullam condicionum implet, quae apud quemlibet principem relationes diplomaticas cum aliis statibus sustentantem, supponuntur. Papa proprio territorio, militia, subditis civilibus, civilibus legibus ac propriis earum defensoribus carens, papa, qui nuntiis regiminum securitatem non potest praestare, prout id iure internationali desideratur, non potest huiusce iuris esse obiectum. Nec sedes apostolica nec ecclesia Romana id esse potest. Cum ecclesia non sit societas politica, ipsius nuntii vel legati solius naturae spiritalis emolumentum habere possunt. Concordata non sunt internationalia foedera veri nominis. Recensens spe laetatur, theorias hasce in praxin modo esse transituras, cumque inde faustum eventum sibi promittit, quod ecclesia catholica terrestri potestati suae consulere desinens vitam internam intensius promovebit et sic ipsa gravissimum illud impedimentum auferet, quo ab ecclesia orthodoxa separatur. —

M. Krasnožen, Granicy věroterpimosti. (Limites tolerantiae). Tolerantia in rebus fidei certe aequa et iusta est. Ea tamen admissa non ideo relationes regiminis politici ad quamcunque confessionem aequales sint oportet. Tolerantia christiana bene ab indifferentismo adversus veritatem et errorem distingueda est. Regimen nullo modo cum absoluta aequalitate sectas tractare potest, quarum doctrina cum ethica rei publicae non potest conciliari (Skopei, Mormones) vel quarum principia principiis ordinis moralis ac socialis, quae respublica tuetur, contraria sunt. In foro personalis persuasionis religiosae libertas conscientiae certe est asserenda, ab ea tamen libertas publici cultus et libertas societatum religiosarum debent discerni. Eiusmodi societates extra regiminis custodiā condi non possunt. Nec ecclesia orthodoxa eiusmodi indifferentismum admittere poterit, eo minus libertatem transgrediendi ex una confessione in alteram. In Occidente status quidem hunc transitum admittunt, nullo modo tamen ecclesiae. Huius generis indifferentismus non est nisi periculosisima forma mutuarum inter religiones inimicitarum.

I. B., Inkerman. Descriptio magni monasterii s. Clementis martyris in Chersoneso prope Sebastopolin siti. — O hrjstianskoin brakē i semejstvē p. 1513--1519. (De christiano matrimonio et familia). Cum matrimonium et familia societatis fundamenta constituant, nil mirum, si damna defectu fidei procreata in hisce fundamentis praeprimis apparent. Considerantur ideo et comparantur matrimonium et familia sub influxu et fidei et modernae infidelitatis et quidem a) in suo origine b) in sua auctoritate. Preděly kazanskoy eparhii, p. 1523—1528. (Limites dioeceseos Kazaniensis a tempore erectionis (1555) usque ad saec. XX.) Adumbratio historica ad 350. anniversarium eparchiae, cuius territorium a. 1552 armis Russorum recuperatum est. A. C., Iz Galiciny, p. 1549—1552. (E Galicia). De ecclesiastico statu catholicorum et unitorum Leopoli. — E. Poseljanin, Odin iz proektorov dužovno-

učebnoj reformy, p. 1644—1661. Proponuntur quidam modi reformatorum seminariorum et scholarum spiritualium. — I. V., S Vostoka, p. 1676—1678. Gazeta Haptis insistit universitati Graecae Constantinopoli erigendae atque e collectis et donis Graecorum philanthroporum sustentandae. Eadem operi iam patriarcha Ioakim (1878—1884) intentus erat. — S. G., Ob usynovlenii, kak prepjatsvii k braku, p. 1695 1705. (De matrimonii impedimento quod ex adoptione oritur). Collectio materiae ad quaestione huius impedimenti solvendam.

V zaščitu staroj dužovnoj školy, p. 1731—1734. (In tutelam antiquae scholae spiritualis). Auctor pristinam scholam spiritualalem contra contemptum et calumnias modo saepe saepius iteratas tuetur. Magni legum exaratores (Speranskij), egregii oratores, scriptores, publicistae (Dobroljubov), quibus Russia in saecula gratam memoriam servabit, ex hacce schola egressi sunt. Fere omnes eius discipuli idealistae erant magna vi morali praediti et singulari eruditionis concentratione imbuti. Si schola spiritualis modo reformanda ad instar antiquae eiusmodi viros educabit, tunc demum laus ei erit attribuenda.

P. Gorjučko, Cerkov' svjatago Klimenta v Rimě, p. 1749—1750. (Ecclesia s. Clementis Romae). Rectificantur quaedam de basilica s. Clementis minus accurate exposita in articulo C. Thominenko Pamjati Bosnijskago episkopa Iosifa Štrossmajera, Cerk. Věd. No 35). — V. Samuilov, Rjasofor, p. 1784—1789. De iure habitum regulare ante consecrationem monasticam (postrženie v monahij) gestandi tractatus historicus. — O preobrazovanii cerkovnago upravlenija v Rossii na sobornom načalě, p. 1897—1905 (De transformatione ecclesiasticae administrationis Russiae secundum principium synodale facienda). Collegium S. Synodi dirigentis oecumenico concilio Russiae convocando favens, quaestiones maxime urgentes in ipso pertractandas praeparavit. Quae hic enumerauntur. Ob temporum iniurias tamen, quibus Russia agitatur, imperator concilium ad aptius tempus prorogavit.

A. Mal'cev, K istorii starokatoličeskago dviženija v Pragě v Bohemii, p. 1905—1915 (Ad historiam veterocatholici motus Pragae Bohemorum). Veterocatholica societas Pragae preces S. Synodo dirigenti Petropolitanae proposuit, quibus sub certis condicionibus receptionem in ecclesiam orthodoxam postulavit. S. Synodus hac in re societati veterocatholicae Pragensi litteras misit, quae interpellationi (protest) eiusdem societatis ad S. Synodum directae ansam dederunt. Societas declarat preces istas nonnisi a quibusdam membris societatis ab orthodoxo sacerdote Ryžkov Pragae degente instigatis suppositas fuisse. Quadraginta octo vetero-catholici interea in ecclesiam orthodoxam ingressi, cum certiores facti fuissent, petitionem ad S. Synodum non a societate veterocatholica Pragensi provenisse, ut ad societatem regredi liceret, postularunt. Interpellationis genesin in speciali articulo alumnus académiae Kiovensis, hierodiaconus Savvatij (Brabec) natione Bohemus illustrat et in genere querimonias in sacerdotem Ryžkov a societate prolatas iustas esse confirmat. Interpellatio et litterae hierodiaconi Brabec ad praesidem ecclesiae orthodoxae Berolinensis Alexium Mal'cev missae sunt; is in litteris ad metropolitam Petropolitanum Antonium directis interpellationem societatis veterocatholicae Pragensis acri criticae subicit.

Ob ustrojstvě i upravlenii pravoslavnoj Cerkvi v knjažestvě Černogorskem, p. 1922—1925. Organizationis et administrationis orthodoxae ecclesiae in Montenegro brevis adumbratio. — Pastyrstvo i narod p. 2109—2121. (Clerus et populus). Officium pastorum spiritualium in praesentibus motibus agricultorum delineatur. Eundem finem (agricultores pacandi) articuli O sobstvennosti (De proprietate) et Čto nam dělat' v vidu narodnij volnenij? (Quid nobis respectu motuum populi faciendum?) prosecuntur. — S. V., Arheologo-českija raskopki v Palestině, p. 2157—2158. (Archaeologicae excavations in Palaestina factae). Describuntur effossiones, quae duce Schumacher in oppido

Ležiūn, biblico Megiddo, in valle Ezdrelonensi, quo Kison fluit, sito et a Salomone quondam muris cincto.

Congressuum et synodorum relationes: Congressus cleri Finniensis in insula Valaam No 36, congressus Kazanii No 44, synodus dioecesana Rigae No 44 et 48, Stavropoli No 45, Harkovii No 48, Podoli No 49 et Kioviae No 50.

Litterae pastorales No 38 et 43.

Biographia: Preosvjaščennyj Dimitrij (Muretov), arhiepiskop Chersonskij i Odesskij No 37, Konstantin Petrovič Pobědonoscev, s. Synodi dirigentis supremus procurator No 44, Protoierej Ioann Il'ič Sergiev (Kronštadskij), ad 50. anniversarium sacerdotii Ioannis Kronštatiensis No 49 et Svjaščennik A. B. Gumilevskij, osnovatel' prihodskoj blagotvoritel'nosti v S. Peterburgě No 50.

Necrologi: Petr Ivanovič Nečaev No 45, Doktor bogoslovija i filosofii Iosif Hristoforovič Overbek, linguista et philosophus, auctor multorum (60) operum theologicorum No 50, Petr Andreevič Gil'tebrandt, archaeologus et palaeographus No 50 et P. V Koškarov No 48.

Dr. L. Petr

Libri Russici a. 1906 editi.

e p. Agathodor. Voskresenskij hram i ego prihod, Myškinskago uězda, Jaroslavskoj gubernii. (Istoriko—arheologičeskoe opisanie). Stavropol' 1906 [*De templo et parochia in Myšk.*]

Konst. Aggeev, Hristova věra. Č. I. Spb. 1907 (60+11+II) 0r60 r. (rec. Kapralov in Trudy 1906, 10, 209—16) [*De fide Christi*].

E. Akvilonov, O Spasiteli i o spasenii² Spb. 1906 [*De Redemptore et de redemptione*].

archiep Antonij (Volyn.) Hrapovickij, O pravoslavnom pastyrstvě. M. 1906 (130) 0'80 r. [*De munere pastorali orthodoxo*].

Mihail Benemanskij, 'O profeiros Nomos Imperatora Vasilija Makedonjanina vyp. pervyj. Sergiev Pos. 1906 (XIV + 557) 3 r. [*Basilii Macedonis ὁ πρόφειρος νόμος.*]

V. N. Beneševič, Drevne-slavjanskaja Kormčaja XIV titulov bez tolkovaniij. Tom I. (Izdanie otděl. russk. jaz. i slovesn. Imp. Akad. Nauk. Spb. 1906 (V1+228) 1'40 r. [*Kormčaja veteroslavica XIV tit.*]

N. Bogačev, Oblast' nauki i oblast' věry. M. 1907 (24). [*De parte doctrinae et de parte fidei.*]

A. Ja. Bogorodskij, Načalo istorii mira i čelověka po pervym stranicam Biblij Kaz. 1906. 2·25 str. VIII+442. [*De initio historiae mundi et hominis sec. Gen.*]

A. Ja. Bogorodskij, Evrejskie cari². Kazan' 1906 (VIII+381) 2 r. [*De regibus Hebraeorum*].

I. Borkov, O znamenijah vtorogo priestvija Gospoda Iisusa Hrista po evangelij i poslanijam sv. apostolov. Kazan' 1906, 2 r. [*De signis secundi adventus Christi sec. evangelium et epistolas apostolorum.*]

A. Brojakovskij, Sputnik Pastyrja. Sbornik statej i zamětok po voprosam pastyrskago služenija². Vyp. 1. Kiev 1906. [*Comes pastoris. De quaestionibus pastoralis muneris.*].

- S. D. Bulgakov, Nравственное учение, раскрыываемое в книге премудрости Иисуса Сына Сирахова. Курск 1906 (27) 0·20 [De doctrina morali in libro Sap.]
- S. N. Bulgakov, Religija čelověkovožestva u L. Fejerbaha. (80 p.) 0·30 r. [De religione hominis--dei ap. L. Feuerbach.]
- N. P. Čel'cov, Hristianstvo i politika Spb. 1906 (45) [De nexu inter rem christianam et civilem.]
- A. Th. Cerpjavskij, O vavilonskom stolpotvorenii i směšenii jazyka stroitelej, Kišinev 1906 (34) c. 0·20 r. [De turris Babel aedificatione et linguarum confusione.]
- ierom. Damian, Nedostatki russkoj ikonopisi Spb. 1906. [De defectibus iconographiae Russicae.]
- A. A. Dmitrievskij, Episkop Porfirij Uspenskij, kak iniciator i organizator pervoї russkoj duhovnoj missii v Ierusalimě, i ego zaslugi na pol'zu pravoslavija i v dělě izučenija hristianskago Vostoka. Spb. 1906 (124) 0·75 r. [De meritis Porphyrii Uspenskij episcopi de orthodoxia (*1804, † 19. IV. 1885)].
- V. Faminskij, Religiozno-nravstvennaja vozvršenija L. A. Seneki i otношение ih k hristianstvu. Kiev (III+479) 1906 2 r. [De L. Senecae sententiis de religione moribusque et de earum ad christianam doctrinam relatione.]
- arhim. Georgij, Izbranie episkopov v drevnej cerkvi (Istoriko-kanonickij očerk). Har'kov 1906, (24 p.) [Ius eligendi episcopos antiquitus non fuisse penes populum.]
- S. Glagolev, Materija i duh. Spb. 1906 (181) [De materia et spiritu].
- E. Golubinskij, Arheologičeskij atlas ko vtoroj polovině toma istorii russkoj Cerkvi, M. 1906 (2·50 r.) [Tabularum geographicarum volumen ad Historiae ecclesiae Russicae I. tom 1. partem].
- V. Gomerov, Raskrytie evangel'skago ponjatija o carstvě Božiem. Kiev 1906 (89) 0·60 r. [Notio evangelica regni Dei explicatur].
- I. Gurevič, Kto vinovat v raspjatii Iisusa Hrista. Spb. 1906, 0·20 (rec. S. Troickij in Cerk. Věd. 1906, 830—1) [Quis commiserit, ut Christus crucifigeretur].
- V. P. Gur'janov, Dvě městnyja ikony Svjatoj Troicy v Troickom soborě Svjato-Troickoj Sergievoj lavry i ih restavracija. M. 1906 (e Mosk. cerk. star.) [De duabus imaginibus ss. Trinitatis in eccl. monasterii ss. Trinit. prope Moscoviam].
- ep. Iakov Aksajskij, Istorija vseleňskih soborov 2. Spb. 1906 (408) 2 r. [Historia conciliorum oecumenicorum].
- arhim Iona, Svět s Vostoka. Vyp. II. Spb. 1906 (42) 0·35 [Ex Oriente lux].
- A. M. Ivanov-Platonov, Hristianskoe učenie o ljubvi k čelověčestvu sravnitel'no s krajinostjami učenij socialističeskikh 2 M. 1906 (Stupin) 90 pag., 0·50 r. [Christiana de amore erga homines doctrina cum immoderatis placitis socialistarum comparata].

- A. Jacimirs'kij, Iz istorii slavjanskoj propovědi v Moldavii (CLXVI + 125) Spb. 1906. [*Ex historia Slavicae instructionis (sacrae) in Moldavia*].
- A. Jacimirs'kij, Iz istorii slav piš'mennosti v Moldavii i Valahii XV—XVII. vv. (CXVIII + 176) Spb. 1906. [*Ex historia litterarum Slavicarum in Moldavia et Valachia XV.—XVII.ss.*].
- I. Janyšev, Pravoslavno-řchristianskoe učenie o nравственности² Spb. 1906 2·50 r. [*Orthodoxa-christiana doctrina de moribus*].
- A. Karašev, Otношение řchristian pervyh treh věkov (do Konstantina Vel.) k voennoj službě. Rjazan' 1906 [*Quomodo christiani primorum trium saeculorum ad militiam se habuerint*].
- A. Kirillov, Časovni, cerkvi i monastyri na Donu ot načala ih pojavlenija do konca XIX. v. [*De capellis, ecclesiis, monasteriis ad Tanain fluvium*.]
- N. Kondakov, Licevoj ikonopisnyj Podlinnik Tom I. Ikonografija Gospoda Bogo Spas. naš. Iisusa řrista. Istoričeskij i ikonografičeskij očerk s 116 risunkami Spb. 1906, 25 r. [*Iconographia Dni n. I. Chr.; cum 116 imagg.*]
- I. Kondrat'ev, Moskovskij Kreml'. M. 1906 (190+2) Vil'de 0·50 r. [*De Moscovensi Kreml.*]
- A I. Kremlevskij, Posobie dlja izučajuščih pravoslavnij řchristianskij katilizis. Spb. 1906 (rec. Věra i C. 1906, 6 7 (I. Solov'ev); Cerk. Věd. n. 47 Strannik 1906, 751—2) [*Adiumentum ad exponendum orthodoxum catechismum*].
- A. Lebedev, Istorija razdelenija Cerkvej v IX, X i XI vekah s podrobnym ukazatelem russkoj literatury, otnosjaščejšja k etomu predmetu s 1841 po 1900 gg. Spb. 1906. (Tarov) 2 r. [*Historia ecclesiarum saec. IX—XI. cum bibliographia*].
- A. Lebedev, Ob učasti mirjan na soborah. M. 1906 (47). [*Per episcopos constitui concilia*].
- V. Lebedev, Poslanija sv. apostolov i apokalipsis. Kn. 1 i 2 p-ija k Korinthjanam. Tambov 1906 (249) 1 r. [*Comm. in 1. et 2. Cor.*]
- I. M. Lebničkij, Osvjaščennyj sobor v Moskvě v XVI. — XVII. věkah. Spb. 1906 (74) 0·40 r.
- S. Lobačevskij Svatyj Antonij Velikij. Odessa 1906. 1·75 r. [*De vita scriptis doctrina s. Antonii M.*]
- N. Losskij, Obosnovanie intuitivizma. Spb. 1906, 2 r. [*Intuitivismus probatur*].
- A. Malcev, Pravoslavnaja cerkvi i russkija učreždenija za graničej. S. 86 risunkami Spb. 1906; (496+IV). 2 r. [*De ecclesia orthodoxa et institutis Russicis extraneis*].
- A. Malevič, Kakimi pravami i preimjuščestvami otličališ' episkopy v drevne-řchristianskoj cerkvi. M. 1906. 0·45 r. [*De iuribus et praerogativis episcoporum in prisca ecclesia christiana*].
- N. Malinovskij, O Bogě Iskupitelě. Dogmatičeskij očerk. Kameneč-Podolsk. 1906 (e Podol'skija eparh. vědomosti 1905) (359) 1·25 r. [*De Deo Salvatore*].

- arhīm Mihaill (Bogdanov), Preobraženie Gospoda I. Hrista. Opyt ekzegeći. izslēdovanija 17 i 18. gl. ev. Mtth. Kazan' 1906. (410) 2 r. [*De transfiguratione Domini I Chr*]
- ep. Mihaill. Akademicheskaja čtenija po Sv. Pisaniju Novago Zavěta. III. Rimskaja Cerkov' i Poslanie k Rimljanam. Tula 1906. [*De eccl. Romana et ep. ad Rom.*]
- D. Mirtov, Nравственная автономия по Канту и Ницше. Spb. 1905 (66) 0·35 r. [*De autonomia morali sec. Kant et Nietzsche*].
- Th. I. Miščenko, K voprosu o sostavě predstojaščago sobora russkoj Cerkvi. Kiev 1906 (62) 0·40 r. [*Ad quaestione de constitutione proximi concilii ecclesiae Russicae.*]
- V. I. Nesmělov, Nauka o čelověkѣ³ t. I. Kazan' 1906 (418) 2·50 r. [*Doctrina de homine.*]
- P. V. Nikolskij, Voprosy žizni pri světě věčnosti. Publikyja čtenija. Spb. 1906 (VII+161) (Rec. Strannik 1906. 131—3) [*Quaestiones vitae, aeternitate illustratae*].
- G. Orlov Igumen'ja Antonija, nastojatel'nica monastyréj Strastnogo i Alekssinskago. M. 1906. 0·40 r. [*De Antonia abbatissa.*]
- G. S. Petrov, Zaprosy sovremennoj cerkvi. Spb. 1906 (111) 0·35 r. [*Quaestiones ecclesiae praesentis.*]
- V. Th. Pěvnickij. Cerkovnoe krasorěcie i ego osnovnye zakony. Kiev 1906 (IV+296) 2 r. [*De arte dicendi christiana eiusque principiis.*]
- E. Poseljanin, Svjatyja děti russkija i dětskie gody russkih. Spb. 1906 (162) 0·30 r. [*De sanctis pueris Russicis* (ss. Ioanne, protom. Kioviensi, Iacobo Borovic. Artemio thaumaturgo Verkolensi, Demetrio principe (carevič) et de annis sanctorum Russicorum (Boris et Gleb. ven. Euphrosynae princip. et al. beat. et vener.)]
- M. Posuov, Judejstvo Kiev 1906 (II+267) 1·50 r. (e Trudy 1904—6) [*De Iudeis.*]
- A. S. Prugavin, Religioznye otšepenecy. Vyp. I. II. M. 1906. (209+252) 0·75+0·75 r. [*De dissidentibus in religionibus*].
- S. G. Runkovič, O dobroděteli i podvigah po tvorenijam svjat. Vasilija Velikago. Spb. 1906 (166) 0·50 r. [*De virtute sec. s. Basiliū M.*]
- S. G. Runkovič, Arhierei Petrovskoj epohi v ih perepiské s Petrom Velikim. I. Spb. 1906. (194) 2 r. [*De litterarum commercio inter Petrum M. et sacerdotes principes.*].
- arhiep. Savva, Hronika moej žizni. Avtobiografičeskija zapiski: tom. VI. (1879—83) Serg. Posad 1906 (933) [*Chronica vitae meae*].
- S. I. Smirnov, Duševnyj Otec v drevnej vostočnoj Cerkvi. Serg. Posad 1906 XXII+341 [*De patre spirituali (confessario) in prisca ecclesia orientali.*].
- P. A. Sokolov, V poiskah pravdy žizni. Ekaterinoslav 1906 (IV + 383). 1·50 r. [*In explorando vitae veritatem*].
- P. A. Sokolov, Vojna s religiozno-nravstvennoj točki zrěnija. Eka-

- terinoslav 1906, (36) 0·20 r. [*Quid de bello sec. religionem et mores statuendum sit*].
- P. P. Sokolov, Problema věry s točki zrěnija psihologii i teorii poznanija. Sergiev Posad 1906. [*De fide quaestio psychologica et noëtica*].
- V. Sokolov. Možno-li i dolžno-li nam molit'sja v cerkvi za usopših inoslavnyh? Sergiev Posad 1906. [*De facultate et officio precandi pro heterodoxis defunctis*].
- A. Sosnovskij, Očerki religioznago soznanija² Novočerkassk 1906 (95) 0·50 r. [*De sensu religioso*].
- N. Speranskij, Věd'my i vědovstvo. Očerk po istorii cerkvi i školy v Zap. Evropě. M. 1906 1·40. r. [*De magis earumque arte*].
- N. Suvorov, Obem disciplinarnago suda i jurisdikecii cerkvi v period vselenskih soborov². M. 1906 (XI+400) 3 r. [*De ambitu iudicii disciplinaris et iurisdictionis ecclesiasticae tempore concilior. oecum.*]
- N. Suvorov, K voprosu o tajnoj ispovědi i o dužovnikah v vostočnoj cerkvi². M. 1906. [*Ad quaestionem de confessione secreta et de confessariis in ecclesia orientali*].
- arhim. Theodor (A. Buharev), O pravoslavii v otношении k sovremennosti. Vyp. I. Spb. 1906. [*Quomodo orthodoxya ad haec tempora referatur*].
- M. Thivejskij, Dužovnyja darovanija v pervonačal'noj hristianskoj Cerkvi. M. 1907 2 r. [*De donis spiritualibus in prima ecclesia christiana*].
- Th. I. Titov, Cerkov', pastyrstvo i obščestvo v sovremennoj žizni. Vyp. I. Kiev 1906 [*De ecclesia, pastoribus, societate in praesenti vita*].
- Th. I. Titov, Kritiko-bibliografičeskij obzor novějšíh trudov po istorii russkoj Cerkvi. Vyp. 5. Kiev 1906 (32 p.) 0·30 r. [*Conspectus crit.-bibl. eorum, quae recenter de rebus ecclesiae Russicae scripta sunt*: De 1) Malinovskij, Starec Eleazarova monastyrja Filothej i ego poslanija, 2) Bělokurov, Iz dužizni Moskevskago Obščestva, 3) Krylovskij (L'vovskve stavropigial'noe bratstvo 4) De-Skrožovskij, ot mraka k světu 5) Porfirij Uspenskij, Kniga bytija moego. 6) Zavitnevič, Al. St. Homjakov.]
- G. V. Tristram, Vostočnye obyčai v biblejskih stranah² 0·50 r. Spb. 1906 [*De moribus orientalibus in regionibus biblicis*].
- S. V. Troickij, Cerkovnyj sobor i mirjane Spb. (20) [Non e solis episcopis constituendum esse concilium].
- I. P. Vartagava, Istinnyyj pastyr' Svjatootečeskij ideal hristianskago pastyrja. Simferopol' 1906. 0·50 r. [*Verus pastor*].
- V. Veličkin, Očerk istorii inkviziciei. M. 1906. (304) [*Inquisitionis historia*].
- N. Zaozerskij, Osnovnyja načala želatel'nago dlja russkoj Cerkvi učreždenija patriaršestva. Serg. Pos. 1906 (54) [*De principiis constitutionis patriarchatus, ecclesiae Russicae optandi*].

K. Zapruđskij, Vselenskij Sobor (Istoriko-kanoničeskij etjud). M.
1906 (91) 0:10 r. [*De concilio oecumenico.*]

N. P. Duša životnyh. Učenie slova Božija i sv. otcov Cerkvi. Riga
1906, 0:30 r. [*De anima animalium.*].

Zapiski peterburgskih religiozno-filosofskih sobranij (1902—3 gg.).
Spb. 1906 (Prirožkov) 4 r.

RUTHENICA.

De statu praesenti ecclesiae et litterarum theolog. apud Ruthenos.

II.

Conspectus publicationum periodicarum theologicarum apud Ruthenos.

a) **Місіонар (Misionar)** Rik X. 1906. Vyd. vydavnyctvo čyna s. Vasylyja V. Redaktor O. L. Berezovskyj. Vyhod. raz na misjac' v Žovkvi (1:20 K). (Missionarius). Cum supplemento Misionarezyk (Missionarius pro parvulis) a Patribus Basilianis in Zovkva semel in mense editur. Pretium per annum 1:20 cor. N. 1—5. Pg. 1—160.

P. L. Berezovskyj continuat per omnes numeros descriptionem peregrinationis, quam in Terram sanctam suscepit, idque stilo populari; multa narrat de locis sacris, eorum natura, historia, cultura etc. Prior pars horum articulorum U svjatu zemlju — in Terram sanctam inscriptorum iam in Missionario anni praecedentis publicata est.

P. A. Lozynskyj, olim Romae rector Collegii Ruthenorum, narrat ut testis ocularis de „Чудо съв. Януария — miraculo s. Iannuarii Neapoli“ (pg. 78—80, 111—6).

In tractatu „Pro Cerkov Hrystyvu“ (de ecclesia Christi) auctor quidam explicat dogmatice modo populari ecclesiam et primatum Romani Pontificis. Tractatus continuatur per omnes numeros folii.

A numero tertio ineipit P. A. Lozynskyj suos „Obrazky z misyj“ — imagines ex missionibus.

b) **Католицкій Вехід. (Katołyckyj Vshid)** Organ russkoj katolickoj molodižy. R. II. 1905. Vyhodyt' u L'vovi z pečatni 00. Vasylyjan v Žovkvi. Rično 5 koron. — Editur Leopoli a iuventute theologica Ruthenorum quater per annum. Annus II. 1905. Pretium per annum 5 coronas.

N. 1—4. Pg. 1—398 et 81—192.

In parte prima continentur dissertationes sequentes:

O. Voljanskyj, Hrystyjan'skyj i anty hrystyjan'skyj s'vit ogljad a pryrodnna nerivnist' i zavysymist' žinjočogo pola. Naturalis imparitas et dependentia mulieris secundum christianam et antichristianam rerum humanarum philosophiam (n. 1—3). Ostenditur in reditu ad principia dogmatica et moralia ecclesiae catholicae solutionem faustum quaestionis de feminis consistere.

V. Feđiv, Masony. — V. Fediv, De latomis (n. 1—3). Explicatur origo et tendentia ecclesiae inimica huius sectae perniciosissimae.

V. Fediv Strasnyj tyžden' u viršah i pisnjah. De hebdomada maiore in poësi et carminibus vulgi (pg. 64—102). Exponuntur passi-

ones Salvatoris iuxta apocrypha pulcherrimae poëseos plena vulgi Ruthenici.

P. Štokałko, Čy zakyd y protiv sv. s'vjasčenomuče-nyka Josafata sut' pravdyvi? Sintne obiectiones contra s. Iosaphatum martyrem verae? (pg. 105—9). Solvuntur obiectiones quibus sanctus ille et celeber unionis ecclesiarum martyr arguitur, quasi schismaticos dure et intoleranter tractaverit.

S. Biłyński Doljaruskyj unijativ v Holmšyni. De fatis unitorum Ruthenorum in terra Cheimensi (n. 3—4). Enarratur iuxta documenta historica persecutio crudelis unitorum Ruthenorum ex parte regiminis Russiaci. Quaestio haec actualis facta est propter decretum tolerantiae nuper in Russia editum.

M. Ščepanjuk, Pres'vjata Evharystyja. De ss. Eucharistia (n. 3—4). Disseritur de institutione, materia, forma, ministro, effectibus sacramenti altaris.

M. Ščepanjuk, Ta sprava. De re illa (pg. 363—8). Modo polemico et apologetico demonstratur existentia Dei et Christi divinitas contra obiectiones auctoris liberalis in foliis iuventutis academicae M. Ukraina.

In Bibliographia mentio fit conspectus Slav. lit. theol. (pg. 43—4) et adducitur reprehensio, quam professor celeberrimus scientiae physicae in academia technica Pragensi, Dr. I. Paluj, natione Ruthenus (qui etiam novum Testamentum in Ruthenicum vertit) contra Drem I. Franko profert. Ostendit nimis professor doctus, doctorem Franko in poēmate, de mundi creatione diletantico modo, temerarie et sine argumentis scientificis religionem oppugnare (pg. 391—6).

In parte altera Kat. Všidu continuantur homiliae s. Chrysostomi super Matthaeum habitae, et quidem homilia IV.—X.

Katołyckyj Všid (v. supra), Annus III. 1906.

N. 1—2. Pag. 1—197 et 173—256.

I. Kłyvák, Pro buddyzm. De Budhismio (pg. 4—18, 94—112).

Ostenditur contra budhophilismum modernum systema budhaisticum esse atheisticum, ascesim falsissimam fovere, progressui generis humani perniciossimum esse. Palhra quaedam budhismi ex religione christiana originem ducere demonstratur.

A. Tverdohlib, Korotkyj vyklad molitvy Gospodn'o i. Brevis expositio orationis Dominicæ. (pg. 30—47).

T. Pasičynskyj, Istoričnyj ogljad rozvoju cerkovnogo spivu na Rusy. Conspectus historicus cantus Ecclesiastici apud Ruthenos (pg. 55—65, 130—6). Enarratur historia melodici cantus liturgiei in ecclesia Ruthenorum secundum quattuor periodos.

S. Biłyński, Kilka sliv pro ikonostas. Pauca de iconostasi (pg. 66—81). Exponitur origo, evolutio historica iconostaseos (tabula seu paries, quae imaginibus sanctorum ornatur et navem ab altari distinguit). Merito affirmatur, iconostasim cum propria Ruthenorum indole nexu arctissimo cohaerere.

M. Ščepanjuk, Adam vo grisilj. Adamus in peccatis (pg.

140 – 169). Egregia dissertatio apologetico-historica. Ostenditur contra Drem I. Franko — qui in publicatione Literaturno Naukovyj Visnyk (Nuntius litterario-scientificus) versionem posnit articuli Dris Landau ex folio Vindobonensi Zeit — ecclesiam catholicam ex mandato divino teneri moralitatem publicam custodire, porro ecclesiam hoc munus splendidissime implevisse et implere.

In parte altera homiliae s. Chrysostomi continuantur.

Charactere scientifico non obstante Kat. Vshid etiam poësim religiosam colit. Mentione digna sunt pulcherrima et vere poëtica carmina a I. Zaveruha composita (II. A. n. 3—4 et III. a. pg. 19—29, 113—5).

Inveniuntur etiam carmina religiosa a M. Dorockyj ex lingua Bohemica versa (II. a. pg. 35, 103). *O. Voljanskyj.*

SERBICA.

Glasnik pravoslavne crkve. 1906. 1—8.

Č. Mitrović, Brakorazvod u uzroci u hrišćanskom zakonodavstvu — De causis divorții in legislatione christiana (orientali) p. 36 44, 126—36, 222—33.

Sententiae huius scriptoris sunt hae: Matrimonium natura sua indissoluble est. Debilitati humanae indulgens iam legislatio Moysis divorțium ob causas graves admisit. Apud gentiles magna hac in re erat libertas. I. Chr. — iuxta auctorem Serbicum — in solo adulterii casu divorțium permisit. Hanc Christi de divorțio legem ecclesia usque ad saec. IV. severissime observabat. Imperatores christiani libertatem divorții restringebant quidem, tamen legislatio pagana ab iis respicienda erat (43—44); quapropter matrimonii separationem propria voluntate factam prohibuerunt, varias tamen divorții causas admiserunt (126 ss.). Legislatio matrimonialis civilis tempore Justiniani definite ordinata est; divorțium „cum damno“ et „sine damno“ („bona gratia“) distinguens varias divorții causas (127—33) sequentesque (134—36) enumerat. Alias divorții causas statuerunt Leo IV., Constantinus VI., Leo Philosophus, qui divorțium propter amentiam unius partis admisit. Edito a. 1187. decreto imperatoris Isaaci II. Angeli, quod agit de divorții condicionebus in casu, si vir creatur episcopus, legislatio de divorțio in imperio Byzantino absoluta est (225).

Secundum Dr. Č. Mitrović eccl. orientalis omnes has in legislatione civili statutas divorții causas admisit. Quod ecclesia iuste facere potuit (iuxta Dr. Č. M.); nam si Ch. divorțium ob adulterium permisit, cur non possit dissolvi matrimonium ob alias causas matrimonio non minus quam adulterium nocivas (226). — Ad haec probanda auctor inter alia provocat ad „syntagma“ monachi Matthiae Vlastar a. 1335. editum a. 1349 in Slavicum translatum et ad Slavicam „Kormčaja knjiga“ (circa a. 1199—1207), quae legislationem matrimonialem Byzantinam suam faciunt (231). Cf. eiusdem auctoris (Dr. Č. M.) librum „Nomokanon der slav. morgenländischen Kirche oder die Kormtschaja knjiga“ Wien—Leipzig 1898. —

Ad haec pauca animadvertenda sunt.

Auctor Serbieus relationem eccl. orientalis (ante schisma) ad civilem in rebus matrimonialibus legislationem false exponit. Nec fontes sufficientes historicos vel canonicos ex temporibus ante schisma orientale pro suis assertionibus adducit, nec distinctionem inter separationem a toro et mensa et inter divorțium facit.

Affirmationi D. Mitrović de acceptatis ab ecclesia legibus Justiniani repugnant collectio legum civilium ab ecclesia tunc receptarum: Collectio 87 capitulorum (inter a. 565—578 a. Ioanne Schol. adornata cfr. Milaš, Kirchenrecht der morgenl. Kirche, Czernowitz 1897. p. 170)

continet sola excerpta ex Novellis Iustiniani; attamen neque Nov. 22. neque 117, quae sanciunt causas divortii et solubilitatem matrimonii, in hac collectione inveniuntur. Item Collectio 25 capitulorum (ex initio VII. saec. cfr. Milaš, o. cit. p. 171.) continet solas constitutiones ex Codice, et quattuor Novellas (137, 133, 120, 123) — minime autem Nov. 22 et 117. Item Collectio constitutionum ecclesiasticarum (sive Collectio tripartita sive etiam Paratitla — ex initio VII. saec. cfr. Milaš op. cit. p. 173.), quae continet omnes omnino leges Iustiniani in rebus ecclesiasticis, omnes quoque eiusdem leges de matrimonio — praeter Nov. 22. et 117.

Item Nomocanon Ioan. Scholastici (vel Nomocanon L titulorum — coaluit ex collectione canonum 50 titul. et ex superius memorata collectione 87 capitul.) nihil amplius continet ex legibus de separatione editis, quam quod Nov. 22. c. 14. et Nov. 134. c. 12. statutum erat de matrimonio uxorum militum, qui post decimum usque annum neque revertebantur neque ullum nuntium de sua existentia dabant. De legibus autem sancientibus solutionem matrimonii et causas divortii tacet sicuti priores collectiones.

Manifestum igitur est ecclesiam illius temporis hanc legislationem non recepisse, solubilitatem matrimonii non sanxisse, etsi inde nondum demonstretur, ecclesiam hunc usum ne tolerasse quidem, non tantum aliud suassisce (Cf. conc. Arel. I. Sl. I. th. II, 238.)

Verum tempore procedente status civilis tamen reformavit vel potius deformavit legislationem et disciplinam ecclesiasticam orient. In Nomoc. XIV Tit., 13. et 14. iam receptae inveniuntur leges Iustiniani de causis divortii, quae continentur in Nov. 22 et 117.

Nunc quaeritur, ubinam possum sit fundamentum huiusce receptionis vel agnitionis ex parte ecclesiae orientalis, quacum coniunctum est ius novi matrimonii post divortium idque lege concessum? Num hoc fundamentum ipse Christus eodem iure sancito [non exceptione dumtaxat tolerata cf. Sl. I. th. I., 159 s.] posuit, ut opinatur Mitrović? Certissime non posuit! Sed ultima ratio huiusce rei invenitur in ipsa miserrima conditione ecclesiae sub iugo imperii Byzantini degentis, — in eiusdem ecclesiae absoluta fere dependentia a statu civili, qui ore Leonis VI. Philosophi (in sec. dimidio saec. IX.) pronuntiare non abhorruit leges civiles canonibus ecclesiasticis praestare et praevalere, — in illis tristissimis igitur relationibus inter ecclesiam et statum civilem, quas nomine byzantinismi comprehendere solemus.

Breviter: causa doctrinae ecclesiae orientalis de solubilitate sacramenti matrimonii quoad vinculum est eadem, propter quam solutum est vinculum inter utramque ecclesiam: orientalem et occidentalem.

Demetrius Jaremko.

P. S. Protić, Hristos Bogočlovek (Christus Deus-homo) 9—31.—Eleganti stylo demonstratur Christum non solum verum hominem, sed et verum Deum esse; „apologia“ ab Hettinger conscripta saepe allegatur.

M. N. Milutinović, Pastirsko služenje starozavetnih proroka (De prophetarum V. F. munere pastorali) 32—35, 215—21. Continuatio ex a. 1905; continuabitur.

S. Veselinović, Urzaciće Singidunski (Ursacius ep. Singidunensis) 54—62, 146—59, 253—63, 338—51, 406—11, 498—506. Multis fontibus historicis innixus auctor tractat historiam huius episcopi ariani e saec. IV. Continuabitur.

P. Švabić, Gerasim Domini, metropolit Šabacki. 63—78, 160—64, 264—84, 352—68, 412—24, 507—23. — Gerasimus, natione Graecus, a. 1816—30 ecclesiae metropolitanae Šabacensi praeerat; in sacerdotes et populum severius agebat, quapropter apud omnes in odio erat. Insuper Turcarum partes sequebatur; quibus rebus coactus a. 1830. Serbiā reliquit. Auctor epistolas eius ad celebrem Serbie principem Miloš affert.

M. Siljak, Osnovi pastirske službe svešteničke (De funda-

mentis muneris pastoralis sacerdotum — secundum epistolas apostolorum) 108—25, 234—42, 326—37. Continuabitur.

S. M. Veselinovic, *Detinjstvo Hristovo* (De aetate Christi puerili) 95—107. — Reicitur exceptio criticorum contra Lc. 2, 47, Christum duodecim annos natum talem sapientiam, ut rabbini mirarentur, possidere non potuisse.

M. Čengić, *Poslanica Grigorija IX. srpskemu i slovenstvu* (Epistola Gregorii IX. ad Serbos et Slovenos). 165—68. Ex collectione „Monumenta Germaniae historica“ assertur epistola, qua Gregorius IX. 13. Februarii a. 1234. superiores ecclesiasticos et populum Slavorum meridionalium invitavit, ut legatum suum benevole acciperent atque in convertendis haereticis Bosnensibus etiam armis iuvarent. Allata hac epistola auctor, qui a. 1905 sinum ecclesiae catholicae atque ordinem s. Francisci reliquit, odium suum in „Slavophobum montem Vaticani“ effundit.

Vl. T. Stojanović, *Krštenje Isusa Hrista* (De baptismo Iesu Christi. Sensus et character huius mysterii) 188—96. — Reiectis sententiis rationalistarum, qui vel factum historicum omnino negant (Bauer) vel perverse explicant (Weiss, Hase, Renan) auctor ostendit Christum per baptismum humilitatem ostendere atque indicare voluisse munus suum messianum eo ipso tempore coepisse. Si Mc 11, 28—30 prae oculis habetur, patet baptismum Christi etiam momentum dogmaticum habuisse. — Inepte autem auctor rationalista simpliciter theologos occidentales appellat, ac si etiam catholici rationalistae essent.

V. P. Bošnjaković, *Nil Sinajski* (De Nili Sinaitici vita et operibus) 197—214, 315—15. Continuabitur.

R. M. Grujić, *Srpske škole u beogradsko-karlovačkoj mitropoliji* (De scholis Serbicis in metropolia Belgradensi-carlovicensi a. 1718—39) 425—42, 524—28. — Dissertatio solide scientifica. Pars reliqua sequetur.

Supplementi instar edita sunt: 1. „Doctrina duodecim apostolorum“ (e Graeca in Serbicam linguam translata ab A. Obradović). 2. S. M. Veselinović, *Lectiones ex patrologia*; pars tantum. 3. Vigouroux „Manuel biblique“ in versione Serbica; pars tantum, cf. Sl. I. th. II, 123—4.) I. Ivacković et P. V. Markičević, *De litteris Serbicis theologicis* a. 1904 et 1905; pars reliqua sequetur.

G. R.

SLOVENICA.

Fr. Kovačič, Doctor Angelicus Sv. Tomaž Akvinski. (Doctor Angelicus S. Thomas.) Maribor 1906. Pg. 67. Cor. 1·10.

Opusculum hoc, quod imprimis studiosae iuventuti acceptum erit, in duas dividitur partes. In prima auctor pertractat vitam Angelici Doctoris (pg. 1—50), in altera opera eius (pg. 57—66). De vita s. Thomae auctor accurate exponit omnia, quae fidi historici ex variis tabulis et chartulariis collegerunt. Iucunda erunt Slovenis lectoribus, quae auctor narrat de commoratione Angelici Doctoris in partibus nostris. Morabatur, ut traditum est ab annualium scriptoribus, per medium annum, in conventu Frisacensi (Breže) in Styria; hinc Vilacium (Beljak) in Carinthia perrexit ad visitandum s. Bonaventuram, quem ibi vitam S. Francisci Seraphici seribentem repperit dixitque illa verba: Sinamus Sanctum pro Sancto laborare. Quamquam auctor sobrie animadvertisit haec nondum esse critico examine eliquata. In altera parte igitur agit auctor de operibus S. Thomae. Nempe enumerat omnia Angelici Doctoris opera, exponit breviter eorum summam, adnotat, si quae scientia historica nostrae aetatis pervestigavit, quae Thomam eorumque temporum

homines latuerunt (v. gr. de libro de causis, de operibus Pseudo-Dionysii aliaque). (Optarem, ut unicuique operi additum esset, quo circiter tempore opus conscriptum sit, quod quidem studiosis saepe non parum inserviret.) Praeterea enumerat editiones operum S. Thomae necnon graviores versiones. Haud pauci fortasse ignorant, aliqua S. Thomae opera in Graecum, Hebraeum, Armenum, immo Sinensem sermonem versa esse. Postremo enumerat etiam biographos S. Thomae, inter recentiores Fr. Jos. Ševčík, qui a. 1899 sermone Bohemico edidit librum de vita Aquinatis.

Dr. A. Ušeničník.

PARS DISSENSIONIBUS INTER ECCLESIAM OCCIDENTALEM ET ORIENTALEM COMPO- NENDIS DESTINATA.

IX.

Num ecclesiae orientales ab unitate catholica separatae habeant sacramentum extremae unctionis.

Est dogma fidei, extra ecclesiam Christi non esse salutem. Novimus vero, per hoc dogma ne gentiles quidem a salute simpliciter excludi, multo minus haereticos et schismaticos materiales separatis coetibus religiosis sine propria culpa adhaerentes. At si perpendamus, Christum Dominum in veram ecclesiam, corpus suum mysticum, continuo largissima flumina gratiarum derivare, Spiritum sanctum, quo vivit et regitur corpus Christi, speciali modo illustrare et ad omnem virtutem ac sanctitatem movere membra unius sanctae ecclesiae, et nihilominus innumeros catholicos maximam partem vitae sua transigere in statu peccati mortalis: merito non audemus confidere, relative magnam partem eorum, qui ab unitate catholica sunt separati, versari in statu gratiae sanctificantis. Et quid in hora mortis? Seponamus protestantes, qui praeter baptismum nullum sacramentum habent ideoque tum in vita tum in morte remissionem peccatorum gravium post baptismum commissorum tantum per contritionem perfectam consequi possunt. Consideremus autem, num adsint momenta, quae praebent ansam pie opinandi, multos Orientales sedi apostolicae non obedientes vitam finire cum sigillo praedestinationis. Plerosque laicos et multos sacerdotes eorum esse in bona fide, merito supponimus. Porro in periculo mortis quivis sacerdos, etiam haereticus et apostata, habet iurisdictionem pro tribunali poenitentiae. Non est, cur timeamus, ne Deus schismaticis materialibus ultimam absolutionem sacerdotalem petentibus deneget gratias necessarias, ut ex sua parte praestent omnia requisita ad fructuosam sacramenti poenitentiae, proinde etiam viatici perceptionem.

Verum Concilium Tridentinum in prooemio doctrinae de sacramento extremae unctionis nos instruit, »quod clementissimus Redemptor noster, qui servis suis quovis tempore voluit

de salutaribus remediis adversus omnia omnium hostium tela esse prospectum, quemadmodum auxilia maxima in sacramentis aliis praeparavit, quibus christiani conservare se integros, dum viverent, ab omni graviore spiritus incommodo possint: ita extremae unctionis sacramento finem vitae tamquam firmissimo praesidio munivit. « Unde quaeritur, num Orientales habeant hoc firmissimum praesidium extremae unctionis sive, ut ipsi loquuntur, euchelaei (olei precum), quo muniti prosternant adversarium nostrum, qui maxime instantे morte »omnes suae versutiae nervos intendit ad perdendos nos penitus et a fiducia etiam, si possit, divinae misericordiae deturbandos. »

Forte lectori ipsa quaestio videtur esse otiosa, cum clarum sit, omnes Orientales tam unitos quam dissidentes possidere mysterium unctionis infirmorum. Nam eorum sacerdotes vi characteris presbyteralis habent potestatem perficiendi sacramentum; qua potestate per nullam auctoritatem ecclesiasticam, ne per summum quidem pontificem, privari possunt. Sacerdotes ecclesiarum dissidentium adhibent eandem materiam et formam quam sacerdotes ecclesiarum unitarum, in quibus vere administrari s. unctionem non potest negari nisi inepte et cum contemptu clarissimarum decisionum s. Sedis. Requisita in ministris intentio neutris deest.

At si rem accuratius inspiciamus, quaestio forte videbitur ex contrario ideo esse otiosa, quod appareat clarum esse, Orientales dissidentes non habere sacramentalem unctionem infirmorum. Nulla quidem est dubitatio de potestate sacerdotum, nulla de eorum intentione; certe recta utuntur forma. Verum videtur esse manifestum, eos non adhibere validam materiam; ubi autem deficit valida materia, nullum fit sacramentum. Materia extremae unctionis est oleum benedictione episcopali consecratum. Docet nos concilium Tridentinum: »Intellexit ecclesia, materiam [extremae unctionis] esse oleum ab episcopo benedictum. « Unde Paulus V. die 13. Ianuarii a. 1611 declaravit »Temerariam et errori proximam« propositionem, »quod nempe sacramentum extremae unctionis oleo episcopali benedictione non consecrato ministrari valide possit. « S. Officium die 14. Sept. a. 1842 probante Gregorio XVI. negando respondit ad dubium. »an in casu necessitatis parochus ad validitatem sacramenti extremae unctionis uti possit oleo a se benedicto.« Iam vero potestatem episcopalem consecrandi oleum infirmorum habent episcopi vi Ordinis sui. Presbyteri iisque soli per suum Ordinem habent capacitatem, quibus dicta potestas per summum pontificem vel per episcopum cum consensu saltem tacito s. Sedis delegetur. Hanc vero delegationem secundum vigentem disciplinam Romani pontifices ipsi presbyteris latinis nunquam concedunt, multo minus episcopis latinis ius faciunt valide delegandi. Cum e. g. inter turbas Gallicas exeunte saeculo XVIII. Pius VI. rogaretur, ut presbyteris facultatem largiretur consecrandi oleum infirmorum, pontifex id recusavit. Per varia quidem decreta apostolica, quae hic referre ad finem nostrum non attinet, constat, presbyteros

orientales ecclesiarum unitarum potiri delegatione, de qua agimus. At nonne manifestam videmur enuntiare veritatem, si dicimus: »Romanus pontifex certe non permittit, ut presbyteri ab ecclesia catholica separati fruantur potestate tam extraordinaria, ut presbyteris latinis ne pro casu quidem summae necessitatis praebeatur? Est autem praxis universalis ecclesiarum Orientis dissidentium, ut presbyteri ipsi singulis vicibus, cum ministrant euchelaeon, oleum benedicant. Ergo etsi valida esset inunctio, si uterentur oleo a suis episcopis consecrato, de facto non conferunt sacramentum ideoque populi s. Sedi non adhaerentes carent fortissimo medio salutis.«

Nihilominus tuto licet statuere propositionem Sacerdotes orientales etiam ecclesiarum ab unitate catholica separatarum gaudent potestate delegata benedicendi oleum infirmorum ideoque valide ministrant s. Unctionem. — Diu ante schisma exortum per universalem disciplinam in Oriente vigentem presbyteri valide benedicebant oleum infirmorum; immo nullum extat testimonium, quo ostendatur, extra Occidentem illam potestatem unquam fuisse reservatam episcopis. Est igitur solum probandum, summos pontifices perfecto schismate presbyteris non ademisse immemorabile privilegium, quo fruebantur. Nihil sane faceret, qui ad contrarium evincendum ex nostro iure canonico colligeret poenas statutas in sacerdotes latinos deficientes ad schisma vel haeresim. Ecclesiae enim orientales semper proprio iure regebantur. Quis e. gr. asseret, quoties iam ante Michaelem Caerularium patriarchae imperii Byzantini schisma ad tempus excitabant, toties per Orientem suspensum esse sacramentum poenitentiae excepto casu periculi mortis et sacramentalem unctionem infirmorum? Sed ne ingrediamur generalem quaestionem satis spinosam de sequelis iuridicis schismatum orientalium; maneamus in nostra re. Poterant certe Romani pontifices permettere, ut presbyteri vetustissimo suo privilegio ultra fruerentur, quemadmodum pro articulo mortis omnibus sacerdotibus etiam apostatis dant iurisdictionem necessariam ad dandam absolutionem sacramentalem. Pontifices de facto presbyteris in schisma pertractis non sustulisse dictum privilegium, sequentes rationes, ni fallor, ostendunt.

1. Propter triste schisma s. Sedes nihil voluit mutare in antiqua disciplina vigente per totum Orientem. Omnes conatus summorum pontificum in id unum tendebant, ut tot populos ad unitatem catholica revocarent. Quid etiam, quod nostram rem spectat, eos permovere potuisset, ut veteri praxi subtrahentes fundamentum iuridicum auctoribus defectionis, episcopis, solis reservarent potestatem consecrandi oleum infirmorum? Quin gravissimae rationes eis suadebant, ne quidquam maxime hac in re mutarent. Innumeri ex simplici plebe et ex laicis generatim de controversiis suorum praesulum cum episcopo Romano nihil sciebant; ne in mente quidem eis venit, ut relicta ecclesia, in qua patres eorum vixerant,

coetui schismatico adhaererent: permanebant igitur simpliciter catholici. Plurimi alii existimantes, suos episcopos pugnare pro antiqua fide et legitimis iuribus, eos bona fide sequebantur; erant proinde schismatici mere materiales. Si vero pontifex presbyteros privasset delegatione ad benedicendum oleum infirmorum, hos omnes, catholicos et schismaticos materiales, privasset sacramento extremae unctionis et magno periculo perdendae salutis exposuisset sine ullo, quod assignari possit, commodo ecclesiae. Et tamen vicario Christi officium incumbit, ut pro viribus procuret aeternam salutem eorum, qui Christo Domino per baptismum sunt consecrati, imprimis eorum, qui corde et animo adhaerent verae ecclesiae. Summe autem efficax medium, ut morituri, etiam illi, qui sine propria culpa externo vinculo cum visibili capite ecclesiae non coniunguntur, ad aeternam beatitudinem pertingant, est sacramentalis decedentium unctionis. Cura salutis tot populorum declarat, cur nullum extet documentum, quo s. Sedes revocaverit privilegium presbyterorum Orientis. Post defectionem Graeci episcopi et presbyteri nihil curassent talem revocationem ideoque sacerdotes sicut antea, sed iam invalide et cum sacrilegio aegrotos liniissent oleo benedicto a se et non ab episcopo.

2. Potestatem conferendi sacramentum confirmationis episcopi pariter habent vi characteris sui Ordinis; presbyteri pariter habent vi sui characteris capacitatem, ut eis potestas confirmandi delegetur. Hanc delegationem presbyteri orientales non minus quam ad benedicendum oleum infirmorum iam diu ante schisma possidebant. Coniungebant, quemadmodum adhuc faciunt, confirmationem cum ipso baptismo. Eandem delegationem confirmandi rarissime concedi presbyteris latinis saltem intra Europam, omnes novimus. Nihilominus s. Sedes presbyteris orientalibus post eorum defectionem non ademit generatim facultatem valide confirmandi. Exigebant per decursum saeculorum speciales conditiones quarundam regionum, ut presbyteris ecclesiae catholicae non unitis privilegium ministrandi s. confirmationem auferretur. In talibus casibus delegatio presbyterorum illarum regionum expressa revocabatur. In aliis terris adhuc perdurat simplicium sacerdotum potestas confirmandi. Si quaeramus, cur Romani pontifices generatim non abrogaverint tantum privilegium presbyterorum, qui ab unitate catholica desciverant, oportet respondeamus, eos id fecisse, quia sine gravissima causa nihil volebant mutare in antiqua disciplina ecclesiarum orientalium et ob spirituale bonum populorum, qui revocata illa potestate debuissent carere mysterio chrismatis. Ergo cum sedes apostolica nunquam expresse abrogaverit eorundem presbyterorum delegationem ad benedicendum oleum infirmorum, a maiore dicendum est, eos adhuc potiri memorata delegatione. Maioris enim momenti ad salvandos christianos schismati implexos est sacramentalis unctionis morte appropinquare collata quam sacramentum chrismatis infantibus datum. — In allato argumento omnia per se sunt clara excepta assertione,

presbyteros non unitos generatim adhuc frui potestate confirmandi. Sed etiam haec assertio per complura responsa s. Officii extra omnem dubitationem est posita. Ut unum exemplum proferamus, cum esset interrogatum, num schismatici conversi ad unitatem ecclesiae possint denuo sub conditione confirmari, s. Officium respondit 3. Iulii 1853: »Non expedire, quod confirmati a sacerdotibus schismaticis denuo liniantur post redditum ad unitatem; et ad mentem.« Mens autem ea esse declaratur, ut in casibus particularibus episcopus se informet de loco, ubi conversi fuerint chrismate delibuti. Si fuerit in Bulgaria vel in Cypro, in Italia vel in insulis adiacentibus vel apud Marouitas Libani, vel in aliis locis, ubi talis facultas expresse sit revocata, debere absolute fieri reconfirmationem. Si fuerit in Valachia vel Moldavia, in Asia vel in aliis locis, ubi talis facultas non fuerit expresse revocata, acquiescat. Si dubitetur de loco, de modo vel de alia circumstantia consideratione digna, »recurrat in casibus particularibus et consulat Benedictum XIV de synodo dioeces. l. VII., c. 7 ss.«¹⁾ Benedictus XIV l. cit. c. 9, n. 2 inter alia scribit: »Asserere , sacramentum confirmationis ab ecclesia Graeca nunc penitus exulare, multis nominibus absurdissimum recte ostendit Goarius in suis notis ad Euchologium Graecorum p. 567. Evidem ex Concilio Florentino certo conicimus, Graecorum confirmationem, etsi a simplici sacerdote administratam, a Latinis Patribus ratam habitam. Cum enim Graeci inter 11 quaestiones sibi a Latinis post unionem propositas ad hanc quoque iussi sint respondere: „Quare episcopi non inungunt sacro chrismate, sed sacerdotes, cum hoc pontificibus sit datum?“, t. 9. Collectionis Harduini col. 430 plene quoad hanc per Mitylenensem praesulem Latinis satisfecisse, ex eadem historia colligimus ec.« — Concludamus hanc secundam rationem verbis eiusdem Benedicti XIV., qui scribit (De synodo dioeces. l. VIII., c. 1, n. 4): »In ecclesia orientali mos viget a mille et amplius annis in ea receptus, ut ipsimet presbyteri, cum se accingunt ad infirmum inungendum, oleum in ea sacramentali unctione adhibendum benedicant. Hanc autem Orientalium consuetudinem ecclesia Latina non solum non improbavit, sed ratam habuit refert quippe Goarius, a s. Congr. de propag. Fide approbatam eiusque impensis Romae editam synopsim vernaculam Neophyti Rhodini, in qua haec habentur: „Materia sacramenti extremae unctionis est oleum oliva expressum, a pontifice vel a sacerdotibus, qui praesentes fuerint, iuxta ecclesiae morem benedictum.“ Nullibi, ubi doctissimus pontifex de nostra quaestione tractat, statuit discrimen inter presbyteros orientales unitos et nonunitos, quod attinet potestatem benedicendi oleum infirmorum.

3. Notum est, quantopere protestantes dignitatem sacramentalem extremae unctionis ideo oppugnant, quod non efficiat sani-

¹⁾ Nonnulla alia huiusmodi responsa Romana licet videre in „Collectanea S. Congregationis de Propaganda Fide“ (Romae 1893) nn. 674 ss.

tatem corporalem. Ritum a s. Iacobo praescriptum ordinatum fuisse ad restitutionem pristinae sanitatis. Quare cum nunc olei unctio non expellat morbum, dicendum esse, unctionem, de qua agit s. Iacobus, vel fuisse symbolum curationis per charisma miraculorum, quo gaudebant primi christiani, vel ad summum fuisse sacramentum temporaneum iam dudum extinctum. Scribit e. gr. Calvinus in Comm. ep. s. Iacobi: »Nihil absurdius quam sacramentum vocare, quod inane sit nec rem signatam vere nobis offerat. Donum sanationis fuisse temporale, fateri omnes coguntur, et res ipsa demonstrat; ergo signum eius perpetuum esse non oportuit: unde sequitur, non veros esse imitatores, sed simias esse apostolorum, qui unctionem inter sacramenta hodie reponunt, nisi effectum simul restituant, quem ante annos 1400 Deus mundo abstulit.« Iam vero theologi orientales non secus ac latini respondent, sacramentum non esse institutum, ut nos reddat immortales; attamen per experientiam constare, multos ope coelestis medicinae euchelaei a morbis suis liberari, et saepissime infirmos sacramentaliter inunctos manifestare saltem magnam alleviationem non solum spiritualem, sed etiam corporalem. Scribit e. gr. protohiereus Michael Arhangelskij in opere de evolutione ritus s. olei p. 244 s.: »Nunc quoque, quemadmodum tempore apostolorum et aevo subsequenti s. Unctio efficit plenam liberationem a morbo et perfectam sanitatem. Hoc testatur reverendissimus Macarius et de hac re varia testimonia scriptis sunt mandata. Idem quilibet cognoscere potest ex magno numero factorum, quae ministri sacramenti et subiecta vel alii, qui s. officio intererant, narraverunt. Si perfecta restitutio sanitatis non respondet consiliis Providentiae, tamen saepe magis minusve diurna allevatio a doloribus corporis vel animae aegroto contingit.« Facile quidem concedimus, in singularibus casibus posse subesse errorem, cum allevatio post s. unctionem eveniens huic tribuitur. Sed si multi theologi, viri graves et veritatis studiosi, asserunt, saepe hunc effectum subsequi s. ritum, inepte quaereretur causa naturalis, quae toties per accidens concurrens unctioni felicem illum fructum produceret. Quare dicimus: Experientia teste euchelaeon a sacerdotibus ecclesiarum Orientis a centro unitatis separatarum administratum saepe restituit sanitatem vel saltem praebet alleviationem spiritualem et corporalem. Atqui sacramentum nullum fructum producit nisi valide sit receptum. Non recipetur in Oriente valide euchelaeon, nisi presbyteri per consensum saltem tacitum summi pontificis haberent potestatem benedicendi oleum infirmorum. Ergo concedendum est, eos hac potestate insigniri.

Quivis videt, veritatem demonstratam gravem praebere rationem pie existimandi, multa membra ecclesiarum orientalium ab unitate catholica seiuncta, quae cum bona fide et sincera devotione recipiunt in fine vitae mysterium piissimae misericordiae divinæ, feliciter esse per ventura ad portum aeternae salutis. —

Dr. J. Kern.

X.

De miraculis acatholicorum.

Apud nos, catholicos, inter potissima praeambula fidei recensentur miracula. Hoc nomine appellatur factum externum, in quo habetur evidens manifestatio Dei. Coneurrunt ad hoc et circumstantiae et ipsa natura facti.

Et primum circumstantiac. Etiamsi miraculum esset factum ordinis mere naturalis, productum ex integro naturae viribus, tamen propter speciales circumstantias et attenta Dei providentia posset prudenter haberi pro signo divinae voluntatis.

Quod signum tunc evadet certum et evidens, si natura facti transgrederiatur naturales vires.

Cum igitur nostra disputatio versetur de veris miraculis in diversis religionibus, proderit primum stabilire, quando et quaenam facta possint proponi ut facta supernaturalia producta manifesto immediate a Deo.

Spectato quidem huius temporis scientiarum progressu periculosum sane est in medium adducere primam quaque visionem, extasim, aut sanationem muti, caeci et universim facta, in quibus agitur mera mutatio non destructio organi. Haec enim eveniunt ut plurimum naturali cursu, praecipue ut dicunt aucto suggestione.

Eadem autem scientia quae circa talia facta compluria dubia movet, in aliis clare ostendit supernaturem originem. Id praecipue de instantaneis sanationibus magnorum externorum vulnerum patet. His casibus monet Boissarie potissimum esse instandum. Attendantur igitur hae duae conditiones: ut 1. agatur de gravi visibili vulneri 2. sanatio fiat in instanti.

Eiusmodi miracula non esse imaginaria testatur opus eiusdem viri quod inscribitur: „Les grandes guérisons de Lourdes“; vel opus scriptoris Bertrin, *Histoire critique des événements de Lourdes*¹⁰ vel liber, cuius titulus est: *Guérison subite d'une fracture. Récit et étude scientifique par L. van Hoestenberghe, docteur en médecine, E. Royer, d.e. m., A. Deschamps, S. I., d. e. m. et en sciences naturelles. Bruxelles 1900.* Exempli gratia resumo brevissime famosum casum cuiusdam operarii Belgici, Petri de Rudder, cui anno 1867 truncus arboris rupit os sinistri pedis infra genu in tres partes. Partem medianam tractu temporis demortuam et 3 cm. longam medicus extraxit ita, ut remanentia ossa distarent inter se spatio 3 cm. Postea adiunxit se duplex vulnus, cancerema, quorum unum erat in poplite latissimum et profundissimum ita, ut in fundo cerneretur extremum utrumque fragmentum. Sic res mansit ultra 8 annos, vanam reddens quamlibet spem et curam medicorum. Demum anno 1875 in præregrinatione ad celebre anctuarium N. D. de Oostacker Petrus orans coram statua Déiparae in instanti pristinam sanitatem recuperavit et prosiliens firmo gressu sine minima claudicatione adiunxit se processioni. Appellati medici explorarunt 1. utrumque cancerema evanuisse, 2. novum os 3 cm. longum accresisse, 3. utrumque distans fragmentum cum eo coalusse,

ita ut uterque pes paris longitudinis esset. Quod anno 1899 iterum comprobarunt medici facta exhumatione et inspectione cadaveris eiusdem Petri quatuordecim mensibus ante defuneti. Percelebrem hanc sanationem obiecit Dr. Boissarie calumniis noti scriptoris Zola. Si quis desiderat repetere inquisitiones in veritatem huius facti, convertat se vel ad Dr. Boissarie, (bureau des constatations à Lourdes) vel in patriam Rudderum quae est Iabbeke auprès de Bruges in Belgio.

Dixi in tali re manifestam esse divinam intercessionem, quod breviter sic probari potest. Ut succrescat novum os aut sanetur vultus necessaria est nova materia, nova caro, qua pars deficiens restituatur. Quae nova caro formatur ex sanguine. Videlicet e cibo fit sanguis et e sanguine corpus — hoc est certum. Haec autem formatio non potest fieri nisi paulatim, nam sanguis transit per tenues venas exigua quantitate. Impossibilis igitur est naturali rerum cursu instantaneo sanatio, quae exigeret formationem maioris molis — ut in adducto exemplo. Impossibile, inquam, nam non est, unde haec nova caro, novum os sumatur. Cum id tamen fiat, idque invocato Dei aut B. V. auxilio manifestus est interventus omnipotentis Dei. Quae argumentatio utilis videtur praesertim pro practica apologia.

Ostensa existentia veri miraculi accedamus ad principale quaestio[n]m Utrum verum miraculum possibile sit in compluribus diversis religionibus. Considerationi nostrae hic non obicitur miraculum factum v. g. a B. V. cuius possibilitatem omnes concedunt, sed miraculum factum ab homine heterodoxo sive vivo sive mortuo.

Quaestionem hanc dissimulare non expedit. Etenim ex una parte quidem certum est inter Catholicos etiam nunc evenire vera miracula ad invocationem sanctorum a morte recentium. At ex altera parte idem deprehenditur etiam apud Orthodoxos. Adducatur e. gr. eremita Serafim, aut metropolita Filaret, qui floruerunt praeterito saeculo. Hoc autem tempore quis ignorat Joannem de Cronstadt? Itaque quaeritur, quomodo id explicetur. Difficultas est obvia: Cum enim Deus sit verax, nequit approbare falsum cultum. Atqui miraculis id faceret. Nam miraculum ostendit rectum et verum esse modum, quo defunctus Deo servivit et ad salutem pervenit. Accedit quod miraculum attenta veracitate Dei certe est signum obiectivae et non solum subiectivae sanctitatis. Atqui ad obiectivam sanctitatem pertinet certe, etiam recta fides.

Tamen videtur satis tuto concedi posse **non repugnantia** miraculorum apud heterodoxos et puto hanc unicam esse possibilem solutionem.

Consideremus igitur hunc duplitem casum:

1. Ad virum sanctum sed heterodoxum adducunt infirmum, ut oret super eum. Qui rem postulatam facit et hominem sanat. Fieri id potest? *Potest.*

2. Ad tumulum heterodoxi sancti aliquis orat et continuo sanatur a gravissimo vulnere. Potestne id fieri? *Potest.*

Ratio utriusque rei est quod Deus sic approbat bonam vitam, nequaquam fidem -- saltem non dogmata, quibus heterodoxi a nobis differunt. Quod **probo**:

1. Miraculum respicit directe vitam et non fidem. Hoc est certum; nam etiam nos invocamus Deum propter merita sanctorum et non, quod crediderunt. Respondet id verbis Dⁿⁱ dicentis: Non omnis qui dicit mihi Domine Domine etc.

2. Fides igitur solum indirecte approbat, in quantum erat radix sanctae vitae.

Atqui ad bonam vitam non ducit totum depositum fidei, sed solum pars eius practica, doctrina moralis, complectens potissimum dogmata de immortalitate animae, de redemptione, Deo retribuente et iustificante, decalogum eiusque evolutionem, consilia evangelica etc.

3. Ergo sequitur, ut — supposita sane bona fide, quae de cetero facile habetur — homo agere possit vitam vere sanctam etiam in cultu falso, dummodo hic retinuerit salvam christianam doctrinam moralē, licet in aliis dogmatibus magis speculativis erret.

4. Et vice versa: Miraculum probans vitam approbat solum hanc doctrinam moralē et nihil amplius. Haec autem moralis doctrina habetur integra etiam apud aliquos cultus heterodoxos.

Ergo potest apud eos miraculum fieri sine ullo praejudicio veri cultus.

Confirmo. Providentia et bonitas Dei exigit miracula etiam inter acatholicos — in sensu quidem nuper descripto.

Deus enim vult omnes salvos fieri. Ergo vult, ut etiam acatholici bene vivant. Atqui unicum absolute efficax medium ad incitandos homines ad vitam salutarem est favor, quem Deus ostendit sancte viventibus, seu miraculum. Convenit igitur, ut etiam apud illas nationes Deus modo extraordinario exaudiat preces hominum sibi devotorum, etsi bona fide in quibusdam rebus, quae in cognitione potius quam in agendo positae sunt errantium, et faciat miraculum.

Obicitur. Miraculum debet esse signum obiectivae et non solum subiectivae sanctitatis. Atqui ad obiectivam sanctitatem etiam recta fides exigitur.

Respondeo per distinctionem Miraculum obiectivam sanctitatem eminentem sive in gradu perfecto sive etiam minus perfecto et incompleto significat — concedo. — Miraculum est signum obiectivae sanctitatis in gradu solum perfecto — nego.

Homines absolute sub quolibet respectu sancti sunt admodum pauci. Exempli instar sit B. V Ceteri fere omnes etiam erroribus et defectibus obnoxii erant et Deus tamen eos glorificat etiam magnis miraculis.

Distinguo igitur minorem propositionem: Ad obiectivam sanctitatem recta fides pertinet: si agitur de absoluta sanctitate, concedo, si agitur de minus perfecta, subdistinguo: tum exigitur fides recta de toto deposito, omnibus dogmatis — nego. Sufficit enim — supposito inculpabili errore — ut sit vera et recta saltem in doctrina morum. Si enim non obstant miraculis ceteri morales defectus non potest obstare invincibilis error de dogmate speculativi ordinis. — Itaque veracitas Dei certe ad miracula obiectivam sanctitatem exigit,

Quae tamen variis defectibus non repugnat, inter quos etiam heterodoxia esse potest.

II. Obiectio. Huiusmodi miracula confirmant heterodoxos in errore.

Respondeo: Hoc fit solum per accidens et ex iusta causa, ut dictum est supra. Sic autem Deus permittit tot alia mala, non est igitur, cur hoc permettere non possit, praesertim cum data occasione cognoscendi veram fidem, quae etiam habet et longe plura miracula, error hic statim evanescat.

Corollarium. Itaque sedulo est distinguendum inter miracula ordinaria, quae fiunt a Deo sive ad glorificandum hominem iustum sive ad praemium fiduciae, et inter miracula facta expressae ad confirmationem religionis. Non enim quodlibet miraculum est testimonium verae fidei. — Hi casus rariores sunt et dijudicantur ex circumstantiis. Huc imprimis miracula Apostolorum et Martyrum spectant, nostris autem temporibus miracula facta in Lourdes, quae sunt in intimo nexu cum infallibilitate Romanae Ecclesiae.

Placet concludere verbis professoris Lépicier, ubi fit mentio miraculorum Ioannis de Cronstadt:

„Questi miracoli, se pur sono da considerarsi come autentici, di diritto appartengono alla Chiesa cattolica, poichè non sono diretti a conferma della dottrina degli ortodossi, bensì di una santità che è appunto in armonia con i principii cattolici. (Miracolo, pag. 202 annot.)

J. Porícký.

V

De sacramento poenitentiae.

Quaestio II.^a. De necessitate usus potestatis clavium.

Thesis III.

Ut certo valide baptizatis gravia peccata remittantur, subiectio potestati ecclesiae in re vel saltem in voto implicito necessaria est necessitate medii ita, ut et votum determinate sit necessarium necessitate stricta, et ipse usus potestatis remittendi sine ullo praecepto novo superaddito sit necessarius determinate necessitate privilegiata.¹⁾

Declaratio. „Necessarium necessitate medii illud dicitur, sine quo, etiamsi nulla obligatio moralis violetur, finis nequit obtineri“ (Palmieri, De poen. th. 10, IV), vel clarius necessarium necessitate medii est id, quod per modum causae positive ita ad salutem confert, ut sine illo salus obtineri nequeat. „Oritur enim ex relatione (obiectiva),

¹⁾ Praeter libros infra afferendos magna utilitate adhibuimus hic etiam tractatum nondum publicatum Ant. Straub, De sacramento poenitentiae.

qua unum ad alterum tamquam medium ad finem consequendum refertur, ideoque spectat ad ordinem ontologicum et obiectivum, cui etiam obnoxia sunt entia irrationalia: et quia hic independens est a nostra cognitione, ignorata non excusat [neque enim medii causalitas neque ipsa ratio condicionis pro effectu postulatae per operantis ignorantiam suppletur]. Neglecta vero non semper fundat culpam (poenamque: contra Anastas. Sin.. Interrog. 130), sed aliquam impotentiam consequendi finem intentum. — Multiplex autem est necessitas medii. Si enim unum sine altero obtineri quidem potest, sed cum magna difficultate, habetur necessitas medii latiore sensu accepta seu moralis, quae iterum suos habet gradus. Si vero unum sine altero simpliciter obtineri nequit, habetur necessitas medii proprie dicta: et haec est vel metaphysica, quae oritur ex essentiis rerum (e. gr. necessitas eiusae ad effectum habendum) vel physica⁴ (Hurter, Th. dogm. compend. t. III, th. 196) e. gr. iurisdictio ad peccata remittenda —, quae vel ex naturis rerum oritur, vel ex libera Dei institutione, sc. eius, cui est potestas finis alienis adceptionem cum certo quodam medio connectendi.

Practerea eadem necessitas, quam oppositam morali appellamus propriam, in necessitatem stricte dictam et in necessitatem latius dictam (seu privilegiatam) et ipsa dispertiri potest. Prior illa urget, cum medium, de quo agitur, re ipsa seu actu in se adhibendum est: talis v. g. est necessitas gratiae pro salute sempiterna, fidei pro iustificatione adulorum. Altera adest, cum medium ita necessarium est, ut applicare illud interim sufficiat in voto, i. e. in seria animi voluntate: qualis v. g. est necessitas baptismi. Quod tamen non ita accipiendum est, quasi voluntas sola applicandi medii pro iustificatione instituti etiam interim sufficiat, sed quod desiderium medii recipiendi et propositum eiusdem expetendi sufficiat coniunctum alteri actui, ut caritatis vel contritionis: in quo altero actu votum, de quo agitur, implicitum quoque esse queat, quatenus qui vere Deum diligat, paratus eo ipso sit ad usum medii ex institutione Dei pro iustificatione assequenda requisiti (Cf. A. Zamjatin, Pokajanie p. 31: Sl. I. th. I, p. 112).

Necessarium necessitate praecepti illud dicitur, quod ideo pro consequendo fine fieri debet, quia faciendum est satis morali obligationi: seu est actio, quam imponit ille, qui habet potestatem obligandi ita, ut peccemus hac actione non posita. Sic ad conservationem vitae necesse est omittere actionem, quae punitur morte. „Haec necessitas oritur ex voluntate (subjectiva) superioris obligantis, spectat ad ordinem moralem, et quia ligat voluntatem mediante ratione, qua praeceptum innotescit, ignorata excusat, neglecta vero fundat culpam“ Hurter l. c.

Si finis appetendus praecipitur, manifestum est necessitatem medii simul esse etiam necessitatem praecepti. Id quod etiam in nostra quæstione locum habet, cum finis remissionis gravium culparum peccatori baptizato appetendus sane praecipiatur.

Subjectio in voto, quae in eo est, ut quis velit se actu subiecere paratusque sit id facere, cum poterit, non est conceienda ut imponens

obligationem quam primum actu se subiciendi (quod putat Oswald, D. Lehre v. d. Saer., 5. Th., § 6 „baldmöglicht“). Sufficit secundum explicationem ecclesiae, ut fidelis semel in anno actu se subiciat. Ceterum cf. Ballerini-Palmieri, Opus morale t. V, n. 1031, et infra Sch. 2.

Votum inclusum contineri potest et actu contritionis, et actu attritionis illo, sine quo reatum culpae nec per sacramentum ullum nec per martyrium donari peccatori aliunde noscitur.

Duplici autem modo unus actus alterum continere potest. Uno modo, quem vocare licet simplicis propositi, actus proponens seu iam nunc imperans continet implicite actum propositum seu imperatum; ita actus (quamvis inferior) ipsius attritionis continet implicite actum caritatis, ex obiecto suo nobiliore praestantiores, sive suo tempore, sive vestigio eliciendum. — Altero modo actus actum in se continet, quasi totum suam partem virtualem velut actus appetens cuiuspiam obiecti fugientem obiecti oppositi: ubi actus continens pro ipsa formalis sui obiecti amplitudine obiectum materiale actus contenti sive appetendum sive fugiendum implicite complectitur, neque aliud nisi vel notitia vel sola memoria obiecti materialis postulatur, ut propellente virtute obiecti formalis ipsius actus continentis facultas etiam explicite ad hoc obiectum materiale attingendum connaturaliter, necessario continuo se protendat; unde perfectio ipsa actus sic contenti in actu continente iam includitur; ita propositum servandae legis Dei universae continet implicite propositum non peierandi; vel actus caritatis formalem cuiusvis saltem gravis culpae detestationem.

Porro modo isto altero caritas elicita ab homine peccatore, sacramentum sive ignorante, sive hic et nunc non cogitante, perspicitur continere votum sacramenti; vis sc. praesentis actus caritatis ea est, ut, dummodo remedium culpae promptum in voto sacramenti animo occurreret, ex ipso motivo suo caritas expresse et continuo remedium illud arripiendo adhiberet.

Secundum Gratianum, Hugonem a.s. Victorem²⁾, Alexandrum Alensem, Bonaventuram, Jansenium necessitas

²⁾ De sacram. l. 2, p. 14, c. 1: Quare non similiter Christus praeceptum dedit hominibus peccata sua confitendi, sicut discipulis petestatem dedit confitentium peccata dimittendi? Audi quare: Voluit Christus, ut a temet ipso surgeres, ut non quasi extorta et coacta videretur confessio tua. Idcirco quod ad se pertinuit, officium suum discipulis iniunxit, ut medicorum more aegros ad se venientes exciperent et sanarent. Medicis ergo dixit, ut curarent, sed infirmis non dixit, ut ad medicos curandi venirent. Hoc quasi certum esse voluit, quod aegri libenter salutem quaererent et se curandos offerrent, si medicos invenirent. Propterea solos medicos admonuit infirmum enim ipse morbus suus sufficienter admonet, neque opus praecepto habet, si dolet. Tamen ipsi medici postea, quia negligentes in curatione sua aegrotos invenerunt, eos ad salutem quaerendam et admonitione sua excitarunt et praecepto attraxerunt. Confitemini, inquit apostolus Iacobus, alterutrum: . . . alter alteri, homo homini, non solum homo Deo, . . . inter vos homines hominibus: oves pastoribus, subiecti praelatis, hi, qui peccata habent, his, qui peccata dimittere potestatem habent.

peccata clavibus subiciendi tantum ex praecepto ecclesiae provenit. Inter Russos N. Suvorov idem videtur sentire: qui et poenitentiam publicam disciplinarem fuisse pro criminibus, de quibus quis accusatus esset vel se ipse ultiro accensavisset, eamque simul sacramentalem (cf. e. g. K voprosu o tajnoj ispovědi? M. 1906, p. 108) neque confessionem secretam antiquitus fuisse actum potestatis iudicialis sed meram animi contriti expressionem, de qua agatur Iac 5, 16, Io 1, 8—10, statuit (ibid. p. 112—3). Similiter S. I. Smirnov in Bogoslovskij Věstnik 1906, I, p. 614 indicat, qui certe confessionem dicit non fuisse unicum peccatorum remedium, sed aequalem vim eleemosynam, lacrimas etc. habuisse. Tol'ko v 12. v. tajnaja ispověď stala obščebjazatel'noj, tol'ko togda načala priznavat' nepreměnnym sredstvom proščenija vsjakago grěha vsěh hristian, a do togo vremeni byla liš' odnim iz sredstv proščenija grěhov na rjadu s milostynej, slezami, proščeniem obid i proč". Etiam Al. Kremlevskij nuperrime (Posobie dlja izučajuščih pravoslavnýj hristianskij katilizis. Spb. 1906) saltem obscure loquitur, cum dicit: „polnčat" proščenie grěhov čelověk možet i bez tainstva pokajanija" (p. 80) et „tainstvo pokajanija ustanovлено dlja našego udostověrija v polučenii proščenija (p. 93).

Pars I. (Necessaria est).

Dub. 1. Necessitas haec deberet colligi ex essentia potestatis traditae; atqui Scotus, Medina, Gabriel, Caietanus iure negant eam ex Io. 20, 23 posse colligi. Nam a) princeps, cum iudices constituit, non prohibet subditos, ne ad se ipsum confugiant; ergo neque Christus tradita apostolis illa potestate fideles vetuit ad se immedieate recurrere. — b) Retentio utique ad ea peccata tantum extendenda erat, quae sine praecepto de confessione imposito apostoli eorumque successores comperire poterant. — c) Potestas retinendi supponit peccata; peccata autem contritione perfecta delentur. Peccata vero deleta retineri ab ecclesia non possunt, quia neque Deus ea retinere potest; non potest igitur verificari de eis illud Christi: Quorum retinueritis, retenta sunt. Sin quoad illa peccata verba Christi vera esse non possunt, ergo ad illa non se extendit potestas eis verbis collata; cum autem ex eisdem colligatur obligatio subiciendi clavibus peccata, nequit his verbis demonstrari necessitas subiciendi se clavibus etiam pro iustificatis per contritionem. — d) Sicut efficacia potestatis clavium, quantum attinet ad actum remittendi peccata, cernitur in eo, quod per eam remittuntur peccata hominum habentium attritionem, sed non pertingentium ad habendam contritionem perfectam, ita efficacia potestatis retinendi cernitur in eo, quod non possint nisi per hanc potestatem dimitti peccata hominum non pertingentium ad habendam contritionem perfectam. — e) Retinere non solum significat non remittere, sed etiam aliquem positivum actum ligandi aut obligandi, ut ex vi et proprietate verborum constat. »Sacerdos non retinet aliqua nisi aliquo modo sibi accusata« (Scotus, In l. 4, d. 17 [q. un.] n. 12.). Ex verbo retinendi negative explicato non potest sumi efficax argumentum, quia, cum praecepit dicat actum positivum, inde solum potest haberis, quod sacerdos solverit vel ligaverit, solutum aut ligatum manere; cum hoc tamen stare poterit, ut quamvis ipse neque solvat neque liget, homo alia via solvatur vel ligetur. Cf. Jansenius, Concordia c. 147. — f) Potest sacerdos peccata venialia retinere et saepe retinet, cum poenitens non est rite dispositus ad absolutionem. Atqui tamen inde colligi non potest necessariam esse venialium confessionem; ergo nec ex eo, quod sacerdos mortalia retinere possit, illa necessitas inferri potest. — g) Potestas retinendi semper habebatur secundaria et minimi ponderis. Ideo neque

episcopis ordinandis tradebatur; sicut in baptismo potestas non baptizandi eo ipso ad est, cum aliquis baptizandi potestatem habet. Cf. Constit. apostol. l. 8, c. 5: Δός αὐτῷ, Δέσποτα παντόκρατορ, διὰ τοῦ Χριστοῦ σου τὴν μετουσίαν τοῦ ἀγίου Πνεύματος. Ὅπτε ἔχειν ἔξουσίαν ἀφίέναι ἀμαρτίας κατὰ τὴν ἐντολήν σου, λύειν δὲ πάντα σύνδεσμον κατὰ τὴν ἔξουσίαν, ἵνα ἐδωκας τοῖς ἀποστόλοις.

2. Paulus apostolus 1 Cor. 11, 28 ab iis, qui in peccato sunt, aliud non requirit ante s. communionem, quam ut se ipsos probent, non vero, ut probentur ab aliis. Cf. Dionysius Alex. Ep 13 (ad Basilidem) in fin.

3. Si haec thesis vera esset, difficilior esset remissio in novo quam in vetere testamento.

4. Si sine usu clavium non constat salus, summo pontifici via salutis non patet, si peccat, cum nullum habeat in terra superiore et iudicem, et tamen potestas clavium sit iudicialis Cf. thes. VIII, p. II., dub. 4.

Doctrina vera 1^o ex ipso Concilio Tridentino colligitur.

Sess. 6, en. 29: „Si quis dixerit, eum, qui post baptismum lapsus est, non posse per Dei gratiam resurgere, aut posse quidem, sed sola fide amissam iustitiam recuperare sine sacramento poenitentiae, prout saneta Romana et universalis ecclesia, a Christo Domino et eius apostolis edocta, hucusque professa est, servavit et docuit, anathema sit.

Sess. 14. De poen. cap. 2: „Est autem hoc sacramentum poenitentiae lapsis post baptismum ad salutem necessarium, ut nondum regeneratis ipse baptismus.

Sess. 14. De poen. cap. 4: „Docet praeterea. etsi contritionem hanc aliquando caritatem perfectam esse contingat, hominemque Deo reconciliare, priusquam hoc sacramentum actu suscipiatur, ipsam nihilominus reconciliationem ipsi contritioni, sine sacramenti voto, quod in illa includitur, non esse adscribendam.

Sess. 14. De poen. cap. 5: „Dominus noster Iesus Christus e terris ascensurus ad coelos, sacerdotes sui ipsius vicarios reliquit tamquam praesides et iudices, ad quos omnia mortalia crimina deferantur, in quae Christi fideles ceciderint.

2^o ex Io 20, 23. Si quis peccata subiecit potestati clavium, et retinentur, non possunt deinceps independenter ab eadem potestate remitti. Nam alioquin a) non esset verum illud: Quorum retinueritis, retenta sunt: apostoli enim tamdiu retinent, quamdiu non absolvunt; b) potestas apostolorum retinendi peccata esset inutilis. Necesse est igitur, ille, cuius peccata retenta sunt, rursus eidem potestati ad assequendam remissionem se subiciat.

„At, si ita est, etiam antequam prima vice se ei peccator subiceret, iam tenebatur se eidem subicere, vi institutae a Christo huius potestatis remittendi et retinendi peccata. Nam necessitas adeundi rursus idem tribunal vel oritur ex ipso facto libero, quod nempe quis prima vice adiverit, vel ex aliqua speciali lege Christi superaddita institutioni huius potestatis, pro iis, qui se iam subiecerint, vel ex generali lege obligante omnes peccatores ei se subiciendi.

Atqui non primum; nemo enim per actum liberum, quo utitur aliquo medio libero, renuntiat iuri, quod habet ad usum aliorum mediorum, si prius medium inutile evadat.

Neque secundum; nam Christi lex ita concipi deberet: possunt quidem fideles peccatores independenter ab hac potestate assequi alio medio remissionem peccatorum, verum, quoniam hoc novum medium ego instituo, quod est certius, volo, ut qui eo uti voluerit, eius etiam incommoda, si qua sunt, patiatur, et idcirco, si quis hoc tribunal adiverit pro obtainenda remissione peccatorum, suorum criminum causa non nisi in hoc tribunali finiatur; ita, ut non possit amplius uti alio medio, quo independenter a potestate hac assequatur remissionem. Iam vero constat non existere huiusmodi legem, quae iis, qui sponte utuntur medio posito in hac potestate, adimat ius utendi alio medio communi, quo independenter ab ea potestate possit idem effectus obtineri. Quod *a)* patet a simili. Peccata enim venialia potest quis, si velit, subicere clavibus; sed etsi eorum absolutio negetur, non ideo debet ea rursus subicere eorumque remissionem ab hac potestate obtainere: cur vero? quia nimis neque antea tenebatur propter ea peccata tribunal hoc adire: et idcirco integrum ei est, etiam postquam adierit, alia usurpare media, ea nempe, quae prius quoque erant in eius potestate. Ex quo colligitur non ita esse institutam a Christo hanc potestatem, ut, cum spontanea, non obligatoria, est subiectio, neque independenter ab ea potestate obtineri remissio peccatorum eius, qui se subiecit. Id quoque *b)* colligitur ex ipso fine institutae a Christo huius potestatis. Est enim a Christo haec potestas instituta in bonum fidelium, ideoque ita instituta, ut fideles rationabiliter allicerentur ad eius usum. Rationabiliter autem homines alliciuntur ad usum alicuius medii prae aliis, cum vel consecutio finis, quam homines desiderant, necessario nectitur cum usu eius medii, vel saltem usus eius medii est magis conformis modo naturali et communi agendi hominum. Atqui, si Christus eam legem specialem tulit, fideles rationabiliter deterrentur ab usu eius potestatis. Cum enim ex una parte certum [non enim esset dubium, si Christus speciale illam tulisset legem] sit aliud medium pro obtainenda remissione independens ab ea potestate, et ex alia parte *a)* haec subiectio sit per se molesta et difficilis humanae naturae. homines autem non soleant amplecti medium molestum, si alio possint eundem finem consequi; et *c)* fieri possit, ut ei, qui se subiecit, negetur remissio ab eo, quem adit, ideoque homini poenitenti relinquendum esset id, quod est in sua potestate pro eo, quod non est [omnino] in sua potestate, quod nemo in re alienius momenti facere solet, idcirco nemo vellet cum his periculis uti beneficio illius potestatis. Quapropter effectus illius legis esset deterrere omnes, ne adirent hanc potestatem a Christo institutam, quod prorsus repugnat eiusdem institutioni. — *c)* Ostenditur ex defectu rationis sufficientis huius legis, sine qua supponendum haud est Christum voluisse hac lege obligare fideles. Nam ratio nequit dici ea esse, quod quis peccaverit: haec enim communis est omnibus peccatoribus; neque ea, quod iam se subiecerit; cur enim propter opus bonum privabitur beneficio, quod alteri nihil tale agenti competit? Neque ratio dici potest haec esse, quia sc. medium hoc obtainendae reconciliationis certius est, quo qui uti velit, etiam eius incommoda subeat oportet; nam quid confert haec maior certitudo huius medii illi, qui absolutus

non fuit? In hac sc. hypothesi, cum ea non habeat locum, nequit esse ratio, cur ille poenitens ad aliquid amplius quam ceteri obligetur. Non est ergo, cur arbitremur hanc positivam legem superadditam fuisse a Christo institutioni potestatis clavium. — *d)* Tandem huius specialis legis nulla mentio occurrit in christiana traditione: in qua asseritur quidem lex Christi obligantis peccatores fideles ad subiciendum se potestati clavium, sed est lex valens ex aequo pro omnibus peccatoribus, et quae ex ipsa institutione potestatis colligitur. — Ea igitur lex Christi specialis admitti nequit.

Ergo ratio, cur teneantur idem tribunal adire peccatores, quorum peccata retenta sunt, ea est, quia etiam priusquam adirent, iam se ei subicere tenebantur.

Iam vero, si etiam prius peccator tenebatur, obligatio haec orta est cum ipso peccato: nam nullum aliud initium eius originis pro singulis peccatoribus assignari potest. Et sane liquet quod propter ipsum peccatum tenetur fidelis se subicere clavibus: cum ipso ergo peccato oritur haec obligatio. Subsunt ergo huic obligationi peccatores omnes eo, quod peccaverint, et haec obligatio praeverbit quemcumque actum poenitentiae, quo peccator postea reconcilietur Deo.

Porro dupli modo potest ei fieri satis, sive dupli modo potest peccator se subicere potestati clavium: nempe tum re, tum saltem voto. Haec autem subiectio saltem in voto est necessaria; si enim peccatum remitteretur alio medio independenter ab hac potestate sine obligatione subiciendi illud clavibus, frustraretur institutio Christi. Cum autem cum haec subiectione conserta sit obligatio reapse illud praestandi, quod in voto habetur, cum occasio se dederit, non potest ita satisfieri, ut non amplius debeas. si potes vel tunc vel postea, te subicere actu.²⁰ Palmieri, De poenit. th. 10: cf. Suarez, Disp. 17, s. 2, n. 20.

Idem confirmatur ex verbis Pauli 2 Cor. 5. 18 s. Cf. Hurter, Comp. t. III, thes. 247.

3^o Idem testantur Patres. [Augustinus]. Serm. 392 (hom. 49 inter 50), n. 3: „Nemo sibi dicat: occulte ago, apud Deum ago, novit Deus, qui mihi ignoscat, quia in corde ago. Ergo sine causa dictum est: Quae solveritis in terra, soluta erunt in caelo? Ergo sine causa sunt claves datae ecclesiae? Frustramus evangelium, frustramus verba Christi? Promittimus vobis, quod ille negat?“ Cf. Serm. 351 et Ep. 228 ad Honorat. („Quantum exitium sequitur illos, qui de isto saeculo vel non regenerati exeunt vel ligati“, quem locum non posse accipi de sola exhortatione [cf. Collet, De poen. p. 2, n. 668] patet ex contextu, ut iam supra innuimus th. 2, p. IV prob. min. fin.) — Leo, Ep. 108 (ad Theodor.) c. 2: „Multiplex misericordia Dei ita lapsibus subvenit humanis, ut non solum per baptismi gratiam, sed etiam per poenitentiae medicinam spes vitae reparetur aeternae, ut qui regenerationis dona violassent, proprio se iudicio condemnantes, ad remissionem criminum pervenirent: sic divinae bonitatis praesidiis ordinatis, ut indulgentia Dei nisi supplicationibus sacerdotum nequeat obtineri. Mediator enim Dei et hominum, homo Christus Iesus hanc praepositis ecclesiae tradidit potestatem, ut et confitentibus actionem poenitentiae darent, et

eosdem salubri satisfactione purgatos ad communionem sacramentorum per ianuam reconciliationis admitterent.“ — Fulgentius, De remiss. peccat. l. 1, c. 24; „Soli enim illi [ecclesiae] Dominus ligandi solvendi que tribuit potestatem dicens Tibi dabo claves regni caelorum etc. Quod ergo sancta ecclesia in hoc saeculo non solverit, ita insolubile manet, ut etiam in futuro solvi nullatenus possit. Ligatus est autem omnis homo, quem ista non solverit, nec consequetur aliquod solutionis beneficium, qui non conversus ad poenitentiam in ecclesia sibi dandam speraverit indulgentiam peccatorum.“ — Cf. etiam Caelestinus I, Ep. 4. ad episc. prov. Vien. et Narbon. n. 3 (th. 2, p. III. ad 10, A); Dionysius Alex., Ad Cononem; Aphraates, Dem. 7, c. 11; c. 5.

Attendenda quoque est tota argumentatio patrum contra Novatianos, qui desperationem esse sequelam talis doctrinae contendunt. Cf. Pacian. (Ep. 3, n. 1): „quod post baptismum poenitere non licet“; Hilar. (In Ps. 137, n. 8): „peccatis poenitentiam, veniam et solatum non relinquunt“ etc. Sed, si praeter claves ecclesiae alio modo remissio peccatorum impetrari potuisset, nulla fuisset ratio desperandi. — Adde traditionem in variis ecclesiis.

4º Idem probat usus in vetere ecclesia. Constat enim *a)* „ecclesiam antiquitus plures edididisse canones poenitentiales, quibus pro auctoritate condiciones ecclesia constituebat, quas servari a fidelibus oporteret, ut certorum criminum veniam a Deo per ministerium suum consequerentur; *b)* has condiciones non statuisse cum hac limitatione, si nempe fideles vellent uti hoc speciali medio ad remissionem obtinendam peccatorum, exercitio nempe suaे potestatis; sed simpliciter omnes, quoscumque ea crima peccantes iis condicionibus obligasse, si vellent, quod certe velle debebant, consequi remissionem suorum peccatorum coram Deo; *c)* illis condicionibus non servatis et negatam fuisse reconciliationem per ministerium ecclesiae et creditum fuisse negari eam quoque a Deo, unde et altaris participatio negabatur. Atqui praxis haec ostendit ecclesiae persuasum fuisse, quod usus suaे potestatis sit necessarius fidelibus omnibus, etiam contritis, pro consequenda remissione peccatorum. Si enim ecclesia censuit (alterutrum vero censere debuit), esse liberum fidelibus uti eo medio, nullamque esse legem Dei, qua ad id obligarentur, ac contritos saltem eximi ab hac obligatione, et idcirco posse fideles alio medio independenter a sua potestate consequi remissionem peccatorum suorum, ecclesia non censuisset indignos esse communione dominica eos, qui illis suis legibus non fecissent satis; atque leges illae fuissent latae praeter auctoritatem ecclesiae concessam a Deo: in negotio enim remissionis peccatorum coram Deo ecclesia nihil potest nisi ex divina delegatione, et non potest efficere, ut inutile sit aliquod medium, quod Deus voluit esse sufficiens, quemadmodum nequit efficere, ut contritio perfecta non sit dispositio sufficiens ad iustificationem.“ Palmieri, De poen.. th. 10, VII.

Adde quod etiam peccata ultro revelata publice luenda erant id quod testatur Gregorius Thaumaturgus, can. 8 et 9 etc.: v Th. 2, p. IV, ad 6. Wenn Irenaeus, Tertullian und die älteren Kirchenväter

überhaupt lehren, die Weigerung, für ganz geheim gebliebene Sünden die kanonische Buße zu übernehmen, führe in die Hölle, so könnten sie gewiss nicht ahnen, dass man ihnen einst die stillschweigende Beschränkung unterschieben würde, falls jemand nämlich so dumm ist, diese geheimen Sünden zu bekennen.“ Bickell in Zeitschrift f. kath. Theol. Oenip. 1877, p. 417.

„Constat denique fideles, qui in crima lapsi essent, cum periculum mortis urgeret, petivisse ab ecclesia veniam et reconciliationem, eamque veniam, quae per actionem poenitentiae dabatur, petivisse sollicite et vehementer; abhorruisse quidem plures a labore poenitentiae, nunquam vero excepisse (exceptione, quae rationabilis visa sit) iniuste ab ecclesia condiciones statui pro concedenda reconciliatione, et posse se, citra ministerium ecclesiae, veniam consequi suorum peccatorum. Patent haec ex testimoniosis Coelestini et Leonis et ex historia poenitentiae canonicae priorum saeculorum et ex epistolis s. Cypriani, quae ad lapsos spectant. Non pauca quidem ex his immediate spectant ad ea crimina, pro quibus publica poenitentia agenda erat, quae erant crima graviora et manifesta; at, si necessarium fuit ecclesiae ministerium pro remissione eorum, dicendum est, habitum fuisse necessarium pro ceteris quoque peccatis; nam unicum discriben inter haec et ea graviora crimina in hoc positum erat, quod pro his certa esset statuta et publica poenitentia agenda, pro reliquis permitteretur arbitrio sacerdotis excipientis confessionem determinatio poenitentiae. Palmieri, de poen. th. 10, n. 7.

Nota: Idem probabitur domonstrata necessitate confessionis ex traditione.

Ad 1. a) patet responsum ex primo argumeto.

b) Non sola peccata ecclesiastica posse remitti iam ante ostendimus. Cf. thes. 2, p. II, d. 7 etc.

c) Potestas retinendi potest spectari in tota sua amplitudine seu complete, prout analysi instituta verborum Christi cognoscitur, et incomplete, id actu efficiens, ut peccatum actu maneat ideoque et hoc titulo perduret obligatio redeundi. Complete spectatam novimus ipsa sua institutione seu exsistente in actu primo exigere, ut omnia peccata mortalia post baptismum commissa, sibi directe remittenda subiciantur. Manifestum est hanc functionem exigentiae porrigitur se ad omnia peccata mortalia admissa. Cf. Palmieri, De poen. th. 10, III.

d) »Dicere potestate clavium non posse retineri nisi peccata mortalia hominis baptizati non pertingentis usque ad habendam contritionem perfectam, idem est atque dicere haec peccata non posse retineri nisi dependenter ab hypothesi, quod is, cuius peccata retinentur, nolit recurrere ad medium contritionis perfectae. Quod si verum esset, iam consequenter asserendum esset, non per actum habentis potestatem clavium, sed per actum illius, cuius peccata retinentur, contingere, ut remissio horum peccatorum retenta maneat potestati clavium«. De San, De paen. n. 277.

e) »Dicimus antiquos patres illam retentionem per negationem veniae explicasse, ut videre licet in Cyrillo, Euthymio, Ruperto et aliis et non posse aliter exponi, si verbum retinendi referatur immediate ad ipsas culpas, sicut verbum remittendi, quia culpa ipsa non potest directe per actionem positivam retineri: quamquam iudicium ipsum, quo aliquis iudicatur indignus absolutione, actus positivus sit, quem

Concilium Tridentinum appellavit „proferre sententiam retentionis“. Hic autem actus positivus non impedit, immo confirmat consecutionem factam; nam, cum sacerdotes ex vi huius potestatis habeant ius ferendi hoc iudicium remittendi vel retinendi peccata, iuxta merita causae, necesse est, ut poenitentes coram illis compareant». Suarez, disp. 17, s. 2, n. 18.

f) »Quando sacerdos retinet peccatum mortale, efficaciter, ut sic dicam, retinet, non solum quia, si clavis non erret, culpa vere manet, sed etiam, quia licet fortasse erret, semper manet obligatio procurandi absolutionem in illo foro; quando vero sacerdos negat absolutionem peccati venialis, solum retinet illud secundum quid, sc. quoad hoc, ut sacramentaliter non remittatur; non vero ita retinet, ut maneat necessario subiciendum illi foro«. Suarez l. c. Unde vero haec differentia colligatur, ostendetur infra Thes. 7, p. IV.

g) Sufficit nonnumquam exprimere tantum id, quod est primarium.

Ad 2. Consuetudo ecclesiastica declarat probationem ad communionem requisitam esse usum clavium. Hinc legimus in confessione s. Fulgentio adscripta, quae habetur in sacramentario s. Gregorii: »Ego corpus Domini et sanguinem eius polluto corde et corpore sine confessione et poenitentia sciens indignus accepi«. Idem invenies in libris poenitentialibus Alcuini et Egberti, in sacramentario Turonensi. Cf. Frank, Bußdisciplin der Kirche 2, c. 5; cf. Thes. 2, p. IV A.; Thes. 10, p. II. ad 1.

Ad 3. Advertendum est, quod per illum eundem actum caritatis aut contritionis, quo remissio statim obtinebatur ante institutum sacramentum, etiam modo in nova oeconomia obtinetur, quin alius actus sit necessarius; ergo eadem vis, quae caritati aut contritioni prius competebat, etiam nunc manet. Probatur antec. Etenim, ut actu obtineatur nunc remissio peccatorum, non requiritur praeterea nisi votum sacramenti: hoc autem votum non est actus distinctus ab ipsa contritione; est enim voluntas faciendi quod Deus vult, quae ad contritionem spectat, est enim pars propositi; eademque est in se ac illa voluntas, quae prius necessaria erat, terminative tantum differens: sicut enim haec voluntas prius referebatur ad ea omnia, quae ex lege naturae aut institutione Dei facere aut velle oportebat pro obtainenda remissione peccatorum, puta quaedam sacrificia pro peccatis, ita modo posita institutione sacramenti, ad ipsum, non ad alias institutiones abolitas refertur, ipsumque complectitur. Obligatio vero confessionis, quae manet, non suspendit efficaciam contritionis, statim enim iustificatio confertur.« Palmieri, De poen. th. 10, n. VI. — Ratio vero hujus obligationis est haec: »Vult Deus, ut quae praeter ordinem a se statutum via quasi extraordinaria benignus confert, rata veluti habeantur ab ecclesia: non quod sine huiusmodi approbatione irrita forent, sed quod eam vicariam constituerit suam nosque ab illa ut filios a matre voluit pendere, ut spiritui privato viam praecluderet, illusiones illius, qui se in angelum transfigurat lucis, praepediret, oboedientiamque foveret et humilitatem. Ideoque ipse Christus illos, quos a lepra sanaverat, ad sacerdotes misit (Lc 17, 14) etc. Alia ratio est bonum commune. Alioquin enim potestas clavium frustraretur, cum quilibet facile contritum se esse sibi persuaderet.« Hurter, Theol. dogm. comp. III, th. 245, Schol. 2. Alia ratio certitudinis de contritione perfecta; cf. Thomas Aq., Suppl. q. 5, a. 2, ad 1; q. 8, a. 2, ad 3; Lychetus, In Scotti prol. q. 1, n. 19 etc — infirma nobis videtur esse.

Pars II. (Necessitate medii).

Dub. 1. Restitutio non est necessaria nisi necessitate praecepti; atqui usus clavium non est magis necessarius, quam institutio. Nam

etiamsi quis ignoret necessitatem huius usus, potest consequi salutem, si habeat actum contritionis.

2. »Si absque omni alio praecepto positivo usus clavium [De L. loquitur de baptismo], Christus instituisset in necessarium remedium disiunctum illud ex usu clavium et voluntate huius usus, non posset homo per solam contritionem quantumcumque perfectam, disponi proxime ad iustificationem, quia contrito, non esset tunc voluntas actualis usus etiam implicite, sed solum esset implicite voluntas illius disiuneti necessarii ad salutem, sc. vel actualis usus vel voluntatis usus; ergo, si homo iustificaretur cum sola contritione absque alia voluntate determinata usus clavium, iustificaretur cum sola contritione absque alia voluntate determinata usus clavium, iustificaretur absque actuali usu clavium et voluntate usus, quod esset contra id, quod supponitur Deum statuisse neminem iustificare absque usu clavium vel voluntate eius usus. Fatendum ergo est necessitatem usus clavium in re vel in voto oriri ex praecepto positivo divino, quo usus clavium in re praecepsus est omnibus; ex quo praecepto oritur, quod nemo possit iustificari absque usu clavium, vel saltem voluntate usus; cum enim non possit extra sacramentum iustificari absque contritione, quae includit voluntatem servandi omnia praecpta, quorum unum est de suscipiendo sacramento, hinc fit non posse iustificari absque sacramento, quod Deus voluit habere virtutem iustificandi, vel certe absque voluntate sacramenti, quae necessario includitur in omni contritione, cum detur praecptum de suscipiendo sacramento«. De Lugo De Euchar. disp. 3, s. 1 (Migne, C. th. t. 23 col. 76). Ita sentit inter alios Platelius, Synopsis p V., n. 629. Sasse, De poen. th. 17 schol. Stentrup, De sacr. in gen, th. 38, Dicastillo, de sacr. poen. disp. 4. n. 132 ss. et alii multi.

3. Actualis usus clavium non est necessarius necessitate medii, si peccata iam remissa sunt; sed per contritionem cum voto statim remittuntur.

4. Ex conc. Tridentino constat sacramentum poenitentiae lapsis post baptismum ita esse necessarium sicut baptismus ipse nondum regeneratis; sed infantibus certe votum baptismi non est determinate necessarium.

Verum esse etiam quod in hac parte statuimus, ita probatur: Nullum aliud medium iustificationis (post baptismum) indicari potest praeter haec:

1. Ipse actualis usus claviuin
2. Opus operantis peccatoris, quale est contrito vel caritas
3. Unctio infirmorum
4. Aliud sacramentum per accidens, ut Eucharistia
5. Martyrium ex singulari privilegio.

Atqui si nullum medium praeter haec est ad iustificationem, his omnibus inculpabiliter omissis nova quidem culpa evitatur, sed prioris venia obtineri nequit. Iam vero in his omnibus votum saltem implicitum utendi clavibus requiritur sive tanquam elementum esseentiale, sive tamquam necessitate medii praemittendum. Ergo votum utendi clavibus est determinate necessarium necessitate medii ad gravia peccata post baptismum remittenda. Prob. min. Ad validam absolutionem per claves requiritur in suscipiente sicut in aliis sacramentis adulorum voluntas aliqua, per quam ipsi sacramentum suscipere velit: atqui voluntio haec est necessaria necessitate medii; nam quaecumque inter praesentem statum rerum et futurum finem adducendum intersetere

opus est, recte appellantur media necessaria; neque sane sine illa voluntate remissio haberi potest, neque necessitatis huius ignorantia excusat, neque concurrit eadem voluntas solum negative seu removendo prohibens peccatum. Adde quod etiam ipsa contritio vel attritio, quae in usu clavium requiritur, si ad partes essentiales sacramenti pertineat, per actum voluntatis dirigi debet ad absolutionem accipiendam; et voluntate saltem implicita in actu doloris sufficientis vel hypothetica subduntur etiam illa gravia peccata clavibus cum fructu adhibendis, quae hic et nunc memoriae non occurrunt vel gravia non censemur vel olim rite subiecta existimantur. (Cf. De Lugo, De poen. disp. 14 s. 1, n. 4). — Sicut hoc medium usus clavium, ita et reliqua enumerata, ut cum fructu adhibeantur, necessario includunt aut supponunt votum peccatoris subdendi se clavibus, sive explicitum sive implicitum. Id patet ex I^a parte huius thesis.

Votum igitur utendi clavibus est necessarium necessitate medii. Iam vero hoc votum, utpote scirium, fine careret, si res ipsa non similiter exigeretur, cum per praeceptum exigi nondum supponatur. Nec sanc quisquam prudens legem ferens societati, sinceram rei aliquando capessendae voluntatem ut necessariam praestituit ita, ut rem ipsam tamen omittere liberum maneat; „unde necessitates illas duas separare videtur prorsus idem atque intolerandam quandam repugnantiam consiliis divinae sapientiae inferre“; ergo necessitas obiectiva voti eliciendi sine necessitate rei esse non potest. Praeterea non potest esse voluntas seria et constans. quin actio externa, quae voluntatis obiectum est, ponatur. Ergo necessitas actualis usus clavium vi ipsius institutionis mediorum ad remittenda peccata inducta est.

Quae necessitas non est mera necessitas praecepti seu necessitas praecepti ad institutionem mediorum superadditi; nam per eandem institutionem iam existit; neque potest primo et per se esse necessitas praecepti. Sed „inde est in praecerto quia medium necessarium“ Cano, Select. de poen. p. 5. Praeciperetur enim vel sola subiectio vel ipsa absolutio. Sed repugnat alicui praecipi illud, quod ab eo non dependeat; atqui absolutio vi clavium, sita in libero arbitrio sacerdotis, ab eo non dependet: nec sola subiecto actualis sine absolutione sufficit ut patet ex parte I^a.

Neque est necessitas medii stricte dicta. Remissio enim peccatorum potest etiam per sola media secundaria obtineri, et si claves adiri non possunt, ipsa salus. ut in sequentibus thesibus partim ostendemus.

Usus potestatis clavium est igitur medium necessarium primarium, et tantum necessitate privilegiata necessarius. — Cf. Duns Scotus, In l. 4, dist. 17 n. 13.

Ad 1. Votum rei tantum praeceptae est votum per se actus subiectivi ponendi a voente; votum vero sacramenti est votum per se operis obiectivi recipiendi a voente, quod sc. ne potest quidem ipsi imperari. Quocum cohaeret alterum discrimen; sc. votum rei cuiuspiam praeceptae, quamvis ipsum ut propositi proindeque contritionis elementum conferat de congruo ad veniam culpae, est tamen votum rei, quae ipsa, si libere ponatur, ad remissionem seu gratiam

primam efficiendam non conductit nisi negative, i. e. peccatum novum excludendo, vel remotius positive, peccatori actualia auxilia ulteriora et uberiora conciliando, vel, si res praeepta sit actus caritatis, quodammodo per accidens neque etiam instar perfectae et condignae causae gratiam remissionis exigendo, sed potius de congruo merendo; contra autem votum baptismi vel sacramenti poenitentiae est votum rei, quae veniae gratiam producit positive, immediate, per se vel ordinata ex proprio ipsius institutionis suae fine ad gratiam potius abolito peccato inducendam primum quam augendam, eandem postulando velut causa instrumentalis quidem, sed perfecta et condigna. Tertium est, quod votum rei praeeptae est votum rei, quae licet possit aliquando esse modo suo medium ad remissionem consequendam, ut actus caritatis, non tamen est dicendum medium per se necessarium; at votum sacramenti alterutrius memorati est votum medii non solum eminentis, sed etiam necessarii, idque non tantum materialiter nec divise necessitate qualieunque, ut simplicis praeepti, verum et formaliter et sensu, qui compositus vocatur, quod sacramentum pacto quodam vero est medium in medii ipsius ratione necessarium; neque enim secundum disputata ideo existit necessarium, quia est praeceptum, sed ideo precipitur petitio eius, quia ipsum necessarium est, utpote per institutionem Dei exstans medium unicum primarium idque independens ita, ut secundarium quodvis non sufficiat nisi cum ordine ad medium primarium pro opportunitate adhibendum. — Accedit discrimen quartum, quod votum, iam etiam in se spectatum, rei praeeptae exterioris quidem pro facto reputatur secundum huius vim moralem totam, cum votum sacramenti non afferat effectus sacramenti omnes. — Est denique discrimen quintum, quod votum rei praeeptae cuiuscumque ideoque et ipsius rogationis sacramenti ad dispositionem illam pertinet, quae quadam sua congruentia allicere possit Deum ad gratiam remissionis, si velit, concedendam; sed votum sacramenti ut medii primarii, prout ab illamet dispositione per rationis saltem distinctionem internoscitur, gradum condicionis obtinet, qua non impleta Deus dispositionem qualecumque pro venia donanda loco mediī primarii reapse nequaquam acceptaret. (Straub).

Ad 2. Inutile agnovimus praeceptum positivum, quia ex modo ipso, quo Deus media instituit, praeceptum procurandi usus actualis clavium consequitur. Quare post institutam clavium potestatem omnis vera perfectaque contritio vel caritas peccatoris baptizati ad usum potestatis huius non minus quam ad res praeeptas ceteras referri intelligitur. Hinc per se votum usus talis implicitum coniunctum sibi illa habet, immo ab hoc voto realiter non distinguitur, cum sane sit in se voluntas custodiendi legem Dei ideoque insumendi media saluti necessaria et fugiendi culpam omnem saltem gravem; cuiusmodi propositum respiciens ex se omnia, quae Deus fieri vult, a lege nova condita iam etiam ad sacramenta per Dei voluntatem in re suscipienda terminatur; nec si votum sacramenti expetendi explicitum accederet, hoc, ad contritionem quidem, aliud exsisteret ac pars propositi eadem contritione comprehensi; qua in ratione cum aliis votis explicitis concineret. Similiter et attritio sufficiens ad reliqua media veniae secundaria cum fructu capienda, ut quae excludat peccandi (saltem graviter) voluntatem, votum exquirendi saltem sacramenta praestituta, si non explicitum, implicitum tamen in se contineret. Deinde autem praecipi homini peccatori ipsum sacramentum etiam repugnat; ergo si contritio tantum ad praeepta referretur, nunquam foret votum ipsius sacramenti, ideoque nodus solvi nunquam posset. Quanobrem potius dicendum, praecipi determinate homini peccatori voluntatem interiorum et petitionem sacramenti exteriorem, donec res petita obtineatur perseverantem; unde sit contritio implicite saltem votum, i. e. propositum huius voluntatis interioris et petitionis exterioris sacramenti; atqui

tale votum, h. e. propositum est necessario votum, h. e. desiderium ipsius sacramenti: nam qui vult nunc velle et petere tempore futuro obiectum aliquod simplex, iam nunc vult duo: et actum futurum, et aliquatenus obiectum illud unicum materiale aliquando obtainendum, in quod futurus actus tendat. Immo actus perfectae contritionis seu caritatis ex mente quidem nostra, implicitam ipsius sacramenti voluntatem comprehendenderet, etiamsi usus actualis sacramenti nentiquam praeceptus foret, dum disiunctive aut sacramentum ipsum aut contritio includens sacramenti votum ut medium necessarium remissionis constituta esset. Nam actus verae et perfectae caritatis proindeque contritionis ex propria essent a sua talis est, ut intimam praesentem quandam cum Deo coniunctionem petat, ut ea omnia, quae summo bono graviter displiceant vel inimicum Deo hominem reddant, non solum tempore futuro evitare vel auferre statuat, sed, quantum quidem est in se, iam hie et nunc removeat, ut ob id ipsum cuncta illa implicite saltem cupiat, quibus cupitis protinus in gratiam cum Deo homo redeat. Atqui ex hypothesi medium, quamvis non praeceptum, tamen opportunum gratiae divinae recipiendae est sacramenti votum, idque est etiam medium unicum eiusdem gratiae iam sine ulla mora obtainenda. Ergo etiam usu sacramenti non praecetto contritio perfectae caritatis voluntas implicita ipsius sacramenti esset. (Straub).

Ad 3. Non esset usus clavium iam necessarius, si liberum fuissest medium quodlibet eligere; sed quia constitutio mediorum, per quae ad finem remissionis homo veniat, a Dei voluntate prorsus pendet, contingere sane potest, ut medium quodpiam velut secundarium ad remissionem consequendam eatenus sufficiat, quatenus ad medium primarium quoddam ordinem aliquem secum habeat eumque exprimentum voto saltem implicito utendi, quantum fieri possit, deinde etiam inedio primario; qua quidem institutione ipsa posita non potest quidem usus actualis mediī primarii, sive post, sive ante usum mediī secundarii, esse sub respectu omni necessarius ad veniam culpae obtainendam, proindeque non est necessarius necessitate mediī stricta, verum usus ille necessarius est tanquam terniinus connaturali, non praecise intentionalī, appetentia postulatus ab ipso medio secundario interim adhibito, ad producendum terminum talem, ut complementum, per aliquod initium eius iam relato, et tanquam res, per se quidem maxime efficax, cuius explendae, quantum est in homine lapsō, obligatio gravis etiam post usum mediī secundarii perseverans intellegitur et postulatione illa et exinde, quod sine eius tempore suo exsequendae seria saltem voluntate vel ipsum medium secundarium nullam veniam attulisset.

Ad 4. »Seposis parvulis martyribus, est omnibus hominibus necessitate mediī ad salutem semipernam necessarium baptismū, suscipiendum aut re ipsa, ut infantibus, aut certe voto implicito, ut adultis.« Straub, De Ecclesia Th. 11 n. marg. 350.

Schol. 1. Quaeritur, quid de eis dicendum sit, quorum baptismus est dubius. Eorum obligationem utpote dubiam (eum non baptizati non sint obligati: cf. Dicastillo, De poen. disp. 7 n. 11 ss.), nullam esse censuerunt D'Annibale, Ballerini-Palmieri, Bucceroni, Génicot, ignorantes tamen declarationem s. officii ex anno 1869 (12. Iul.) Rationem huius obligationis hanc assignat Noldin, De sacram. 223.: Qui certo subest iurisdictioni ecclesiae, certainam obligationem habet sua peccata confitendi; sed qui baptismum suscepit (sive certo sive dubie validum) eo ipso certo subest iurisdictioni ecclesiae: qui enim ritu externo a Deo praescripto ingreditur ecclesiam, societatem visibilem, iure eius membrum censetur, subest omnibus obliga-

tionibus, quae in ea vigent, et ab ecclesia iure divino cogi potest, ut obligationibus satisfaciat, donec probetur baptismum fuisse invalidum.

Schol. 2. Quaeritur quando urgeat obligatio se actu clavibus subiciendi. *Guilelmus Parisiensis. Angelus. Alex. Alensis. Collet*, alii docent eum, qui letaliter peccaverit, statim, i. e. data prima loci, temporis et confessarii opportunitate teneri ad usum clavium. Rationes eorum sunt 1^o, quia non licet diu contritionem post peccatum differre, ob innumera, quae dilationem hanc sequuntur pericula. Atqui eadem fere pericula confessionis dilationem sequuntur, quia difficilis et admodum rara est contritio, quae extra sacramentum iustificet. 2^o, quia vel ipsa luminis naturalis prudentia dictat remedia, quae aliquando necessaria sunt, tunc adhibenda esse, cum nequeunt opportunius adhiberi. 3^o, quia opinio, quae uni tantum unoquoque saeculo rhiniae occasio foret, vel hoc ipso mereretur abici. Atqui vix dubitare liceat annis singulis perire plures, qui confessionem distulerint, quia ad pascha usque eitra piaculum differri posse crediderint. *Collet*, de poen. p. II. c. 5 n. 202.

„Haec tamen sententia communiter reicitur a theologis. quia nec praeceptum quidem contritionis obligat statim post peccatum [cf Thes. 4, schol. 3], ergo multo minus praeceptum confessionis, sine qua potest homo alia via iustificari. Et quidem stante decreto concilii Lateranensis, in quo solum praecepitur confessio annua, non videtur probabilis ullo modo illa sententia; nam exposuisset ecclesia gravissimo periculo peccandi omnes fideles praeciپens illis confessionem annuam, si ipsi haberent obligationem saepius confitendi, sicut, si episcopus aliquis condederet statutum, ut omnes audirent sacrum semel in mense, certe daret subditis occasionem cogitandi se liberos esse a frequentiore audizione sacri. [Quod contra hoc opponit Collet l. c. n. 204: »an quia vetat ecclesia, ne quis ultra annum in excommunicatione sordescat, ideo licentiam praecepit anno toto in eadem remanendi“ patet non esse ad rem.]

[Itaque] dicendum est, secluso pracepto ecclesiastico, obligare quidem praeceptum [validi (cf. Suarez, De poen. disp. 35 s. 4) usus clavium] in articulo mortis [si quis sibi mortalium conscientis est], quia si tunc non impletur, exponit se homo periculo claro non observandi illud praeceptum. Sub quo casu comprehenditur ille, quando aliquis nunc habet copiam confessionis, quam postea non habebit per totam vitam. Est enim eadem ratio obligandi tunc ad confessionem, quidquid dicant aliqui, quorum sententiam probabilem dicit Ioann. de la Cruz, Direct. p. 2. de poen. q. 3. dub. 3. Et idem est si aliquis habet peccata reservata, a quibus adest nunc, qui eum absolvat, postea vero non habebit, a quo possit absolviri. *De Lugo*, De poen. disp. 15 n. 36 s.

„Extra mortis vero articulum videtur satis iuxta conditionem huius obligationis [praecepti] esse, quod ecclesia invigilet et obliget subditos, ne diu negligant aut differant confessionem. Ceterum immediate et per se non videtur praceptum divinum aliquo determinato tempore obligare, nisi radicaliter, quatenus voluit obligare pro tempore ab ecclesia determinando“ *De Lugo*, De poen. disp. 15

n. 39. Ita Suarez, Vasquez, Coninek, alii. — Gabriel, Dicastillo vero censent praeceptum divinum solum esse confitendi omnia peccata mortalia semel in vita; cf. Dicastillo, De poen. disp. 7, n. 34 ss. solventem argumenta contraria.

Dixi tamen „per se“; sunt enim aliqui casus, in quibus per accidens (secluso praecepto ecclesiastico) est obligatio peccata clavibus subiciendi. Primus est, quando sumenda est Eucharistia, ut constat ex Tridentino Sess. 13 ep. 7; quam obligationem ad alia sacramenta extendere voluerunt Paludanus et Adrianus: ad quae et suscipienda et conferenda digne sufficit certe contritio. Sed videri posset hanc obligationem esse non per accidens, sed per se, respectu praecepti divini confessionis ideoque per neglectum eius duo, ut putabat Cano, committi peccata; obligatio enim praemittendi confessionem non oritur velut ex sola natura rei propter dignitatem talis sacramenti, sed oritur ex speciali praecepto Christi. — Sed tamen „tali praecepto non per se et absolute praecepitur confessio, sed solum ut dispositio, si sumenda sit Eucharistia; tota ergo illa obligatio est propter Eucharistiam, et confessio non praecepitur nisi ut circumstantia Eucharistiae: et ideo unum peccatum est talem actum sine debitis circumstantiis facere.“ Suarez, De poen. disp. 35, s. 3, n. 12. Cf. K. M. Ralles, *Ηερὶ τῶν μυστηρίων τῆς μεταροής καὶ τοῦ εὐχελαίου*, Athenis 1905, § 7 p. 67—8.

Secundus casus est, quando confessio est medium necessarium moraliter ad superandam temptationem aliquam, quae aliter superanda non speratur. Tunc enim obligatio erit confitendi, sicut et ieiunandi vel orandi positis eisdem circumstantiis. Et, cum omnes simus in periculo peccandi mortaliter, si per annum differamus confessionem, videbatur Caietano et Petro Soto et aliis, sequi ex hoc teneri de facto fideles ad saepius confitendum per annum. Sed contra hoc est imprimis, quod ecclesia non ignorat plures ex Christianis confiteri solum semel anno; et tamen nunquam hunc „abusum“ reprehendit aut insinnavit esse peccatum grave, solum praecepit confessionem annuam: per quod ostendit se non curare de frequentiore tanquam de re obligatoria. Deinde „obligatio illa frequentis confessionis ad vitandum periculum peccati mortalis vel esset obligatio confitendi venialia sola, antequam homo laberetur in mortalia, vel esset obligatio confitendi peccatum mortale primum, antequam laberetur in secundum. Neutraum dicendum videtur. Ergo non est asserenda talis obligatio. Minor quoad priorem partem probatur quia dicere, quod omnes Christiani communiter obligantur sub peccato mortali ad confitenda venialia propter vitandum periculum, quod alias omnes communiter habent incidendi in aliquod mortale, imprimis novum est et contra omnium mentem et contra communem doctrinam, quae docet solum esse obligationem confitendi mortalia, quam doctrinam videtur universaliter approbare Tridentinum Sess. 14 ep. 5 dum dicit: Peccata venialia, quamvis utiliter in confessione dicantur, taceri tamen citra culpam posse. Deinde, si obligarentur sub mortali ad confessionem venialium propter illud periculum, obligarentur etiam sub mortali ad dolendum efficaciter de venialibus et ad proposi-

tum emendationis circa illa Quod tamen videtur esse durissimum et contra omnium sensum ac contra theologos, qui docent voluntatem committendi venialia multa non esse mortalem sed veniale: quare multo minus erit mortalis carentia propositi circa emendationem aliquorum venialium. Licet vitatio venialium in genere esset medium necessarium ad vitandum periculum peccati mortalis, est tamen medium difficile satis eo, quod sit medium in communi, seu ablatio multarum causarum; media autem adeo difficilia non videntur ponenda sub mortali ad vitandum periculum mortalis. — Nunc iam probemus illam minorem supra possum quoad alteram partem. Scilicet iam confessio frequens non obligaret, ut vitaretur peccatum, si quidem confessio illo modo obligans iam supponeret hominem peccare mortaliter intra annum, non ergo obtineretur finis intentus, sc. impedire periculum peccandi. De Lugo. De poen. disp. 15 n. 49 ss. — Dices, impediretur saltem periculum frequentioris relapsus, si homo non exspectat post primum relapsum, quod transeat totus annus ut confiteatur. Sed etiam hoc excludit ratio tertia sc. confessio frequens post peccatum ideo potissimum conducit ad impedienda alia peccata sequentia, quia nimur qui confitetur, dolet efficaciter de peccato praeterito et proponit serio ac statuit firmiter apud se iterum non peccare. Tota autem haec utilitas et efficacia potest haberi sine actuali usu clavium. — Denique negari potest illa experientia, quod scilicet dilatio confessionis afferat secum illud periculum.

Restat quaestio num sit etiam obligatio confitendi propter periculum oblivionis: affirmant Io. Maior, Medina, Victoria, Dominicus Soto, Didacus Nugnus, Tournely alii. Sed „pauci sunt, qui non se exponant tali periculo quoad aliqua peccata differendo confessionem usque ad finem anni. Quare non videtur facile illa obligatio admittenda, licet omnibus consulenda sit frequentia confessionis. Dices qui postea carebit confessario, obligatur ad confitendum nunc, ne se exponat periculo non confitendi; ergo qui postea non recordabitur peccatorum, debet nunc ea confiteri, ne reddatur impotens postea implendi praeceptum confitendi sua peccata. Respondetur: imprimis satisfaceret illi obligationi scribendo nunc peccata, ut vitaret periculum oblivionis sequentis. Sed neque ad hoc tenetur [contra Vasquez, Cuniliati etc.], quia praeceptum est solum confitendi peccata quae nunc occurunt memoriae praemiso examine humano modo: non est autem humanus modus illa exquisita et metaphysica diligentia observandi ac notandi omnia peccata et circumstantias prout successive fiunt et scribendi eas, ne memoria decidant, sed potius esset gravissimum onus et inutile, immo noxius valde laqueus conscientiae superadditus; quare non debuit praeceptum cum eo rigore imponi.“ De Lugo, De poen. disp. 15, n. 41.

Denique vix notatu dignum est contra Albertum M., qui B. Virginem apud s. Joannem Ev. confiteri solitam putabat, non posse ab eo claves cum fructu et licite adiri, qui nullum peccatum commisit; patet tales et eos, qui venialium tantum consciit sunt, ab obligatione asserta esse exemptos.

A. Špaldák.

EXTERNA, AD NOS PERTINENTIA.

Die Kultur. 7. Jahrg. 3. Heft (1906).

Mar. Zdziechowski, Wladimir Soloview. Ein Blick in das russische Geistesleben der Gegenwart. P. 304—322.

Allatis, quae Ehrhard de munere theologorum Austriae conferrendi ad mutuam cognitionem atque reconciliationem dissidentium ecclesiae partium orientalis atque occidentalis sapienter monuit, *Z. ad Solov'ev* (1853—1900) transit, cuius ganze Wirksamkeit bildet zugleich eine Brücke zwischen dem Osten und dem Westen (p. 306).

Quae raro in uno homine inveniuntur, in eo coniuncta erant. Erat philosophus ingeniosus, qui doctrinam de mundo synthesi quadam comprehendere studebat; erat philosophus mysticus, qui quaerens ens absolutum persuasum habebat Deum a nobis immediate cognosci posse. Cuius mysticismi fundamenta profunda erant honestas et pietas, posita in persuasione vitam divinam, i. e. vitam voluntati divinae consentaneam, solam ducem esse ad Dei cognitionem. Unde doctrinae studium cum studio morum perficiendorum aptissime coniungebat, vitam agens monachi cupiditates frangentis. Idem praeclarus asceta vitae socialis erat spectator acutissimus, cuius iudicia tota Russia observabat. Idem asceta severus optima carmina amatoria scripsit, amoris purissimi et honestissimi expressionem.

Is, quamquam in slavjanophilismo, tunc in Russia Homjakov, Kirèevskij, Aksakov, Samarin auctoribus florente educatus erat, alia cum rebus magis convenire brevi sentire coepit: ecclesiam publica auctoritate in Russia praeditam status instrumentum esse, libertate carere, sine qua ecclesia, quod suum sit, efficere nequeat, cognovit; ecclesiae catholicae vim in ipsius universalitate sitam esse ratus salutem patriae in primatu Romani episcopi agnoscendo conspexit. Russiam magna esse praestitaram et ius christianum ad effectum adducturam, si postposita officio suo nimia domesticorum admiratione ecclesiae catholicae uniatur.

Quae consilia cum effectu caruissent, Russiam, »Romam tertiam quae sibi ipsa videatur, eodem modo superbiam suam expiaturam esse ac Romam secundam vates tristis cecinit (1894)

Maius tamen hoc periculum doctrinam tolstoismi existimabat, quam scripto ultimo (1900) acriter impugnavit, eis, quae antea exoptaverat, desperatis. Ubi Antichristi, in quo homine plus ingenii futurum sit quam nostra natura ferre potest, quiique omni vitio careat, nisi quod praeter ceteros omnes se ipsum amet, non Deum, Tolstoj, magni alioquin a Solov'ev aestimatus, ipse exemplum est (Cf. de VI. Solov'ev Sl. I. th. I., 71).

Zeitschrift des deutschen Vereines für die Geschichte Mährens und Schlesiens X.. Heft 1—2 Brünn 1906.

B. Bretholz, Zur Lösung der Christiansfrage, p. 1—81.

Contra prof. J. Pekař (in Český časopis historický XI., 267—300 et al.) et Fr. Sasinek (in Vlast II., 114—8) *B.* tenet ea, quae »Christianus« de s. Venceslao et s. Ludmila scripsit, non saeculo X^o orta sed e Cosmae chronicis (1125), cuius auctoritas in relatione de s. Adalberto p. 29—38 (contra eundem Pekař) defenditur, hausta esse ob eamque rem illum auctorem fide carere. Id cum argumentis aliorum optimae notae historicorum (J. Kalousek in Osvěta XXXIII. [1903], 108—27; 538—51; F. Vaček in Casopis musea království českého 77 [1903] et 78 [1904, 65—86], in Hlídka 1905 [cf. Slav. I. th. II., 86]) tum propriis probat. Quae enim apud Christianum omissis eis, quae, ne falsarius se proderet, celanda erant, sensu earent, eisdem verbis apud Cosmam aptissime logiceque connexa occurrunt.

Die christliche Kunst. 1906 Juli.

Hub. de Dalberg, Die neue religiöse Kunst Russlands.

Theologische Quartalschrift. 1906. Tübingen Fasc. I.

W. Feierfeil, Die historische Entwicklung der glagolitischen Kirchen Sprache bei den katholischen Südslawen. P. 61—74 Lineamenta maxime insignia historiae liturgiae Slavicae describuntur. Notemus quae dicit p. 69: Dass das Neoslavische ausgeschlossen wird, ist der kirchlichen Praxis entsprechend, welche mit der einzigen Ausnahme der lebenden rumänischen Sprache — nur tote Sprachen als liturgische zugelassen hat; et p. 73: Eine etwaige Neueinführung des Glagolismus in Kirchen, wo er nicht bestand, wäre aber immerhin eine gewisse Entfremdung der lateinischen Mutterkirche gegenüber.

Theologisch-praktische Quartalschrift. 1906. Linz 1906. Fasc. I.

A. L. Hugo, Gedanken über das religiöse Leben in Russland. P. 48—55. E commentatio doctissimi P. A. Palmieri (in Ciudad de Dios 1905, I.) hauriuntur quaedam de relationibus inter Russiam et ecclesiam catholicam. A. Malcev dissensiones inter theologos orientales et occidentales plurimas vanas esse, alias componi posse ostendit. A. Lebedev odium et levitatem Graecorum, qui contra Romanum scripserunt, reprehendit nemine repugnante. Decretum patriarcharum Cyrilli (Cp.), Matthei (Alex.), Parthemii (Hierosol.) a. 1756. de Latinis rebaptizandis (quod Philaretus Nikić patr. Russorum a. 1620 anticiparat) a Russorum theologis non agnoscitur. Ne de Filioque quidem doctrina ab omnibus aequa reicitur.

Revue ecclésiastique de Metz. 1906. № 9.

J. Hoffmann, Possibilité d'une union des schismatiques russes avec Rome, p. 545—554. Argumentum haustum e comminatione modo adducta.

Revue catholique des Églises. 1905. II

J. Turmel, Saint Cyprien et la papauté. P. 577—598.

Analecta Bollandiana tom. XXV. (1906) fasc. 1. P. 121—2 exponitur de libro *V Vasilevskij et M Nikitin*, Skazanija o 42 Amorijskih Mučenikah i cerkovnaja služba im (De XLII. martyribus Amoriensibus narrationes et carmina sacra) Spb. 1905 X.+305 pp. et copia rerum in commentario M. Nikitin laudatur.

P. 112—3 quarta editio Russica operum s. Macarii Aegypt. anonyma cum progressu temporis discrepare dicitur.

Études. 1906, 5. Juin.

Ant Malvy, Publications sur les églises Orientales. P. 680—90.

De sex libris ad studia de ecclesiis orientalibus pertinentibus refertur. Primum de A. Malcev, Oktoichos (cf. Slav. I. theol. I., 32), qui unionis ecclesiarum studiosus docet episcopos Anglicanos et vetero-catholicos, cum non habeant plenam notionem sacerdotii catholicci, non posse id valide conferre neque advertit, errorem ministri in doctrina non obesse valori sacramenti, modo habeat is intentionem faciendi quod facit ecclesia a Christo Domino instituta, nisi etiam ipsa verba vel forma ritus sacramentum (puta sacerdotium) catholicum excludant, quod in ordinationibus Anglicanis fit; intentio enim faciendi quod facit ecclesia a Christo instituta errore efficacior adesse non potest, cum sacramentum catholicum excluditur.

2. Deinde agitur de libro, quo sacerdos ritus Graeci, unionis accelerandae causa in Gallicum vertit liturgias Orientales et edidit: »Les saintes et divines Liturgies de nos saints pères Jean Chrysostome, Basile le Grand et Gregoire le Grand (liturgie des présanctifiés)« par le P. Cyrille Charon. Qui liber non solum continet nominatos tres ritus liturgicos conversos tum apud unitos tum apud non unitos usitatos, sed multas etiam annotationes spectantes ad praxim, quibus cognitis facilius missam Graecam subsequeris. Ritus hi, varii in diversis ecclesiis, expositi sunt sicut apud Melchitas catholicos in usu sunt.

Complures sequuntur appendices, continentes lexicon terminorum technicorum, preces post communione m, indicem festorum etc. Consilium auctoris, persequendi laborem coeptum, vertendique primum Archi-hieraticon sive pontificale Graecum plane laudanda est.

3. De legislatione canonica internaque forma scripsit ante 40 annos Dr. J. Silbernagl: »Verfassung und gegenwärtiger Bestand sämtlicher Kirchen des Orients«. Modo illud edidit denuo Dr. J. Schnitzer. Libri I. parte agitur de ecclesiis a Romana separatis, II. agitur de coniunctis cum Sede Apostolica. Licet opus pro tempore quo primum editum fuit, auctoritatem habuerit magnam, nunc tamen non levia desiderantur. Forum, quae describuntur, observatio propria videtur satis deesse. E numero ecclesiarum omissae sunt Bulgarica et Georginica. De moribus ecclesiae Russicae fontes non idonei consulti sunt. In quaestionibus iuris canonici v. g. de forma s. Synodi errores graviores animadvertisuntur.

4. N. Krasnoven, professor universitatis Dorpatensis, complures edidit de iure canonico libros, inter quos primum locum obtinet: Kratkij očerk cerkovnago prava (Brevis adumbratio iuris ecclesiastici). Jur'ev 1900. 8° 160 p. Licet modo, rebus iuribusque commutatis, non habeat nisi valorem historicum, tamen dilucide et breviter forma legislativa ecclesiae Russiaca ante hos magnos motus exponitur, descripta ex fontibus authenticis, qui sunt collectiones Byzantinae et decreta imperatorum ac s. synodi. Specialia capita dein tractant de confessionibus catholica, evangelica, armenica.

5. Selivanov, rusticus, mortuus a. 1832, sectam Russiacam »Skopcy« (castrati) dictam tamquam novus salvator condidit. Scripsit etiam epistolas ad electos Dei et suas »passiones«. Errata haec sensus religiosi edidit K. Gruss. (Die geheime heilige Schrift der Skopzen. Leipzig 1904. 78 p.) neque opera neque doctrina digna.

6. Intendi ab ecclesia Anglicana unionem cum ecclesiis Orientis praesertim Russica inter alia testatur societas, nomine »Eastern Church Association« ad eum finem condita. Haec ultimis annis complura edidit opuscula non solum vilitate pretii sed etiam rebus tractatis excellentia et imprimis christiani Orientis studiosis commendanda. Commemoramus: »The Ceremonial Use of Oil among the East Syrians« edidit Rev. Irving. De usu s. olei apud Nestorianos seu Syros agitur. Unctio quidem confirmationis fuit semper et est in usu. Sed non utuntur oleo mixto balsamo, verum puro oleo de oliva. Illud ab episcopo, cum nova ecclesia dedicatur, consecratur quidem, sed dein singulis baptismatibus augetur nova quantitate, benedicta a simplici sacerdote. Quo fit, ut oleum ab episcopo consecratum tempore procedente, si non evanescat, saltem minuatur, indeque scriptori Anglicano valor sacramenti dubius videtur. — De oleo unctionis infirmorum, cuius apud Nestorianos non est usus, neque est sermo inter septem sacramenta ipsorum, quae aliter sunt computata.

O. Ž.

A. Berendts, Die Zeugnisse vom Christenthum im slavischen »De Bello Iudaico« des Josephus Lpzg 1906 (79 pp.). In versione Slavica Belli Iudaici saepe agitur de Christo et Christi religione (Ioanne Baptista, apostolis). Locos illos ex editione Aramaica ($\tau\eta \pi\alpha\tau\rho\iota\omega \gamma\lambda\omega\sigma\eta\eta$) ipsius Iosephi, in Graecum versa, ab interprete Slavo redditos esse, Iosephum eos in libro Romanis destinato omisisse Berendts existimat et erudit probat.

M. Hrushevskij, Geschichte des ukrainischen Volkes. B. I. Urgeschichte des Landes und des Volkes, Anfänge des Kiever Staates. Lpzg (Teubner) 1906. 754 p.

J. Pargoire, L'église byzantine de 527 à 847². Paris 1905. XX.+405 pp. Agitur hic inter alia de primatu Romano et Byzantio (44–6; 189–193; 289–292), de liturgia, sanetis, monachis Byz. etc. Liber brevitate et rerum copia excellit.

R. de Watteville, Le protestants et le protestantisme en Russie. Paris (Rousseau) 1906. 45 p.

P. Juan Mir y Noguera S. I., La Inmaculada Concepción X.-574. Madrid 1905. Pcs. 9.

Ἀρχὴ. Καλλινίκου Δεληγάνη, Πατριαρχικῶν ἐγγράφων τόπος γ' ἡτοι: τὰ ἐν τοῖς κώδιξι τοῦ Πατριαρχικοῦ Ἀρχειοφυλακείου σωζόμενα ἐπίσημα ἐκκλησιαστικὰ ἔγγραφα τὰ ἀφορῶντα εἰς τὰς σχέσεις τοῦ Οἰκουμενικοῦ Πατριαρχεῖου πρὸς τὰς Ἑκκλησίας Ρωσίας, Βλαχίας καὶ Μολδαβίας. Σερβίας, Αγριδῶν καὶ Ηεκλῶν (1564—1863) εἰς προστίθεται ἴστορική μελέτη περὶ τῆς Ἀρχειοφυλακῆς Ἀγριδῶν Cp. 1905, p. 1107

RESPONSA AD INTERROGATIONES.

(De purgatorio.)

Interr. Anno praeterito in reponso ad quaestionem quandam exposita est p. 158—160 quaestio controversa de purgatorio quod accuratissime factum est. Legenti et relegenti ea videtur mihi illud, quod Graeci positive docent, omnino defendi posse, licet non andeam dicere id e fontibus revelationis demonstrari.

Dieunt enim Deum etiam eis, qui in peccato gravi moriuntur, ignoscere posse et ignoscere vere, si pro eis prece, fiant in terris: et verum est illa, quae e liturgia Romana pro defunctis ibi allata sunt, in hac sententia optime explicari. Res videtur autem hac ratione probari posse:

Ex doctrina de sacramentalibus novimus, ecclesiam posse impenetrare etiam gratias, ad quas efficiendas Christus Dominus nullum instrumentum seu sacramentum instituit: novimus item ecclesiam, sponsam Christi, nec in re, quam orat, errare posse et, cum orat rem, quae impetrari potest, semper a Christo audiri. (Non enim frustra dictum est: „Quocunque petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam” [Io. 14, 13]). Nihil igitur obstat, quominus eis, qui in attritione seu contritione imperfecta decesserunt, prosint prece ecclesiae ad remissionem, et ut ita intelligantur illa verba, quae in missa pro defunctis ocurrunt. Nec enim Deus quae attritioni hominis cui negavit, necessario attritioni hominis morientis negare debet.

Si quidam theologi insignes non soli contritioni ex caritate procedenti vim peccata remittendi ante absolutionem sacramentalem tribuerunt, sed etiam contritioni ex aliis motivis, cur non liceat hoc saltem in mortis articulo statnere et vim huins actus mutatam a precibus ecclesiae accendentibus repetere. An haec sententia teneri non potest?

Resp. Duo quaestio proponit, quae non satis clare inter se distinguuntur.

Et 1^o quidem sententiam saltem aliquorum Russorum docentium, animas hae vita in peccato gravi defunetas, pro quo dignos poenitentiae fructus afferre non potuerint, precibus ecclesiae ex inferni igne liberari, etiam post iudicium partienlare iam absolutum (cf. verba T. Seredinskij 1. c. in Slav. litteris theol., vel confessionis orthodoxae qu. 64, apud Nille, Kalend. man. 2, II, pg. 322) sustineri non posse, patet ex doctrina catholica tum de perfecta immutabilitate

sententiae in iudicio particulari latae, tum de aeternitate poenarum inferni.

At II^o in quaestione proposita urgetur non tam haec doctrina, quam quaestio, num attritio sine sacramento poenitentiae iustificet. etsi non sola, saltem accendentibus ecclesiae precibus. Quae quaestio posset adhuc duplicitate intelligi, videlicet

1^o de iis, „qui in attritione decesserunt“ h. e. posset quae-ri num ecclesiae precibus invari adhuc possint illi, qui statum viae iam reliquerunt. Porro de his duplex suppositio fieri potest, scilicet eos decessisse peccato mortali nouum remisso et accendentibus ecclesiae precibus demum remittendo, et tunc sententia talis admittenda non est, redeunt enim superius dicta: aut eos decessisse in peccato veniali, quo in easu difficultas nulla est, cum tunc agatur de purgatorio.

Verum 2^o quaestio magis agit de anima hominis morientis“, de anima constituta „in mortis articulo“, et de hac quaeritur, num in statu peccati mortalis existens iustificari queat sine actuali susceptione sacramenti vel sola attritione, quae hanc iustificandi vim habeat „mutuatam“*) a precibus ecclesiae accendentibus“ — At vero etsi „Deus, quae attritioni hominis sani negavit, necessario attritioni hominis morientis negare non debet“, necessario, inquam, de facto tamen negat. Quod manifestum est ex verbis eone. Trid. se. XIV c. IV „Illam vero contritionem imperfectam, quae attritio dicitur, quoniam vel ex turpitudinis peccati consideratione, vel ex gehennae et poenarum metu communiter concipitur donum Dei esse et Spiritus sancti impulsu[m], non adhuc quidem iuhabitantis, sed tantum moventis, quo poenitens adiutus viam sibi ad iustitiam parat. Et quanvis sine sacra-mento poenitentiae per se ad iustificationem perducere peccatorem nequeat, tamen eum ad Dei gratiam in sacramento poenitentiae impe-trandam disponit“ Concilium itaque affirmat, attritionem sine sacra-mento poenitentiae per se iustificare non posse, neque in hoc ullam distinctionem inter hominem „sanum“ et „morientem“ facit. Sed ubi concilium non distinguit, nec nobis distinguere licet. Neque attritio hanc iustificandi vim mutuatam“*) a precibus ecclesiae accendentibus accipit. Talis enim mutatio ignota est magisterio ecclesiastico (saltem quatenus explicite numquam proposita est), ignota omnibus theologis. Quare nec nos a priori possumus eam asserere, cum in speculazione veritatum dogmaticarum solidum fundamentum traditionis ecclesiasticae deserere periculosissimum sit.

Faciamus adhuc unam vel alteram animadversionem ad quedam quaestionis puncta, quae nondum tetigimus hucusque:

1. Nequaquam verum est, illa quae e liturgia Romana pro defunctis ibi allata sunt, in hac sententia de vi contritionis alias imper-fectae, cum precibus ecclesiae futuris sive iam antecedenter exauditis sive demum exaudiendis coniunctae „optime explicari“. Precum illarum in liturgia Romana, praesertim Offertorii in missa de Requie duplex potissimum datur explicatio. Prima quidem intelligit verba Offertorii

*) Interrog. habet „mutatam“ (Red.).

de animabus in purgatorio existentibus. Ast fatendum est, terminos ibi coarctate positos, scilicet „de poenis inferni, de profundo lacu, de ore leonis, ne absorbeat eas tartarus, ne cadant in obscurum, de morte transire ad vitam“ nonnisi aegre intelligi de poenis purgatorii. Quare communior sententia terminos illos intelligit de poenis inferni atque explicat, ecclesiam orare, ut animae liberentur. h. e. praeserventur a poenis inferni. Nullatenus enim verba haec ecclesiae intelligenda sunt de animabus iam ex hac vita extractis atque in infernum iam delapsis — pro his enim ecclesia non orat, — sed de animabus in articulo mortis positis, iamjam in aeternitatem migraturis. Fictione itaque dramatica, plena pulchritudine et vi, animas iam ex hac vita profectas ecclesia quasi ad vitam revocat, sistendo eas in articulum mortis atque pro tremendo illo momento orans, ut Dens eas, mox rationem reddituras, liberet de poenis inferni, ut ne permittat eas absorberi a tartaro, cadere in obscurum inferni. Quae repraesentatio, ut patet, aptissima est ad concutieudos animos alii viventium, et simul etiam utilis pro animabus defunctis, quibus, si in purgatorio retinentur, tum ex precibus ecclesiae tum ex orationibus adstantium salutari timore concussorum instantioribus levamen et solatum affertur. Quae explicatio commendatur aliis ecclesiae precibus, quae sive in missa (Oratio in die obitus defunctorum), sive in „Commendatione animae“, sive in precibus exsequialibus (Libera me Domine) occurunt. Sed haec per transennam.

2. Verum quidem est, „ecclesiam posse impetrare (per sacramentalia) gratias, ad quas efficiendas Christus Dominus nullum instrumentum seu sacramentum instituit“; at verum non est, has gratias esse praecise illas, quibus „vis iustificationis attritioni mutuata a precibus ecclesiae“ accedat. Hoc enim, ne petitio principii committatur, demum probandum esset: at probari non posse, ex supra dictis liquet. Idque praecepsit, cum

3. verum sine distinctione non sit „ecclesiam, cum rem quae impetrari potest [i. e. quae verum bonum orantis est et promissione a Christo facta comprehenditur, in quo iudicando ecclesia est infallibilis] orat, semper a Christo audiri“. Scilicet ecclesiae preces quoad impetrationem gratiarum qualiumcumque a Deo petitarum, ab orationibus christianorum in statu gratiae existentium essentialiter non differunt. Habent nempe etiam ecclesiae preces quoad exauditionem suam illam sibi condicionem appositam: dummodo gratiae tales ordini divinae providentiae sint conformes. Aliis verbis: Exauditur semper ecclesia a Christo Domino, at non sic, ut semper praecise illud obtineat, quod petit. Id quod patet v. gr. ex iis, quae theologi de indulgentiis docent.

4. Verum quidem est, quod „theologi insignes non soli contritioni ex caritate procedenti vim peccata remittendi ante absolutionem sacramentalem tribuerunt, sed etiam contritioni ex aliis motivis“, puta ex motivo vel obedientiae, vel religionis, vel paenitentiae, (cfr. v. gr. card. de Lugo, de poenitentia disp. V sectio I.): at pariter verum est, omnibus illis theologis sententiam de vi iustificante eiuslibet verae contritionis sine sacramento sive seorsim spectatae, sive in coniunctione cum ecclesiae precibus fuisse alienam.

Dr. M. K.

Aliorum iudicia de nostro periodico.

Čech roč. XXXII. (1907) číslo 25:

Druhý ročník časopisu „Slavorum litterae theologicae“, vydávaného vědeckým odborem Apoštolátu Cyrillo-Methodéjského dokázal s dostatek, oč stojí klidná, nehlučná práce výše než nečinné deklamování. Všude po celé Evropě oceňují vědecké kruhy theologické tento podnik, který pomalu již i na Rusi nabývá vždy většího rozšíření. Směřuje k vzájemnému sblížení theologů slovanských, pravoslavných i katolických a k urovnání dávných sporů mezi východem a západem. Mezi příspěvky loňského roku vynikají práce barnabity Tondiniho a dra. Jelice o sporných otázkách z oboru liturgie, dp. Jaška o sporné otázce z oboru úvodu do Písma sv. a dp. Špaldáka z oboru dogmatiky. Mimo to je minulý ročník (328 stran drobného tisku) naplněn instruktivními zprávami i posudky o veškeré slovanské literatuře theologické. O mnohých důležitých dílech by k nám nebyla pronikla ani zvěst, kterých obsah dosud podrobne se tu podává. Tím zajisté časem se stane, že naše theologie nebude na literatuře německé tak závislou, jak tomu dosud bylo. Za nynější chladnosti a netečnosti vůči theologickým pracím nejen se strany laiků, ale i u těch, kteří by nejvíce theologií se zajímati měli, je podnik, který Apoštolát na sebe vzal, zajisté podivuhodný a neocenitelný. Proto vřele doporučujeme rozšíření „Apoštolátu“ po všech vlastech slovanských, zvláště pak po diecézích království. Jeho snahy jsou zajisté co nejušlechtilejší a dovedou si vedle jiných u každého horlivějšího katolíka získati vřelé sympatie. Čím více členů mu přibude, tím účinněji bude velezáslužné dílo moci podporovat a rozšiřovat.

Cerkovnyja Vědomosti 1906. № 50, str. 3140—1: »Журналъ старается знакомить своихъ читателей съ некатолическими извѣрженіями славянства, т. е. съ православными доктринаами. А такъ какъ въ числѣ славянскихъ исповѣдниковъ православія первое мѣсто занимаютъ русскіе, то послѣднимъ и удѣляется преобладающее вниманіе. Въ этомъ смыслѣ напечатано уже не мало оснѣдомляющихъ статей, напримѣръ, касательно взглядовъ русской догматики и русскихъ богослововъ о канонѣ Ветхаго Завѣта, о Церкви, таинствахъ и т. п. И нужно отмѣтить, что всѣ эти сообщенія отличаются объективностью и приводятся именно для ознакомленія, а не ради нарочитой полемики, которая иногда допускается. Къ сожалѣнію, редакція, гдѣ есть хорошіе знатоки русскаго и даже славянскаго языка, не располагаетъ всѣми необходимыми способами для всестороннаго освѣщенія тѣхъ или другихъ пунктовъ православнаго ученія, да и справедливо опасается невольной тенденціозности въ католическомъ изложениій. Отсюда понятна ея просьба, чтобы сами православные русскіе богословы присыпали ей соотвѣтственные рефераты, и она позѣстить ихъ съ переводомъ (или въ перевodѣ) на латинскій языкъ. Въ виду важности дѣла точнаго взаимнаго религиознаго ознакомленія крайне желательно, чтобы на этотъ призывъ откликнулось возможно болѣше русскихъ писателей и поддержало плодотворное осуществленіе доброй идеи чешскаго католическаго журнала. На ряду съ этимъ послѣдний ведеть полную и тицательную библиографію литературы славянства, опять же особенно выдѣгая русскіе труды. Всѣ эти отчѣты стремлятся къ безпристрастному обслѣдованию и удовлетворяютъ сему въ достаточной степени. Но поздѣсь сильно вредитъ усилѣху недоступность русской литературы, со іненія которой трудно на западѣ узнатъ и — тѣмъ болѣе — дѣбѣть. По этому редакція и приглашаетъ русскихъ авторовъ, чтобы они присыпали ей свои труды своевременно или, по крайней мѣрѣ, доставляли объективныя сообщенія о содержаніи ихъ. Думаемъ, что и этотъ призывъ католическаго журнала заслуживаетъ самаго отзывчиваго удовлетворенія.

Проф. Н. Губковскій.

Velehradii in Moravia

unde per ss. apostolos Cyrillum et Methodium Slavis
lux exorta est, ad sepulcrum s. Methodii
tempore feriarum (mense Iulio vel Augusto) proxime
accuratius determinando
triduum
paratur exponendis nexibus inter ecclesiam
Romanam et Graeco-Russicam.

Ut quam plurimi eo conveniant, qui praelectionibus intersint, rogamus.

Exponetur de tentaminibus unionis; de liturgia ss. Cyrilli et Methodii; quid theologi catholici praestare possint et debeant de ecclesia Rossiaca; de Russorum ad ecclesiam Romanam debita relatione et similibus quaestionibus.

Praelectores invitati sunt et magna ex parte iam promise-
runt Dr. F. X. Grivec, M. Haļuščyňskyyj, Dr. J. Pachta, F.
Snopek, Dr. B. Spáčil, A. Špaldák, J. Urban. Quicumque
alius *utriuslibet* ecclesiae theologus idem gratificari voluerit,
rogatur ut brevi nomen dare velit.

Praeparantes conventum

Dr. A. C. Stojan.

Dr. A. Podlaha.

Въ Велеградѣ (въ Моравії)

откуда чрезъ Преподобныхъ Кирилла и Меѳодія возсіяль
Славянамъ свѣтъ Святой Вѣры, у моцей Преподобнаго Меѳодія,

состоится съ **25аго іюля** текущаго года по **27ое** число
включительно

съѣздъ лицъ интересующихся вопросомъ о связи между
Церквами: Римской и ГрекоРусской.

Нечатая настоящеъ объявление, мы выражаемъ наше горячее желаніе, да бы число участниковъ въ этомъ съѣздѣ было, по возможности, велико!

Предметомъ занятія съѣзда будуть вопросы: „Попытки единенія“; „Литургія Преподобныхъ Кирилла и Меѳодія“; „Въ чемъ заключается обязанность католическихъ богослововъ по отношенію къ Русской Церкви“; „Нормальныя отношенія Русскихъ къ Римской Церкви“ и другіе подобные.

Въ качествѣ докладчиковъ (лекторовъ) приглашены Dr. F. X. Grivec, M. Naříšky, A. Palmegi, F. Snoprek, Dr. B. Sprášil, A. Špalda, J. Urban, изъ которыхъ большая часть уже дала свое согласіе.

Если кто либо изъ богослововъ той, или другой Церкви пожелаетъ своимъ докладомъ посодѣйствовать великому дѣлу Единенія Церквей, онъ насъ до крайности обяжетъ, сообщивъ намъ (Прага-IV., 35) объ этомъ въ возможной скорости.

Dr. A. C. Stojan.

Dr. A. Podlaha.

Slavorum litterae theologicae.

Conspectus periodicus.

Dirigentibus

Dr. Jos. Tumpach. Dr. Ant. Podlaha. Ad. Špaldák. Pragae.
J. Urban, Cracoviae. Dr. F. Grivec. Labaci. Dr. Luc. Jelić. Jadrae.

Annus III. (1907)

Pragae Bohemorum.

Nr. 2.

BOHEMICA.

Fr. Štědrý: Obrana sv. Jana Nepomuckého (Apologia s. Ioannis Nepomuceni.) Pragae 1906, p. 30.

Auctor via ac ratione inquirit in nonnullas quaestiones de S. Joanne Nepomuceno. Primum quaerit, fuerit-ne s. Ioannes et vicarius generalis una eademque persona a Venceslao IV interfecta?

Quam quaestionem Š. solvit ad evidentiam s. Ioannes Nep. et vicarius generalis est una eademque persona.

Omnis errores et difficultates in hac re ortae sunt ex Venceslai Hájek chronicis. Primus, qui huic auctori fidem negavit, fuit Athanasius a S. Iosepho O. S. A., nomine proprio Elias Sandrich. Invenitur enim in caesarea bibliotheca Pragensi (I. F. 19) opus eius manuscriptum ex a. 1747 „Dissertatio historico-chronologico-critica, in qua primo proponitur, an S. Ioannes Nep. sit unus idemque cum Ioanne de Ponuk vicario generali. Opinio identitatis proponitur tamquam probabilius et argumenta opposita enervantur. Attentione dignum est et bene notandum Eliam Sandrich hanc suam sententiam quinque annis ante iam defendisse, quam accusatio, qua Ioannes a Genzenstein Venceslaum regem apud papam Bonifacium appellavit, inventa est (Vatic. 1122). Sandrich effecit, ut Gelasius Dobner aliique chronica V Hájek critice exponerent. Post eos Pelzel, Palacky, Ginzl, Höfler, Frind, Borový, T. Novák, Votka defendant identitatem s. Ioannis cum vicario generali. Contra quos (praeter Berghauer, Pubitschka, Zimmermann, Svoboda, Schmude) eximius historiographus V Vlad. Tomek, (Děj. Prahy III., 372) suam sententiam his defendit 1^o. Sedes apostolica in canonizatione s. I. Nep. noluit canonizare vicarium generalem, sed aliquem alium, ut ex actis patet. 2^o. Hic alius erat ille, quem populus pia veneratione initio 18. saeculi prosecutus est. — Hanc argumentationem auctor noster ad evidentiam evertit.

Haec opinio V Vladivoji Tomek vera esset, si fundamentum canonizationis fuissent soli testes saeculi 18. Sed hoc falsum est. Qui tantum acta canonizationis Pragae asservata legit, assentitur quidem necessario Tomek; sed si inspicuntur acta Romae 1728 edita, res alia appetit. Prima et secunda pars horum (S. rituum congregationis canonizationis seu declarationis martyrii b. Ioannis Nep. positio) nihil quidem continet, quo opinio V Tomek everti posset, sed tertia pars „animadversiones

promotoris fidei" scil. Prosperi Lambertini, postea papae Benedicti XIV., rem aliam ostendit. Quae paginae V. Tomek fugerunt: sed hoc, quod continent, eius argumentationem plane evertit.

Postulat enim ibidem defensor fidei „scriptores contemporaneos (scil.

Ioanni) martyrium referentes, ut probatio subsidiaria sit in genere perfecta ceteras alias probationes ex subsequentibus scriptoribus ac testibus desumptas" tamquam nullius momenti reicit omnes. Ex illis, scil. testibus contemporaneis, duos tantum agnoscit martyrium referentes, de quibus testes iuramento testimonium fecerunt. Prior quidem horum, qui asservatur in archivo capituli S. Viti „1383 Iohanco de Pomuk submersus de ponte primus decretorum doctor," neque contemporaneus est neque annum martyrii verum enuntiat, sed quod ad rem attinet nihil minus verus est. Certum est nunc fontem esse ex anno 1483 hoc iam Berghauer (Protomart. poenitentiae II.) 35 annos post canonizationem noverat. Sed quoad rem, sicut dictum est, fons veritate gaudet. Auctor probat formam „Iohance" ducere nos ad vicarium generalem (voce diminutiva eum propter statura parvitatem appellatum esse ipse Tomek dicit): item attributum, „decretorum doctor" illi soli tribui posse.

Alter fons contemporaneus, verba archiepiscopi Moguntini (Raynald. Annales 1400, n. 13), cum tantum generaliter rem referat, non multum ad probationem attulit. Sed nobis eo est pretiosus, quia ostendit, „doctorem Iohancum", cuius submersio in Germania bene nota erat, quain contemporanei scriptores Hagen (Dobner, Vindiciae 32), Ludolphus, abbas Zahaniensis, (Losert: Arch. f. ö. G. Tractatus de longaevo schismate p. 419), Ioannes Posilensis (Script. rer. Boruss. III. 187) multique alii ad annum 1393 notant, cum de Ioanne canonico anno 1383 interempto nemo sciverit, sanctum declaratum esse. Insuper notandum est congregationem his testibus non fuisse contentam. Nisi facta essent miracula, cum exhumaretur corpus s. I. Nep. in lingua eius, canonizatio non profecisset.

Ex quo patet, non illum Ioannem canonizatum fuisse, quem pia opinio saeculi 18. a vicario generali diversum putabat, sed illum, de quo loquuntur adducti fontes, qui ducunt ad Ioannem vicarium generalem. Pia opinio illa non fuit fundamentum canonizationis. —

De nomine huius s. Ioannis: fueritne de Pomuk an de Nepomuk — Š. docet collatis aliis exemplis nomen Pomuk monasterii Cisterciensis et oppidi antiquius esse; nunc autem evanisse. — Tum Š. agit de opinione J. Lippert (Mitth. f. d. G. S. D. i. B. 1901, 28) Ioannem Nepomucenum non e Pomuk ortum esse: cuius argumenta nulla esse ostendit.

Fueritne natione Germanus an Bohemus, nondum est exploratum (p. 13).

Quod quidam s. Ioanni N. exprobravit, quod pecuniam mutuam dedisset modo improbando, Š. ostendit calumniam esse: cum, cum scriba esset, pecuniam sine usuris credidisse nec poena excommunicationis addita duriorem se praebuisse.

Quaestionem fuerit-ne s. Ioannes ideo aquis submersus, quia

sigillum confessionis laedere noluit, omnium difficillimam exploratu esse confitetur, cum nullus fons domesticus contemporaneus adsit, quo haec causa confirmetur, attamen dicere non dubitat: confirmatio abbatis Kladrubensis erat ficta causa submersionis, propria et vera causa autem erat, quia sigillum confessionis servavit; id hoc modo defendit

Si vera essent tantum ea, quae de Venceslao fontes contemporanei domestici narrant, inter maximos principes, de re publica quam optime meritos, referendus esset. Cur nemo historiographorum facta vitae eius omnia narrare ausus sit, certe non sine ulla causa factum est.

Rex Venceslaus IV in matrimonio felix non fuit. Prima eius uxor Ioanna die 31. Deceembbris 1386. noctu subito mortua est. De eius morte fama spargebatur reginam a cane, qui in cubiculo regis semper dormiebat, suffocatam esse. Altera uxor regis erat Sophia, filia Ioannis, Bavariae ducis. Sed neque in hoc matrimonio feliciter rex vixit. Ipsam coronationem reginae distulit ex anno 1389 in 1400. ex causa nobis ignota — aliaque signa adsunt neque hoc matrimonium felix fuisse.

Causa, cur regina regi bene affecta esse non potuerit, invenitur in codicibus iussu Venceslai scriptis vel ei dicatis. (Vojt. Hrdlička Mittheilungen d. Inst. f. öst. Gesch. I. 105 „Die Sage v. Susanna u. König Wenzel). Hinc enim cognoscimus, regem mulierem quandam amasse. Quae certe erat una e causis discordiarum inter regem et reginam. Alias ipsa natura Venceslai suppeditabat. Quae, quamquam „secreta publica erant, notare nemo audebat, ne furorem regis in se suosque excitaret.

Quae cum ita sint, nihil mirum est, si pia regina in suis necessitatibus apud confessarium solatium quaesivit et s. Ioannes regi iniustitiam obiecit. Valde etiam probabile est, regem has confessiones aegre tulisse et de iis interrogasse. Cum autem nihil regi responderetur, rex furore incensus confessarium interficere decrevit, occasionemque aptam expectabat. Quae, etsi parum reapse verum consilium tegere potuit, visa est ei confirmatio abbatis Kladrubensis contra voluntatem regis, cuius tamen interdictum ab iis, quorum intererat, ignorabatur. Ideo propria manu Sanctum, cum occasionem nactus est, vexabat, ideo ori eius lignum ingeri iussit. Nuntii de submersione s. Ioannis tales sunt, ut alias ac fictam causam nobis indicent.

Fontes enim alii de causa silent, alii (cf. Höfler, Gesch. d. hus. Bew. I. 5) peccata regi obiecta indicant vel expresse detrectatam sigilli confessionis violationem afferunt (Ebendorfer, testis fide dignissimus, et P. Židek, cuius auctoritatem S. bonis rationibus defendit). —

Nürnberg tamen in Jahresbericht der Schlesischen Gesellschaft für vaterländische Cultur 82. (1904) V. Abt. p. 30. e silentio Ludolphi abbatis de causa sigilli conicit ne famâ quidem tum (1417) eam notam fuisse et demum postea quacumque ratione fictam esse.

Ex eo, quod archiepiscopus in accusatione regis de confessione tacet, nihil sequitur, quia affert tantum causas publicas; neque silentium Sophiae reginae de vera causa aliud probat, cum nemo eis se iactare soleat, quae ipsi dedecori esse possint.

Unde concludendum est: quia nulla alia sufficiens causa mortis

S. Ioannis afferri potest, tenendum est, quod narratur, hanc fuisse sigillum confessionis.

Ab hae quaestione S. transit ad quaestionem, quando Io. Nepomucenus vixerit et ostendit errorem in bulla canonizationis receptum de anno, quo submersus sit 1383, quo Paduan venit iurisprudentiae studiosus, loco 1393), nihil pertinere ad vim canonizationis.

Cultus Ioannis Nepomuceni testimonia antiqua satis multa extant: qui regem non respiciebant, non modo beatæ memoriae virum appellabant, ut alii, sed martyrem sanctum, ut Ioannes de Genzenstein in accusatione regis et Ioannes O. S. A., qui huins archiepiscopi vitam scripsit (1400—2). Circiter a. 1480 in thesauro capitulo ad s. Vitum calix erat, in quo legebatur: „in honorem beati Ioanni Pomuk“ Alibi (post a. 1510) legitur: Beatus Ioanne de Nepomuk fecit, alibi agitur de altari contra sepulcrum, ubi beatus vir Io. de Pomuk positus est.

J. Bartoník.

Časopis katolického duchovenstva 1906.

Dr. Fr. X. Kryšťálek, Manželky Karla Velikého (De uxoriibus Caroli M.) p. 468—474. Prima legitima coniux Caroli M. fuit Himiltruda (quam Eginhardus, Vita Caroli M. Monum Germ II, 453 vocat »concubinam« i. e. inaequali [morgan.] matrimonio iunctam); alteram — sive vivâ primâ, et tunc certe invalide, sive mortuâ — duxit Desideratam (filiam Desiderii, Longobardorum principis), antequam comperrisset papam id fieri vetuisse; quam post annum repudiavit ut »ad propagandam prolem inhabilem, iudicio sanetissimorum sacerdotum« (Damberger, Synchroh, II. Kritikh. 176). Himiltruda interim certe defuneta, Hildegardam tertiam uxorem († 783) duxit; tum quartam Fastradam († 794), quintam (inaequalem) ignoti nominis, sextam Luitgardam († circa 800), septimam Mathalgardim (inaeq.), octavam Gersuindam (inaeq.), nonam Reginam (inaeq.), decimam Adalindem (inaeq.). — Praecepta ecclesiae matrimonialia Carolus non laesit.

Dr. Fr. X. Kryšťálek, Domitilly, římské mučednice (Domitillae, martyres Romanæ) 313—8.

Duae erant Domitillae ex genere Flaviorum ortae, consanguineae invicem, simulque consanguineac Vespasiani, Titi, Domitiani imperatorum. Domitillae Senioris mater erat filia Vespasiani, Flavia Domitilla, maritus T. Flavius Clemens consul, cuius pater, Titus Flavius Sabinus tempore Neronis praefecturam Urbis gessit et valde clementem erga christianos vexatos se exhibuit. Filius eius, Flavius Clemens sub Domitiano ut christianus martyrium passus, uxor eius Domitilla in insulam Pandatariam (hodie Santa Maria vocatam) expulsa est. Alia fata eius ignoramus; quid libertinus eius contra Domitianum ausus sit. Philostratus, Vita Apollonii VIII, 25 narrat.

Domitilla Iunior nata erat ex sorore Flavii Clementis, Plautilla, quae a s. Petro baptismum suscepit. Domitilla Christum confessa in insulam Pontiam relegata est.

An. 1593. doctus Bosius repperit celebre illud coemeterium Domitillinum, in quo nuperrime vera imago ss. Petri et Pauli apostolorum inventa est. Quae et notae utriusque indoli conuenit, et descriptioni Nicephori Callisti respondet (H. eccl. II, 37) et Iudeos, non addito decore, exhibit. Pretiosam igitur rem familiae Flaviorum debemus.

A. Špaldák, Čemu učí východní Otcové církevní o posvěcující milosti P. Marie před smrtí jejího Syna. (Quae sit Patrum ecclesiae orientalis doctrina de gratia sanctificante B. Virginis Mariae ante ipsius Filii mortem) p. 161—5.

Notum est Patres Graecos (auctor citat etiam Augustinum Tr. in Ps. 91 et Afrem, Lamy I, col. 56) negasse Spiritum s. ante Christi

mortem in ullo homine inhabitavisse; gratiam autem sanctificantem, ad quam per generationem efficiendam Spiritus s. ut »principium coniunctum« hominibus conceditur, patet intime cum inhabitacione Spiritus s. cohaerere. Accedit quod s. Io. Chrysostomus concedit quidem Iudeos gratia salvatos esse, sed non gratia Spiritus, quae apud eum secundum Katanskij (Hrist. Ct. 1901, I.) est, ubi ad sanctificationem refertur, ipsa gratia sanctificans. (Cf. In Io hom. 14, n. 2; in ascens. Dom. n. 13.).

Omissa quaestione, quomodo distinxerint illi Patres gratiam V. T. a gratia N. T. et adductis solum duobus locis, qui discrimini tali repugnare videntur (Athanasius, Or. 5; Origenes, Hom. 7 in Le) quaerit num saltem B. Virginem Mariam hoc donum Spiritus s. iam ante Filii mortem habuisse probari possit. Exceptionem enim in tali re etiam ille poterit in B. V. M. admittere, qui cum Graecis Patribus sentit; testis est Theophylactus. In praesent. Deip. n. 7.

Probatur autem B. V. M. habuisse gratiam sanctificantem iam ante Christi mortem 1^o e locis ss. Patrum, qui ei tribuunt »gratiam Spiritus« — non ad charismata sed ad sanctificationem spectantem. (Theodor. Stud. Hom. 2. in nativ. Op. n. 7; Mattheus Cantacuz., In Cant. 4, 10.); 2^o e locis aliis, quibus manifesto B. V. M. gratia sanctificans antecedenter ad Christi passionem et mortem tribuitur. E. g. afferuntur Georgius, De b. Virg. in templum recepta, 1 (Pitra, A. s. 1, 275); Theodotus Aneyr., Hom. 6, n. 11; Io. Damasc., In nat. Deip., Hom. 1, n. 10; Sergius Constantinop., Acathistus I, 24 (Pitra I, 261); cf. Psellus ap. P. de Meester, Le dogme de l' immacul. conc. 1906, p. 57: λαμπρυνομένη ἐν ἀγίῳ πνεύματι τῇ κατὰ γάριν θεώσει.

3^o e locis illis, quibus B. V. M. praedicatur ut creatura Dei vere similis, qua similitudine Adam privatus sit. (Photius, In nat. Deip. M. 102, 556, C). Quodsi nonnulli Russorum theologi negant Adamum Spiritum s. habuisse, manifesto testimoniis ss. Patrum (Macarrii Aeg., Hom. 12, n. 6.; Cyrill. Alex., In Io 2, c. 1.; De Trin. dial. c. 4; Iren. Adv. haer. I. 3, c. 23; Basil., Adv. Eunom. I. 5. M. 29, 727; Serm. asceet. n. 1.) repugnant.

4^o Cum propterea B. V. M. antonomastice vocetur ἡ Θεόπαιδ (v. g. a Tarasio, In praes. Dp. n. 7) etiam hinc argumentari licet; item inde, quod natura ipsius dicatur esse supra naturam (Io. Geometra, In annunt. Dp. n. 10); immo vei inde, quod templum Dei vocatur, quod propter Spiritum s. iure fieri Cyrillus Alex. (In Io 7, 39) docet.

5^o Si gratia sanctificante ornata non fuisse, »prima post primum« abstrahendo ab ipsius maternitate cum Isidoro Thessal. (In ann. Dp. n. 10) appellari non potuisse, nisi cum Primasio (In Rom. 8) Spiritum s. in angelis inhabitare negetur. Neque angelus ea conspecta gloriam Dei se videre putans a Germano I. (In ann. Dp.) fingi potuisse.

6^o B. V. M. non solum antonomastice vocatur ἡ κεχαριτωμένη (Iacob. Mon., In visit. Dp. n. 33) sed propter hanc angelicam salutationem omnibus gratiis Spiritus s. impleta esse dicitur, etiam missi super apostolos Spiritus s. habita ratione ([Athanas.], In ann. Dp. n. 8; Io. Geometra, In ann. Dp. n. 10), et eis verbis, quibus Spiritus s. inhabitatio exprimebatur (ἐσφραγισμένην: Ἀκολουθία τοῦ ἀκαθίστου ὅμοιον Roma 1903, p. 48) designatur.

7^o Afrem (Hymni et serm. ed. Lamy II. col. 588) expresse dicit Spiritum s. in B. V. M. inhabitasse ante Christi mortem.

Denique 8^o additur argumentum quoddam a priori: Deum certe gratiam sanctificantem B. V. M. donare potuisse, et, si potuit, revera donasse (cf. Basil. Seleuc., Or. 39 in ann. Dp. n. 6.).

Ad Špaldač, Námítky ruských theologů proti nauce o neposkvrněném početí Panny Marie. (De obiectionibus, quas Russorum theologi contra immaculatam Deiparae conceptionem adducunt). p. 50—6, 100—6.

Mirum est quod inter Russorum theologos non desunt, qui ne notionem quidem veram doctrinæ de Immaculata Deiparae conceptione, quam reiciunt, habent; quod auctor ostendit ex arhim. Avgustin, Rukovodstvo k osnovn. bogosl. 1898, p. 257.

Objectiones eorum sunt:

1. Si peccatum originale non habuisset, B. V. M. salvatrix mundi esset, Verbi incarnatione opus non fuisse.

Auctor respondens negat hoc ad notionem Salvatoris sufficere, ut sit homo sine ullo peccato; provocat ad Cy rillum Alex., Ep. 50 ad Valerian. et tractatus theologorum catholicorum de Verbo incarnato.

2. Christus omnes homines redemit; atqui, si B. V. M. libera fuisse a peccato originali, redimi non potuisset.

Ad hoc respondeatur cum A. Ballerini (Sylloge monument. I, 202) etiam a Graecis vocari Deiparam servatricem regiae urbis, quam non liberavit occupatam sed a periculo occupationis.

3. Doctrina Romana repugnat scripturae s.: Rom 3, 23; 5, 10, Io 3, 6; Gal. 3, 22; Ps. 50, 7.

Respondeatur traditione prohiberi, quominus Ps. 50, 7, Rom 5, 12 etiam B. V. M. comprehendatur; deinde A. Malcev citatur (Antwort auf d. Schrift des hochw. H. Domcap. Röhm. 1896, S. 68), qui omnino concedit nullam repugnantiam adesse.

4. (et principalis): »Novo dogmate nexus inter mortem et peccatum tollitur« (Homjakov); scilicet peccatum originale ab adversariis in ipsis culpae Adami sequelis ponitur.

Respondeatur etiam Christum Dominum aliquo modo sequelas peccati Adami tulisse, cum non solum homo sed etiam caro factus sit; viam crucis, passionem non esse omnino necessariam ad salutem adipiscendam, ut patet in infantibus morientibus. Denique B. V. M. id accepisse ab origine, quod nos baptismo accipimus.

Porro fundamentum obiectionis exponitur et examinatur: doctrina de essentia peccati originalis. Quod a Russorum theologis ponitur vel in concupiscentia, vel in privatione integritatis et immortalitatis reiectae a solo Adamo, non a nobis (Philaretus); in quo cum baptismi effectu componendo Graeci theologi desudant (Andrustos, Δοκίμιον συμβολικῆς 158). Itaque negant peccatum originale in nobis ullo modo culpam esse, quod, si non Augustinus, Cyprianus primus statuerit (Kremlevskij); ἀμαρτία Rom 5 idem esse atque »aliam legem« Rom 7, 11. 20. (Kremlevskij); ἀμαρτῶν idem esse ac »praebuerunt se peccatores«, ut Afrem, Io. Chrysostomus, alii rem conceperint (Kremli); argumenta Augustini, etiam illud ex infantium baptismo ductum, vana esse; baptismum regenerationem esse, non semper ablutionem (Kremli).

Hanc doctrinam auctor docet repugnare doctrinæ Graecorum Patrum (Basilii, Or. de paradiso n. 4: τῆς ἀμαρτίας τῆς ἐμῆς, δὲ τῆς .; Sophronii, Or. in laud. s. Io. Bapt. n. 4.: ὅπερ τῆς ἡμῶν παρακοῦσε τὸ κατάκρυψα; Germani Cp. II., Serm. in ann. Dp. n. 8: τῷ γὰρ ὅφε πάλαι πεισθέντες ἡπεισθήσαμεν) et libris symbolicis (Pravoslavnoe isповѣд. kat. apostol. vost. cerkvi I, v. 24: cum Adamo omnes homines peccaverunt, cum in statu naturae integræ omnes in eo fuerint).

Si nulla culpa in posteris Adami esset, peccatum originale eis remitti non posset, quod baptismo fit; etiam hoc pertinet obscuritas notionis remittendi peccata (cf. Slav. litt. th. II, 62—3). — Baptismum autem ablutionem significare et scriptura (Act. 22, 16) et Patres (v. g. Gregor. Naz., Carm. l. 1, s. 1, c. 9, v. 77—9) expresse testantur. Secundum synodum Constantinop. a. 1672 et Conf. Dosithei infantes non baptizati, cum eis non possit remitti peccatum originale, subiacent oceanae aeternæ peccati. Ipse Makarij (Bulgakov) docet baptismo fieri homines ex nocentibus, reis coram Deo, innocentes, puros; neque enim puros aut innocentes nasci. Ubi auctor notat verbum »purificari«, cum epitheton illud B. V. Mariae tributum adversarii de castitate explicare soleant, quod hic de libertate a peccato originali adhibetur.

Peccatum Adami posteris secundum scripturaam s. imputari probatur secundum D. Palmieri e Rom 5, 12: mortem ibi statui esse poenam, non solum effectum peccati, cum s. Paulus dubitationem, num singuli pro peccatis suis personalibus moriantur, ratiocinio illo evertat: nemini imputari peccatum, ut pro eo puniatur, nisi lex, quam transgressus est, poenam transgredienti proposuerit; atqui homines morte iam ante legem Moysis mortem statuentem, morte punitos esse. Neque infantes propter personalem culpam mori; omnes tamen ex eadem causa mori: quia peccaverint omnes.

His tamen adversarii nondum confecti sunt. Admissam enim culpam in privatione gratiae sanctificantis consistere negare possunt: Adamo nihil supernaturale ademptum esse, quod nec accepisset, sed naturam eius esse corruptam.

Auctor ostendit autem et Adamum gratiam sanctificantem habuisse, auctoritati Macarii Aeg. (Hom. 16, 4) oppositâ auctoritate Cyrilli Alex. (M. 75, 1113, A), Athanasii, De Trinit. et Spir. s. 18, Severiani Gabal. Or. 5 de opif. mundi; neque naturale quicquam nos peccato illo perdidisse, quod et Patres Graeci (Cyrillus Alex. In Io. 7, 39) et concilium Hierosolymitanum a. 1672 clare docent. —

Non felicius adversarii negant traditione contineri doctrinam de immaculata conceptione, nimis urgentes quaedam verbas. Vincentii Lirinensis; quae vera sunt, quatenus traditione ipsa probantur et cum aliis eiusdem auctoris sententiis convenient; praeclera s. Gregorii Naz. verba Or. 31 (al. 37), n. 26 (M. 36, 161—2) omnino catholicam de evolutione dogmatis doctrinam exprimunt. Cf. Augustin., De bapt. c. Donat. II, 3. — Si quis negat quidquam superesse, quod definiatur, aut caecus est, aut ecclesiam infallibilem s. Scripturae interpretem esse non agnoscit. — Ceterum etiam inter Russorum theologos sunt, qui de evolutione dogmatum bene sentiant. E litteratura, quam auctor largam etsi non completam affert, omissis scriptis occidentalibus (Newman, Kleutgen, Franzelin, Tournebize, Dörholt, De la Barre, Bainvel, Prunier, de Meester, Perrone, Regnon, Urban, Anonymo¹)) iuvat afferre Russica: V. Solov'ev, Dogmatičeskoe razvitiie cerkvi v svjazi s voprosom o soedinenii cerkvej (Pravosl. Obozr. 1885, N. 12); V. Solov'ev, Otvét anonimnomu kritiku po voprosu o dogmatičeskom razvitiu v cerkvi (Pr. Ob. 1886, N. 5—6); Š. K voprosu o dogmatičeskom razvitiu v cerkvi; otvét na »otvét« g. VI. Solov'eva (Vèra i R. 1886, I, N. 2); A. Kirëev, Něskol'ko zaměchanij na stat'ju VI. Solov'eva o dogmatičeskem razvitiu cerkvi, v svjazi s voprosom o soedinenii cerkvej. 1886; V. I. Kristi, Čemu učit teorija razvitija dogmatov (Prav. Obozr. 1887, N. 2); V. Nesmělov Dogmatičeskaja sistema sv. Grigorija Nisskago (Prav. Sobes. 1887, II); V. Solov'ev, Istorija i buduščnost teokratii. Zagreb 1887, 28—58 Sobr. soč. t. IV, 251—301; Anonyma (Volkonska), O cerkvi. Berol. 1888, 231—254; N. Běljaev, O katolicizmě. Kazan' 1889. p. 15—65; Ioann ep. Smolenskij, Bogoslovskija akademicka Čtenija Spb. 1897, 1—5.

Quod ad singula testimonia Patrum ab adversariis prolata attinet, respondetur Spiritum s. Le. 1, 35 B. V. M. purificasse (Afrem, Iacobus Sarug.), ut »sanctior fieret, quae sancta erat« (Antipater Bostr., Ioannes Geom., Io. Euchait.; Ios. Hymnogr.); neque aliud intelligi potuisse, cum alioqui nemo in V. T. liber a peccato originali mortuus esset. Deinde solum Christum a peccato originali liberum fuisse (Antipater Bostr., Eusebius Alex., Eusebius Emissen., Leo M., Origenes, Ambrosius, Scotus Erigena) a catholicis vero sensu teneri potest, quem indicat Isidorus Thessal., In nat. Dp. n. 17: Christus solus ex se liber a peccato fuit; matrem autem simillimam ei esse decuit; unde unica exstitit ἀφθάρτης πάντως. Tum quod corpus B. V. M. caro peccati a non nullis vocatur mirum non est; nam Christum quoque carnem peccati habuisse dicunt. (Tertullianus, Hilarius, Proclus, Theodosius, Greg.

¹) La question religieuse en Orient. Paris 1854, 13—54.

Naz.) Denique, si quidam posteriorum (Ruperti, Godefridi Adm., Bernardi) loci difficiliores sunt, etiam alia dogmata similibus fatis obnoxia fuerunt.

A. Špaldač, Nauka katolické církve o milosti. (Doctrina ecclesiae catholicae de gratia). P. 397—408; 449—467; 588—589; 638—649.

Auctor 11 thesibus ea comprehendit, quae in tractatu de gratia exponuntur, respondeens ad theologiam Russorum, qui fere totam doctrinam scholasticam de gratia reiciunt. Priore parte de auxilio divino ad actus salutares agit, altera de divina natura christianorum.

Thesis I^a est: Deus ipse in via ad salutem nos adiuvat, efficiens in nobis cognitionem illustratione et doctrinali et impulsiva. — Thesis II^a: Hanc cognitionem Deus in nobis produceit nonnunquam immediate vel saltem fere immediate. Id probatur analysi textuum Mt. 11, 25 et Eph. 1, 16—19. — Thesis III.: Deus sibi obligatus est omnes iuvare, qui viribus naturalibus finem suum assequi non possunt. Etiam hoc auxilium vocari posse gratiam triplici ex capite explicatur; non posse tamen Deum tale auxilium dependens facere a nostra eius petitione. E duabus sententiis in theoria de defectu aequilibrii arbitrii humani propositis approbatur ea, quae a priori libertatem elementum principale in idea hominis esse statuit, contra eam, quae natura humana a posteriori considerat neglectaque inquisitione de identitate naturae empiricae cum ideali hominem sine gratia supernaturali et indebita finem adipisci numquam posse ponit. Unde vel contra Russorum theologos (Malinovskij, al.) negandum est Deum corpus cum anima coniungere potuisse ita, ut concupiscentia evitaretur, vel inter naturam idealem et empiricam — turbatis condicionibus idealibus ante Adamum ortam — distinguendum. — Thesis IV^a: Ad auxilium, quod nobis vera praebet, Deus obligatus non est; quia a) spectat ad filiationem divinam adipiscendam vel conservandam et b) quia saltem largior esse solet, quam opus est (Mt. 11, 25; Lc 22, 32).

Thesis V^a: Aliquo auxilio divino indigemus de facto, idque 1) quia Deus nobiscum agit quaecumque agimus (August., De sp. et lit. c 33 4); 2) quia (ut sequelae peccati orig.) concupiscentiae obnoxii sumus; 3) quia alioqui non in coelum, sed ad summum in limbum puerorum perveniremus (Anselm., C. D. h. I., c. 22: propter diaboli potestatem super nos); 4) fortasse etiam ideo, quod Deus velit, ut ad finem supernaturalem nos disponamus; 5) certe non ideo, quod in quibusvis condicionibus etiam viribus (saltem remote) sufficientibus instructi peccaremus, nisi Deus sive ipso actu sive possibilitate actus concessa nos invaret; 6) sed etiam ideo, quia nemo nostrum (nisi B. M. V.) viribus sufficientibus instructus, reapse semper et in omnibus circumstantiis Dei partes sequeretur; 7) fortasse etiam, quia nemo nostrum actus praeparatorios ad iustificationem (actum fidei) in omnibus circumstantiis poneret; 8) immo fortasse etiam ideo, quia nemo reapse ullum peccatum vitaret, quod non in aliis circumstantiis, viribus sufficientibus instructus, committeret.

De necessitate auxilii propter concupiscentiam disserens auctor initio solum statuit auxilium (gratiam) vel sufficiens (ut homo non peccare possit) vel efficax (ne homines de facto peccent) esse necessarium, et quatenus concupiscentia sit naturalis, finem nostrum moralem esse supernaturalem (Gennadius). Quaestionem autem ingressus, sitne sufficiens necessarium difficultatem contra positivum responsum e conceptu obligationis petitam sententia de necessitate aequilibrii voluntatis restituendi solvere conatur.

Ubi de necessitate auxilii ad dispositionem ad finem supernaturalem agit, exponit rationes et partis affirmantis, quas cum Schi fini ratione et Patrum testimoniis solvit, excepto arguento ex analysi textus Io. 15, 1—6, et partis negantis (ad quam etiam Russi pertinent), quae sumuntur e modo Patrum certandi cum Pelagianis et Semipel., e proprietatibus auxilii contra hos haereticos affirmati, e rationibus

contra eos prolatis, e textibus Patrum opinioni partis adversae directe contrariis, denique ex inutilitate tendentiae formalis ad gratiam sanctificantem, ad quam quidem homo in nostro statu formaliter tendere debeat, sed per accidens, quia propter aliam causam filius Dei fieri debeat.

Inquirens causam mirae — si matheinatice spectetur — rei, quod nemo hominum in omnibus circumstantiis Dei partes sequeretur, ita, ut a sola voluntate pendere posset consecutio beatitudinis (quae solum e rationibus 2) et 3) veri nominis gratia esset), statuit aut rationem in hac re quodam defectu laborare, quem explicari oporteat, aut posteros Adami e possibilibus hominibus scientia media praelucente electos esse, fortasse ne quis peccato originali oneraretur, quem a personali liberum evasurum in omnibus circumstantiis praescitum esset; qua sententia sola doctrinam s. Augustini de massa damnata deque libertate Dei in hominibus eligendis et reiciendis salvari, etsi non explicari. — Ea ratione necessitatis auxilii admissa nondum necessario statuitur causam praedestinationis esse in eo, quod peccatum prævisum ut condionate futurum in aliis re eveniat in aliis non eveniat.

Duae ultimae necessitates auxilii divini in traditione potissimum fundantur. Contra Russos (Sergij) probabilitas etiam ultimae defenditur; aliae autem obiectiones — ex eo, quod ita non bene explicetur cur Deus aliquos condemnet, e persuasione sanctorum de existentia hominis nequissimi, ex inhonestate desiderii talis ordinis gratiarum, ut potius duo alii in caelum veniant, quam ego unus, e Lc. 16, 31 (vel etiam [arg. Bovilli] ex Eccl 15, 11—2), e traditione (Io. Chrysost., Eph. Hom. 1, n. 2; Augustin., Ep. 102, n. 15 etc.) — in medio relinquuntur. Eis non obstantibus sententia haec amplectenda videtur, quia si erronea sit, non nocet, sed oppositum tenere, si verum non est, nocet.

His expositis latius explicatur Conc. Arausic. II, en 7 triplici modo de necessitate gratiae stricte dictae; item Conc. Trid. S. 6, cp 5; ubi tamen verbis »Converte nos« non bene convenire explicationem de necessitate entitativae supernaturalitatis notatur, nec illud »abici potest« aut illud »movere se ad iustitiam« aliis sententiis obstarre.

Thesis VI: Deus hominem ad divinam naturam elevare intendit. Hoc doctrinae catholicae caput a Russis neglectum probatur e scriptura et traditione, additurque argumentum rationis in sententia scotistica de idea creatoris et causa incarnationis Christi, cui theologi Russorum non favent (ep. Ignatij, N. Gluboko v skij). — In quaestionibus adiunctis agitur de angelis, de quibus traditio non est concors (Io. Damasc., Primasius — Basilius, Ambros.); analogiam negatur esse bene fundatam. Deinde agitur in opinione positiva de eo, unde hanc elevationem nacti sint. A Christo angelos ditatos esse nonnulli Patres et theologi (Suarez) docent. Tum agitur de causa elevationis naturae humanae deque genuina notione supernaturalitatis. Licet per se in lapsu originali fundata esse possit elevatio, auctori tamen videtur (cum Basilio et al.) esse pars essentialis vel ipse «nucleus» ideae creatoris. Quo posito alii (cum s. Thoma, Bonavent., Al. Halensi) a priori (et ex eo, quod angeli lapsi de facto supernaturali sanctitate caruisse videntur) sentiunt »ultimam beatitudinem, quae facultatem naturae excedit« in idea pura creatoris fuisse »naturae finem« et in fine concedendam. Alii (Basilius etc.) ex analogia cum homine angelos in gratia creatos esse coniiciunt, quod argumentum (cum Suarez) infirmum iudicatur. Quodsi haec sententia tamen teneatur, negandam esse dispositionem ad gratiam in angelis, quippe quae e modo conceipiendi priore (aprioristico) sumpta sit — et mirum ponit, si omnes angeli (primitus) disposuisse se dicantur. Sententiae priori non obesse statum supernaturalem Adami in paradyso, qui in hypothesi de praestando ab Adamo (per accidens) opere quodam redemptorio non posito in prima idea creationis — optime explicetur; quae hypothesis e 2 Petr

2, 18, 19 et e Patribus confirmatur neque Russis (Vl. Solov'ev) ignota est.

Th. VII.: Divinam naturam generatione accipimus. Filiationem nostram similiorem esse naturali quam adoptivae exponit et thesis, etiam a Russis nonnumquam expresse agnita (Svetlov), e scriptura et Patribus probatur. — Th. VIII. Spiritus s. est principium effectivum huius divinae naturae. Id imprimis ex imaginibus biblicis de semine, sigillo, igne probatur, quibus terminis Spiritus s. ipse (non, ut nonnulli Russorum theologi opinantur, eius effectus) significatur. — In quaestione de formal causa filiationis divinae negatur nos propter coniunctionem cum Spiritu s. vocari posse filios Dei, etsi Dei vocari possimus. — Th. IX. Spiritus s. etiam quoad operationem procedit a Patre per Filium. Discrimine inter modum concipiendi ss. Trinitatem apud Patres et apud scholasticos exposito, e scriptura probatur et in operando in genere et in opere sanctificationis Spiritum s. procedere a Patre per Filium, quod ss. Patrum testimoniis confirmatur. — Unde sequi nos esse filios Dei Patris, non totius Trinitatis; testimonia contraria (Macarii et Afrem) explicantur. — Th. X. Peccata in N. T. non remittuntur sine elevatione ad divinam naturam. Quod dupli modo explicari potest: in sententia de necessitate meritorum ad finem supernaturalem consequendum (th. V., 4) et abstrahendo ab ea e necessitate satisfactionis (cf. Sl. l. th. II., 63). — Th. XI. Spiritus s. cum iustis permanenter coniunctus est. Haec coniunctio determinatur ab auctore tantum negative et ex effectu, ita ut sit talis, qua ipsa naturae divinae participes simus, et qua actus nostri, etsi non omnes etiam Spiritus s. sint (ut esset in unione hypostatica) tamen etiam immediate ab eodem, quatenus meritorii sint, valorem accipient. — Quaestio absolvitur expositione de coniunctione Spiritus s. cum peccatoribus hic et post mortem et de coniunctione cum iustis in statu termini.

His thesibus contigit auctori doctrinam de gratia, vitata terminologia scholasticorum, a qua Russi abhorrent (pag. 398—9), comprehendere.

A. Soldát, Jindřich de Segusio, kardinál ostijský, iuris utriusque monarcha, a jeho Zlatá Summa. De Henrico de Segusio eiusque Summa aurea. P. 19—25; 183—9; 258—64; 417—22; 487—93. Exposita vita celeberrimi canonici nominati sententiae e Summa eius excerptae proponuntur. Adnotationes, certe non superfluas, desideravimus, e. g. ubi refertur de opinione papam ab obligatione confitendi exemptum esse (tit. 38; p. 262) »sicut tenent Graeci.« E sententiis eius allatis aptas existimo, quae hic notentur: papam in canonizatione posse errare (l. 3., de reliquiis; p. 188) et esse »magis piam et catholicam« opinionem, precibus ecclesiae iuvari non posse in peccato mortali defunctos (p. 420).

A. Soldát, Za nerozlučnost manželství. Pro matrimonii insolubilitate. P. 41—9.

Auctor magis contra liberales agit et atheistas, nec demonstrandae subtilius doctrinae ecclesiae de matrimonio operam dat, cuius rei difficultates saepe in nostris commentariis explicatae sunt (cf. e. g. p. 18). Omissis pudoris et familiaritatis rationibus ex sola amoris essentia probat naturae humanae magis consentaneum esse, ut matrimonium initum nunquam solvatur (p. 43). Quo facto mirum est, quod p. 46 concedit matrimonium solubile declarandum esse, si contractus mere civilis esset. Vis enim argumenti maxima contra eos, quos impugnat, in eo videtur esse, quod rei publicae esse non potest curam specialem gerere illorum et tutelam legis praebere illis, qui minus honesta appetunt, divertii nempe copiam, sed profecto illis providere eosque legibus tueri et non impedire, qui honestius et humana natura dignius aut insolubile matrimonium inire volunt aut a matrimonio abstinere, ut omnes christiani, vel saltem catholici. Si enim verum est, quod nonnulli (e. g. Castelein, Le rigorisme p. 248) dicunt probari stricte

non posse, insolubilitatem matrimonii esse de lege naturae praecipienti, aliud efficax argumentum contra hoc adversariorum genus vix restat.

Quae auctor ad argumenta contraria respondet, bona sunt; fortasse tamen efficacius et plenius responderi potuit.

Jan Hudeček: Ježíš Kristus učitelem. — Jesus Christus qua magister. P. 32—38; 96—100; 189—195; 238—243; 340—345.

Christi magistri excellentia cognoscitur ex scientia e triplici fonte manante (visione beatifica, scientia infusa, acquisita) auctoritate et imprimis e methodo docendi. Quaecumque docuit in id conspirabant, ad quod educare homines voluit, ad vitam aeternam. Hominis educandi nec mentem nec cor negligebat. Menti et profunditas, celsitudo doctrinae, et genus dicendi facile intellectu, simplex clarum, concretum exemplisque ac similitudinibus ornatum et dexteritas in dolis quaestionum perimendis satisfaciebat. Cor efficacissimis rationibus (Io 10, 14—6; 14, 30; 15, 9—15; Le 12, 24—8; 9, 23—5; 12, 4—7; Mt 18, 2—4; 23, 37; 11, 28; 12, 46—50; 22, 48 etc.) movebatur.

Discipulos honorabat, status, indolis, ingenii eorum rationem habebat (Io 3; Le 7; 15 etc.)

Auctoritas Christi magistri praestantissimis innitebatur fundamentis: sanctitate (Io 8, 46) et amore divino erga homines (Mt 11, 5. 28 etc.)

Solis Iudeis evangelium nuntiavit, et ut promissa Patribus impleret, et quia Iudei fide Deo proximi erant, et ne Iudeos offenderet et, quia ante mori voluit quam evangelium crucis orbi innotesceret.

Cur nihil scripserit, optime explicavit s. Thomas, S. th. III., q. 42, a. 4.

Ideem Christus, qui docuit apostolos, docet et nos non solum per ecclesiam sed etiam per effigiem sui ab apostolis nobis traditam; nec laus effectusque magisterii eius unquam minuitur. (Thom. Keimp. I., 3).

J. Ruprecht.

Dr. Alois Soldát: 0 jedinosti a nerozlučitelnosti manželství.
Vzdělavací knihovny katolické svazek XLI. (**De unitate et indissolubilitate matrimonii**, conscripsit Dr. Al. Soldát, prof. theol. fac. Boh.) Pragae 1906. Typis typogr. Cyrillo-Meth. V Kotrba. 8^o pag. 174. Pretium 2 K.

Inter opera Bohemica, quae currente anno 1906 ad cohibendos contra sacramentum matrimonii impetus typis edita sunt, primum locum occupat supra nominatum opus Dris Al. Soldát „De unitate et indissolubilitate matrimonii“, quoniam auctor exponit non solum generales notiones et doctrinam ecclesiasticam de matrimonio, sed etiam respectu habito ad socialem, moralem et oeconomicam miseriam nostrae familiae remedia indicat, quibus coniunctio maritalis re vera bona matrimonii afferre possit. In praefatione promittit auctor se plus suo libro expositum esse, quam stricta notio unitatis et indissolubilitatis continet, et huic voto satisfecit.

I. In prima parte matrimonium in ordine naturali considerat. Originem et notionem coniunctionis maritalis depingit iuxta doctrinam revelatam et iuxta falsam doctrinam rationalisticam. Essential contractus matrimonialis exponit, differentiam eius a ceteris civilibus contractibus demonstrat et fines matrimonii enumerat. Tractatus de proprietatibus matrimonii, scil. de unitate et indissolubilitate, maximum spatium libri occupat et ad principale argumentum totius operis adnumerari potest.

II. Pars secunda sacramentalem characterem matrimonii prae oculis habet et solide demonstrat. Ius legislationis respectu matrimonii ecclesiae competens nec non iurisdictio eius in causis matrimonialibus dogmaticis et historicis argumentis evincuntur. Adducta relatio ecclesiasticae potestatis ad civilem in causis matrimonialibus ad practicum pretium libri spectat.

Influxus sacramentalis solidissimum fundamentum ad servandam unitatem et indissolubilitatem contractus maritalis praebet et propterea etiam haec pars libri diligentissime ab auctore absolvitur. Mentio fit etiam de separatione a toro et mensa.

Novissima infastis econamina ad introducendam facultatem divortii auctor argumentis statisticis et citatis reflexionibus multorum auctorum feliciter refutat.

Commemorata libri divisio non cohibet repetitionem nonnullarum reflexionum, quo tamen pretium libri minime minuitur. Opus hoc optimus dux erit clero et populo Bohemico ad refutandos „reformatores“ matrimonii propterea, ut a multis legatur, meretur.

Th. Dr. Fr. Reyl.

P. Adolf Spaldák, **Nauka katolická o milosti (Doctrina catholica de gratia)**. Ex articulis »Časopis kat. duchovenstva« desumta. in 8º pagg 51. Pragae 1907.

Dissertatio haec non continet, quod inscriptio per se manifestat, sed ab auctore ipso materia tractanda restringitur ad ea, «quae certa sunt» collecta eum in finem, ut appareat, in quibus doctrina catholica ecclesiae occidentalis cum theologia ecclesiae Russiacaæ conveniat.

Laudanda mihi imprimis esse videtur haec intentio auctoris et invitandi sunt omnes scriptores catholici, linguarum Slavicarum gnari, ut collatis viribus communem Latinis et Orientalibus fontem universi depositi fidei usque ad saeculum IX. et XI. iterum iterumque indigent et differentias deinde exortas, ad normam principiorum, per tot saecula utrisque communium, luce veritatis et fervore caritatis componant propter finem — unitatis.

In statuendis »veritatibus certis« de gratia iuremerito eliminantur ab auctore omnes opiniones et controversiae scholasticae. — Eo magis recurendum erat ad fontes authenticos, ad definitiones doctrinæ catholicae et damnationes hacresum, gratiam per defectum deprimentium in Pelagianismo eiusque sequelis in semi-pelagianismo, vel per excessum extollentium in Lutheranismo eiusque sequelis in Jansenismo. Brevis synopsis historico-critica de vero statu quaestionis inter Pelagianos et ecclesiam catholicam, cuius nomine Augustinus doctrinam catholicam defendebat, est necessaria ad rectam exegesim textuum Augustini, aliorumque Patrum et conciliorum Carthaginiensium (412—18) p. 3, Diospolitani (415), Milevitani (416), p. 10, Romani (ep. tractatoria Zosimi 418) et Ephesini (431) nec non (contra Semipelagianos) Arausicanii II. (529). p. 17. 22. 29. Quae auctor p. 17 notat, secundum doctrinas suae aetatis, non posterioris, explicanda esse.

Significatio diversa nominis »gratia« in his fontibus occurrentis et in ipsa operis inscriptione ab auctore adhibiti, debuit iam in statu quaestionis figendo exponi (cf. Pravda III.), dona ordinis naturalis, vires imprimis intelligendi et liberi arbitrii distinguendae erant datâ operâ a donis gratiae necessariis cum limitatione (a Patribus et authenticis documentis) addita «quod ad pietatem, ad salutem pertinet, prout oportet ad salutem», quibus non ethica

bonitas actus simpliciter sed eius bonitas ad finem historicum supernaturalem exprimitur (cf. p. 3. 7. 22. 29)

Auctores celeberrimi, de gratia disputantes (e. g. Palmieri, Tract. de Gratia divina actuali, Galopiae 1885) plurimas veritates ut saltem theologice certas et communis theologorum consensu traditas docent, quas auctor noster, praeante Schifini (de gratia disp. 3, 12 n. 145) pag. 11 n. 4 seqq. dissensionum inter Orientem et Occidentem minuendarum gratiam in dubium vocat et canones Cone. Arausianii II. nec non Cone. Trid. sess. VI. (pag. 29) sensui suae opinionis accommodat.

Cl. auctor stabilito facto auxilii divini in via salutis humanae (Pravda I.—II.), inquirit (Pravda III., p. 4) rationem necessitatis huius auxilii, an sit auxilium concursus tantum naturalis an simul supranaturalis (Pr. IV.) relate ad diversum statum hominis sive naturae integræ sive lapsæ, exponuntur per extensem (pag. 11 seqq.) rationes dubitandi de efficacia argumentorum ad probandam necessitatem physicam gratiae interioris illustrationis et inspirationis ad omne opus salutare talis, quae esset entitative i. e. quoad modum realem supernaturalis, qua in sententia paucos reperiet, qui consentiant. Post theses universaliores de necessario auxilio divino transit auctor (Pravda VI. seqq.) ad specialia de regeneratione hominis eiusque elevatione »ad consortium divinae naturae per gratiam. — Via tractandi totam quaestionem, ut mihi quidem videtur, esset facilior et clarior, si cum hac, Latinis et Orientalibus communis doctrina de fine supernaturali filiationis in via et haereditatis in termino auctor incepisset et deinde media ad hunc finem revelata in Scripturis et Traditione, utrisque communibus, exposuisset.

Naturam et gratiam a primo instanti creationis hominis sese mutuo complevisse ad »imaginem et similitudinem Dei« formanda vix erit, qui dubitet. — De angelis ex analogia ad hominem iudicamus (pagg. 34—38). — Conceptum »filiationis divinae adoptivae« bene auctor ex generatione per gratiam exponit (Pravda VII., p. 38 seqq.). »Adoptivam« dici regenerationem per gratiam, respectu habito ad naturalem filiationem Filii Dei, eamque »adoptionem iuridicam in humanis longe superare, scite animadvertiscitur. — In repetitis modis dicendi »hominem fieri deum« (»božství dostáváme pložním«), quae ex Patribus transsumuntur, nunquam non omissenda est clara monitio et expositio de analogia tantum participatione vitae divinae eiusque principii, nominativum in abstractis »božství, divinitas«. Nostra aetas hebetior et tardior est ad capienda haec mysteria Dei, quam prima rei christianaæ saecula. —

Spiritum sanctum esse »principium effectivum« huius filiationis adoptivae in homine, optime exponitur (Pr. VIII. pagg. 40 seqq.). — Quod p. 44 dicitur sola relatione speciali ad Deum (»ponhý pomér«) non posse consistere hanc filiationem, intelligendum esse videtur cum distinctione hac: in sola relatione rationis hominis ad Deum — sine fundamento reali gratiae sanctificantis in homine — Concedo. Cum hoc fundamento reali gratiae, quae est causa filiationis formalis — informando et Spiritus s. terminando — Nego. — Lessum circa hanc quaestionem (p. 45) durius auctor accusat, ac si non satis distinxisset inhabitationem Spiritus s. in nobis ab unione hypostatica. Absit hoc a tanto ingenio.

Processionem Spiritus s. a Patre per Filium etiam quoad efficaciam Eius nos sanctificantem — recte cl. auctor sub finem opusculi exponit. (Pr. IX. p. 45 seqq.). — Minus placet, quod (p. 46) illud, quod apud Scholasticos praevallet in exponenda activitate divina ad extra, scilicet respectus Entis absoluti Unici, nimis urgetur ac si exclusivum esset — Non potest citra errorem tritheismi operatio Patris, Filii et Spiritus s. sanctificans homines, cogitari et describi citra objectivam relationem ad eorum internas processiones, cum operationes

ad extra sint veluti liberae extensiones ad extra vitae divinae interioris necessariae ad intra. —

Compleetur dissertatio declaracione, in ordine historico non haberi remissionem peccatorum citra regenerationem in Filium Dei adoptivum. (Pr. X. pag. 48). Thesi ultima (Pr. XI. pag. 49 seqq.) exponitur perennis Spiritus s. eum iustis coniunctio (inhaesiva), cuius efficientia est regeneratio et filiatio, a qua tamen uti »semen« a planta ex eo orta distinguitur. —

Difficillimam sane quaestionem de gratia et propter finem specialem conferendi eam cum theologia Russiaca magis adhuc spinosam, selegit sibi auctor aliis hac in re antesignanus. Vires ostendit rei tractandae pares; in quibus propter rei novitatem deficiunt, acclamamus ei animum addentes: In tantis voluisse, sibi aliisque viam stravisce — interim sat est.

Pragae, mense Februario.

Dr. Kordač.

Jan Sedlák, Eucharistické traktaty Stanislava ze Znojma.

(Tractatus eucharisticie Stanislai de Znoima.) Otisk z „Hlídky“ 1906. Str. 48 v 8º. Cena 60 h. V Brně 1906. Tiskem benediktinské ti-skárny. Nákladem vlastním.

Stanislaus de Znoima, universitatis Pragensis professor, initio novitatum Wiclefi propugnator audacissimus erat, immo vero etiam in hoc discipulum suum Ioannem Hus superabat. Ipse Hus crimi ei dabat, eum doctrinam Wiclefi de remanentia panis tenere. Viri docti scriptum Stanislai de hac re quaerebant, sed non inveniebant. Erat quidem iis omnibus notissimus tractatus ipsius „De corpore Christi at hic plane contrarium demonstratur; continet enim dissertatio haec doctrinam catholicam de non remanentia substantiarum panis et vini. Auctor ingeniose demonstrat, illum quaesitum tractatum haereticum in hoc orthodoxo latere; dein uberioris disserit de doctrina Stanislai et enarrat fata ipsius. Diligentissimae elucubrationi suaee auctor adiunxit textum tractatus Stanislai, sermonem magistri Iohannis de Štěkna contra remanentiam panis, iudicium commissionis theologicae de tractatu Stanislai et adnotationes historicas, quae in codice Vindobonensi tractatui adnexae sunt.

P.

Wenceslai Francisci Coelestini a Blumenberg: A) Autobiographia. B) Acta capitularia 1646—1674. Edidit Dr. Ioannes Nep. Sedlák. (Editiones archivii et bibliothecae s. f. metropolitani capituli Pragensis t. VII.) Pragae 1906. Pg. 128. Pretium 2 C.

Coelestinus a Blumenberg, canonicus metropolitanae ecclesiae Pragensis (* 1606 † 1674), scripsit de vita sua et de variis casibus, qui capitulo acciderunt, libellum, qui diu in archivo delitescebat et nunc primum foras datus est. Qui historiam ecclesiae in Bohemia subtiliter persequuntur, habent hic, unde hauriant; multa enim aliunde ignota in hoc fonte inveniuntur.

P.

František Fryč, Chronologie života Pána. (Chronologia vitae Domini.) Elucubrationes e »Publicatione periodica cleri catholici Bohemicæ« a. 1900—1906 seorsum expressae. Pretium 3 Cor. Pragae 1906. Sumptibus propriis. Prelo archiepiscopalis officinae librorum.

Magni momenti est chronologia biblica non tantum, ut melius intelligantur facta narrata, sed etiam ut demonstretur veritas eorum

contra negantes historicam authentiam Scripturae Sacrae. Quapropter permulti docti, tum catholici tum acatholici hac in re desudarunt, ita ut existant circiter 360 systemata chronologiae biblicae. Maximi autem momenti est chronologia vitae Domini, quia ab ea dependet quaestionum multarum earumque gravium solutio, quam hodie dum quaerunt docti.

Gravitate in re considerans edidit Franciscus Fryč opus satis amplum (286 pag.), cui titulus est »Chronologia vitae Domini.« Quo in opere clare et scite agit de anno, quo Dominus natus sit, quando publicam vitam incepit, quando eam egerit, quo anno demum mortuus sit. Omnia congerit, quae in singulis evangeliis inveniuntur, e quibus aliquo modo tempus singulorum e dictis eventibus erui potest. Ex. gr., ut statuat annum, quo Dominus natus sit, agit de stella Magorum, de occisione infantium, de Herode, de reditu in civitatem Nazareth, de annuntiatione nativitatis Ioannis Baptiste, de descriptione (censu) Cyrino.

Laudanda est methodus, qua clarissimus auctor in statuenda chronologia vitae Domini utitur, quippe quae unice recta hac in re mihi videatur. Affert scilicet distincte varias sententias variorum auctorum cum eorum argumentis desumptis e Scriptura Sacra, ex antiquissimis monumentis, e testimoniosis scriptorum antiquorum, tum christianorum tum non christianorum. A proprio iudicio auctor plerumque abstinet, attamen adicit in nonnullis locis adnotationes explicationesque suas. Quo fit, ut lector possit sibi iudicium, quod ipsis optimum videtur, comparare. Quod iudicium eo melius faciliusque comparatur, quod auctor copiosam litteraturam principaliorum factorum e vita Domini affert, quae cum chronologia aliquo modo cohaerent. Praeter tabulas et conspectus varios in textu contentos addidit auctor operi suo qua appendices conspectum annorum 690—824 ab U. C. iuxta varias aeras et cylcum paschalem 19 annorum Dionysii Exigui. Lectio operis huius quam iucunda tam utilis est. Cuius ergo chronologiae vitae Domini interest, tollat librum hunc et legat.

Obořiště.

P. *Franciscus Reindl.* C. SS. R.

Rádce duchovní. Pragae 1906.

V. Oliva, O národním jazyce při bohoslužbách. (De lingua domestica in liturgia) p. 62—72; 137—143; 203—211; 272—279; 344—349; 411—419; 489—495; 557—564; 617—693; 772—; 837—839.

Hac ampla commentatione exponuntur, quae ad usum linguae Latinae in liturgia, speciatim vero in missae sacrificio sunt dicenda. Duplici utitur auctor via, indirecta, qua multas contra usum huius linguae obiectiones solvit, directa, ubi probat Latinae linguae usum in liturgia maxime esse convenientem. Appendix modo proponit medium aliquam viam, qua ex parte conciliari possit usus linguae Latinae cum vernacula.

I. Liturgia Latinâ linguâ celebrata non dicit ad infidelitatem incredulitatemque.

Hoc probat auctor ex fine et conceptu liturgiae. Tribus constat conceptus liturgiae: a) manifestatione fidei subiectivae actibus externis exhibita, id est actibus in genere ad Deum spectantibus, b) actibus, quos Deus destinavit et accurate fieri praescripsit, id est, sacramenta (et adderem actus, quos ecclesia accurate determinavit, id est sacramentalia); c) horum praestantissimus actus, quasi sol inter stellas est missae sacrificium et a Deo et ab ecclesia accurate definitum.

Hanc liturgiae definitionem vari, maxime protestantici auctores male intellexere; adducit auctor Dr. Hermannum Hering, qui eam definit: »complexum actuum religiosorum«, qui ab ecclesia selecti iuxta ordinem et principia logicae religiosae in libris collecti pro servis ecclesiae ad publicum usum sunt destinati. Quod falsum esse patet.

Ex definitione supra allata patet triplicem esse finem liturgiae: a) latissimo sensu accepta satisfacit hominis naturali desiderio vitae

religiosae excitandae, alendae, augendae (finis ethicus,) b) strictiore sensu habet finem sanctificativum, id est, per sacramenta gratiam amissam reddit vel non amissam auget. c) finis missae sacrificii iuxta cone. Trident.: Docet sancta synodus sacrificium istud vere propitatorium esse, per ipsumque fieri, ut si cum vero corde et recta fide, cum metu et reverentia contriti ac poenitentes ad Deum accedamus, misericordiam consequamur et gratiam inveniamus. Huius quippe oblatione placatus Dominus gratiam et donum poenitentiae concedens erimina et peccata etiam ingentia dimittit. (sess. XXII. cap. 2.) Quod idem patet ex actis eiusdem concilii de fine ethico missae sacrificii. — Missae sacrificium nullo modo exposcit linguam domesticam, ut huic fini suo essentiali satisfaciat, quia »una eademque est hostia, (id est Christus Iesus) idem nunc offerens sacerdotum ministerio, qui se ipsum tunc in cruce obtulit, sola offerendi ratione diversa. (Trid. cap. 2.) Quod bene exprimit card. Bellarminus, non igitur requiri, ut populus intelligat id quod dicitur, sed satis esse, si Deus intelligat.«

Ut melius et accuratius iudicare possimus de usu linguae domesticae in liturgia, attendendum est ad characterem singularum actionum liturgicarum, quae: a) sunt quidem actiones symbolicae; quare consentaneum est, ut nativa lingua semper explicentur; at minimie id necessarium est, ut lingua domestica peragantur, cum actiones ipsae satis clare loquantur. b) actiones liturgicae debent quidem populo bene explicari, at non ad id sunt institutae, ut populum erudiant, sed iam eruditos in fide elevate et sanctificant. Quodsi obicitur saltem missae sacrificium esse in nativa lingua celebrandum, cum ibi imprimis etiam populus debeat active consacrificare, hoc falsum esse manifesto appareat. Nam ecclesiae parvae esse deberent et numerus audientium circa altare ita dispositus, ut singuli et audire et videre omnia et respondere possent. Quod obstaret, quominus compluria sacra simul fieri possent, vel inter sacrum cantari. c) Actiones liturgicae sua ipsarum lingua loquuntur, id est excitant bona proposita et religiosos sensus ipsa materiali actione, dummodo rite fiant et in percipientibus bonam et aptam inveniant dispositionem. Quod probat experientia. Actio, elevatio oculorum, tensio pectoris, inclinatio, genuflexio etc., iam apta sunt sensum humilitatis adorationis etc. excitare: »verba movent, exempla trahunt.«

Catholicitas ecclesiae postulat, ut habeat liturgiam universali lingua loquentem, ad omnes nationes, quae ad cor omnium hominum loquatur illudque disponat. Quare si quis usum protestantium velit introducere in catholicam liturgiam, ecclesiam etiam territorialem et nationalem faciat, necesse est. Nam sola praedicatione, ut Germanici protestantes introduxerunt, liturgia minime constat, sed prae primis et substantialiter in sacrificio, ita, ut sine sacrificio nulla sit religio. Neque sacrificium habet finem exhortatorium, sed mediatorium inter Deum et homines, quem finem ecclesia catholica lingua universalis et uniformi optime exsequitur. Quare non in linguam, sed magis in cor sacrificantis sacerdotis opera est impendenda, quod, si totum flagrabit totumque idea magna sacrificii crucis erit penetratum, ut Sailer ait, maximopere etiam fideles permoverebit, ut Deo se coniungant illumque adorent.

Vehementer falluntur illi, qui ex introductione linguae domesticae in liturgia sibi pollicentur magnum augmentum devotionis in populo. Nam novitas illa ex una parte ad tempus quidem multos alliceret novarum rerum cupidos in ecclesiam, ex alia parte vero multos offenderet, qui hanc novitatem ut suspectam vitarent. Quod probat cl. S. Bäumer O. S. B. ex factis. In Germania enim protestantes ecclesias derelictas habent etiamsi in nativa omnia peragunt lingua. Catholicae contra ecclesiae, ubi fideles solum »Amen« respondent in liturgia, refertae sunt fidelibus.

Etiamsi missae sacrificium domestica lingua perpetraretur, tamen populus adstans nullum maius inde emolumentum fructumque habe-

rent. Nam canon missae inde iam ab apostolicis temporibus silentio recitari consuevit; Le Brunn acute probat hunc morem universalem inepte fuisse mutatum, cum Iust. I. postulavit, ut canon missae distincte coram populo pietatis excitandae causa recitaretur. (Cfr. praeter litteraturam auctoris, J. Kössing, Vorlesungen über die hl. Messe. Regensburg pg. 456 ss.)

Neque sacramentorum dispensatio exigit, ut forma sacramenti domesticā pronuntietur lingua, quia sacramentum gratiae infusionem respective augmentum efficit ex opere operato. Quod protestantes dicere nequeunt, qui sacramenta tantum significant et modo praedicante formam, si qua utantur, pronuntiant. E contra catholicus minime formam intelligere debet; dummodo sit rite dispositus, eo ipso iam sacramentum percipit. Quare urgendum quidem est, ut pastores populum sibi commissum de magno liturgiae thesauro edoceant, at minime necessarium videtur ipsam sacramentorum distributionem domestica lingua administrare. Sacramentalium vero confectione lingua domestica fieri potest et de facto etiam compluribus locis fit. Recitatio vero breviarii, cum ex officio fit, Latine est facienda, quod utique ecclesia a suis ministris iure postulare potest; quodsi laicus recitare velit horas canonicas, nihil impedit, quominus id lingua sua faciat.

His omnibus rite expensis manifesto apparet usum linguae domesticae minime esse necessarium in missae sacrificio, in sacramentorum administratione, in sacramentalium confectione. E contra exiguum illud emolumentum, quod domesticae linguae usus in liturgia praeberet, nullo modo adaequat magna detimenta oritura, si lingua Latina eliminaretur. Oreretur spiritus contradictionis, revolutionis, protestationis, spiritus recentis philosophiae et nationalitatis, qui in fidelibus veram de liturgia ideam exstirparet et periculosum indifferentismum ei suggereret.

Accedit, ecclesiam non absolute sed condionate tantum exoptare, ut in sacramentorum et sacramentalium administratione omnia lingua Latina peragantur. Quod luce meridiana clarius patet ex usu variorum ritualium dioecesanorum Romae approbatorum. Ita e. g. Manuale rituum dioecesis Pragensis ex 377 paginis 160 numerat Bohemica lingua expressas.

Neque constat sacerdotem fuisse unquam excommunicatum, quia usus sit lingua domestica in administrandis sacramentis. Sunt regiones, in quibus nostris praesertim temporibus multum desudant sacerdotes in introducenda lingua domestica in liturgia, at populi aedificationem hi conatus minime augent. Et provocat auctor ad Bohemiae populum, ubi multa in re sacramentaria nativa lingua fiunt, et ad Moraviae gentes, ubi fere ubique iuxta antiquum ritum Latine sacramenta et sacramentalia administrantur. Ille minorem devotionem pietatemque exhibet.

Linguam in usu cotidiano non existentem exposcunt in liturgia mysteria, ne scilicet ab hominibus profanentur. Omnis religio res sanctas aliquo modo separat ab usu profano, quod ex Romanorum, Gallorum, Muhamadanorum, Brahmanorum historia satis patet. Auctor explanat, quomodo Latina lingua aptissima sit, quae elemento suo mystico liturgiam magis sanctam illibatamque reddat. Homines, qui vocari solent »intelligentes« dicit plerosque atheos esse; item operarios. Qui restant nullam patiuntur difficultatem ex usu linguae Latinae in liturgia.

Quodsi obicitur primis ecclesiae saeculis fuisse linguam domesticam usitatam in tota liturgia, Latinam vel Graecam, respondet etsi hoc constet, tamen ex alia parte constare viguisse disciplinam arcani. At non puto bene hac ratione posse solvi objectionem, cum duo fere saecula sine arcani disciplina ecclesia viguerit et tamen lingua vernacula in usu fuerit.

Deinde e charismatibus ducit auctor argumentum pro opportunitate linguae Latinae. Quaecumque est essentia horum charismatum

hoc unum constat ea a Deo e speciali benevolentia data fuisse et inservivisse maxime ad ecclesiam dilatandam et corroborandam; quod de Latinae linguae usu in liturgia vix auctor affirmabit.

Latina lingua tegin etiam multos defectus sacerdotis, maxime devotionis defectum, quod auctor citatis variis auctorum effatis comprobare nititur. Argumentum ex apostolicitate non potest bene teneri, statuit enim apostolicatem ecclesiae, quatenus eius nota est, bene exprimi per usum linguae, qua usi sint apostoli in primitiva ecclesia. At negandum est, primo et secundo saeculo in usu fuisse linguam Latinam in ecclesiae liturgia. Graeca enim fuisse videtur, ut bene ostendit cl. Fern. Cabrol O. S. B. Liturgie der Kirche (übers. von Pletl) Kempten und München 1906.

Sequuntur argumenta convenientiae pro usu linguae mortuae in liturgia catholica. Religio catholica immutabilis est; quare valde conveniens est, ut etiam lingua, qua in sanctissimis utitur rebus, sit usu quotidiano illaesa et aliquo sensu stabilis. Linguae domesticae mutantur et vehementer quidem ita, ut verba et phrases post aliquod tempus significationem interdum plane contrariam habeant, quod obesset veritatibus religiosis in liturgia contentis. Lingua mortua nationalitatis sensum effrenatum optime potest demulcere; ergo cum sit catholica religio pro omnibus populis, maxime conveniens est, ut utatur tali lingua. Domesticae linguae usus in liturgia causaret indefinitas versiones. Lingua Latina in liturgia ostendit populo unitatem ecclesiae, qui ex usu eiusdem linguae de genuina fide iudicat. Etiam conservatus ecclesiae character per usum Latinae linguae clarescit. Status publicus rerum maxime nostris temporibus exposcit, ne quidquam in liturgia mutetur. Ecclesia Romana non posset bene invigilare, ne liturgiae corrumpentur, si in variis linguis domesticis celebrarentur. Cum introductione linguae domesticae in liturgiam crescit facilitas schismatum et defectionis ab ecclesia Romana. Quare postulandum est, ut remaneat unus usus linguae Latinae in liturgia Romana.

II. Auctor incipit solvere notissimas difficultates contra usum linguae Latinae in liturgia afferri solitas:

1. Antonius Vogrinec scribit Latinam linguam esse retinendam tantum in missae sacrificio, in administratione vero omnium sacramentorum utendum esse lingua domestica. (Ant. Vogrinec, Nostra maxima culpa! Vindobonae 1904.) Parochus Vogrinec varia, quae auctor iam in expositione supra allata solverat, pro sua postulatione afferit: sacerdotes hoc postulare, pietatem populi promoveri etc. Auctor ostendit librum eius a superioribus ecclesiasticis fuisse prohibitum; praeterea argumenta non posse satisfacere criticae sanae, aliqua esse tam simplicia et cum praxi quotidiana pugnantia, ut liber ille nullum habuerit practicum momentum.

2. Catholicismus, qui dicitur modernus, in regionibus Slavorum maxime in Bohemia ideas suas de linguae domesticae usu in liturgia explicat in commentariis »Nový Život« (Nova vita) et »Bílý Prapor« (Album vexillum). Ex variis contradictoriis effatis auctor colligere conatur aliquam synopsin, quae respicit imprimis missae sacrificium. »Linguae Latinae usum in liturgia non esse iuste introductum in nostris regionibus; non posse populum intelligere, quid in liturgia fiat; quare introducendam esse linguam domesticam ita quondam in illis commentariis statutum est. Post aliquot annos consideratus iam scripserunt et desiderant solum linguam palaeoslavicam. Postulatum hoc his firmant argumentis: a) Intelligibilem linguam liturgicam postulat ius naturae, praecepta paedagogica et ipse Christus et apostoli, immo s. scriptura: »Psallite sapienter, id est, orate, ut intelligatis (!)« b) habemus ius historicum, quia in nostris regionibus inchoata est Velehradii liturgia Slavica a SS. Cyrillo et Methodio; c) nostris temporibus, quibus populus tantopere deficit a fide, quaerendae sunt novae viae ad corda hominum; talis autem nova via est lingua domestica populo intelligibilis in liturgia; d) lingua Slavica

pons est, qui coniungit orientales Slavos nobiscum; e) lingua Slavica propagaret intelligentiam omnium aliarum Slavicarum linguarum; f) per linguam domesticam nostra individualitas iterum latius et splendidius pateret. Quare firmiter optandum est, ut habeamus Slavicam linguam in liturgia. Pulsemus fortiter et aperietur nobis! —

Auctor paucis omnia modernistarum desideria his complectitur: »Initio modernistae nostri linguam tantum domesticam exoptabant in tota liturgia; at videntes, multas et permagnas difficultates, quas res ipsa secum fert, minime superari posse, postulant linguam palaeoslavicam pro missae sacrificio, domesticam vero pro administratione sacramentorum.«

3. Catholici modernistae Germanici, quamvis nostris modernistis assentiantur, tamen moderatiorem aliquem usum liturgicae linguae domesticae exoptant.

4. Gentes Romanae (Hispani, Galli, Itali) desiderio linguae domesticae in liturgiam introducendae non moventur.

Modernistae duo principia ecclesiae catholicae in re liturgica negligunt: Ubi recepti fuere libri liturgici Romani, ibi exclusa est lingua domestica a liturgia, et ubi admissae sunt aliquae interpolationes in lingua vulgari, ibi ulterius progredi omnino est vetitum.

III. Auctor ostendit aliquam viam intermedium, qua satisficeret utrique desiderio. Ostendit posse aliquatenus admitti linguae domesticae usum in liturgia latissimo sensu accepta. Quod his fere complectitur: a) Una est ecclesia, quare iure utitur una lingua eaque nunc Latina; b) hac tamen lingua non utitur ubique; exstant partes, ubi alia lingua sub cautelis praeceptis est admissa; c) etiam in regionibus, ubi linguae Latinae usus viget, non ad omnes omnino functiones liturgicas se extendit; sed multae ex parte peraguntur lingua domestica; d) consideratis circumstantiis temporis et maxime dispositionis actualis populorum dicendum est, homines nolle librum precum admittere, cum magna ex parte saltem nostris in regionibus populus illo non utatur eumque opprobrio sibi ducat.

Quare potius linguae Latinae usus in liturgia est exoptandus et populo bene explicandus. Ea, quae sacerdos secreto orat, omnia maneant Latina lingua pronuntianda, hoc est missae sacrificium, forma sacramentorum, benedictiones, exorcismi, breviarium etc. Quae vero populus cantat, vel quae sacerdos cum populo recitat, ea fiant lingua domestica.

Quod ad usum linguae palaeoslavicae spectat, hic, ut per se patet, multo plures difficultates habet, quam usus linguae Latinae iam introductus.

In fine auctor evolvit enucleatus ea, quae dixerat de usu linguae domesticae moderato in liturgia, et applicat hoc ad manuale rituum in Bohemorum finibus usitatum.

Seiungit porro quaestionem, num aliquando linguae Latinae usus futurus sit legitimus pro universa ecclesia, nec putat hoc umquam fore.

Fr. Šerčík, Cvičení snoubenců (De examine sponsorum). p. 280 ss., 400 ss., 626 ss., 700 ss.

Exponitur, quibus de rebus sponsi monendi et instruendi sint a parocho de matrimonio et obligationibus, quae ex hoc contractu fluunt sive ad ipsam sublimis exemplaris, coniunctionis Christi cum ecclesiae, capitisque cum corpore, imitationem sive ad liberorum curam et educationem pertinent.

Kalksburgii, mense Ianuario 1907.

J. M. Černý.

František Vacek: Sociální dějiny české doby starší (Historia societatis, quae antiquitus in Bohemia erat). Pragae 1906, 560 pp. 5 C. 90 h.

Novum genus historiographiae, quo seclusis rebus aliis sociales et iuridici duintaxat nexus hominum ad nationem aliquam pertinentium

indagantur, primos iam ad gentem Bohemicam spectantes eiusque idiomate exaratos protulit fructus. In collectione librorum quae vocatur *Bibliotheca institutoria catholica haec „Historia socialis Bohemica aetatis antiquioris“ a Frane. Vacek conscripta edita est.* Cum in libri inscriptione tempus rerum enarratarum accuratius non designetur, indicemus oportet Historiam a primordiis gentis usque ad saeculum XIII., quo institutiones Slavicae iuri et consuetudini extraneae cedere coeperunt, passim et ad medios saeculi XIV annos protrahi. Corpus scripti materialiam sat copiosam et variam complectens in septem articulos seu partes distinctum est.

In articulo, quo tractatus de coetibus personarum sanguine coniunctarum continetur, quaestio proponitur, quomodo associatae fuerint turmae Slavorum, cum in terram, quae ab ipsorum nomine Bohemia appellatur, partes eius occupando intrarent? Disquisitione facta perpensisque rationibus, quae explorationem rei aliquatenus iuvare poterant, notiones nationis, gentis et familiae statuuntur ab huius temporis sensu non mediocriter diversae. Iis, quae ibi dicta sunt de ambitu naturalium societatum, de familia quodam numero propinquorum aucta, de structura gentis, de natione existentiam minorum coetuum defenscente, de proceribus communitatum, alia multa connexa reperimus, quibus iudicia auctoris innituntur. Ut nonnulla accuratius indicemus, in describenda qualitate societatis antiquae agitur de condicione peculii, substantiae privatae et collectivae, de generibus sedium primaevarum, villis et praediis, de oeconomia rei familiaris et publicae.

Quodsi prima Historiae parte necessitudines nexusque naturales examinari placuit, in secunda iam formationes sociales artificiosae discutiuntur. Quaestione de statu libertatis apud Slavos praemissa auctor ad denominationes personarum liberarum in Bohemia earumque iura atque officia transit; in quibus praecipua haec notantur: de facultatibus suis libere disponendi potestas ipsis erat, ad principem aditus eis patet, principem novum eligendi ius eis competebat; debebant autem pro tuenda patria arma capere et cum hoste decertare. Evolutionem nobilitatis deinde persequens, ad differentiam inter nobiles genere seu ortu ingenuos et eos, qui publica munia obibant, aliasque, ad discrepantium inter nobiles maiores et minores explicandam aggreditur. Postea opes hereditate vel meritis nobilibus obvenientes, auctoritas comitum in consilio ducis, partes eorum in administranda re publica, ministeria ab ingenuis acta, merita et demerita eorum diligenter tractantur.

Quibus expositis Historia tractatum adnectit de mancipliis et vernis hominibusque, qui vocabantur servi et tributarii (54—88). Societas Slavica in Bohemia, quae agri culturae studebat, eis carere haud poterat. Quo factum est, ut captivi in servitutem redacti et servi venalicii negotiis in villis potentium, oeconomia et opere rustico obstringerentur, donec saeculo XII. incunre meliore, quam antea, condicione uti coeperunt. Numerus servorum angebatur et ab indigenis, qui propter delicta sua libertate privati dueisque vel nobilium potestati subacti aut viribus suis servire aut stipendia imposta pendere dominis debebant. Pro variis officiis diversas hominum classes invenies: vernaculos seu servos do-

mesticos, servos agrestes, banausos, opifices, colonos, hospites tributarios, rusticos, casarios.

Caput quartum, quod inscribitur De officialibus (magistratibus) et ministerialibus ducis, pro rei gravitate ceteris longius est (p. 90—270). Qua parte auctor in originem praefecturae, quae apud Slavos in usu erat, inquirit et munia tempore patriarchalis constitutionis exercita eorumque executores recenset. Cuius institutionis reliquias deinde in Bohemia observans, ad declarandam condicionem eorum se confert, qui in historiae fontibus vel seniorum vel populi primorum nomine designantur. Expositioni de praefectura sensu iam strictiore et proprio accepta seu de moderamine ducatus per officiales et magistratus praemititur explicatio et conspectus provinciarum terrae. Cum populum per provinciam officiales ducis in castro regionis illius positi gubernarent: castellanus seu comes civitatis, camerarius, villieus, index et bedelli ipsis additi. omnes et singulae functiones eorum et iurisdictionis munera uberrime describuntur, quo condicio et auctoritas eorum, qui publica negotia gerebant, ostendantur. Distincto ordine indicii terrae et curiae auctor utriusque generis instituarios ordine, qui eorum personae et dignitati consentaneus videtur, adducit eorumque condicionem considerat. Similiter inter ministeriales ducis non solum palatii proceres, nempe comitem palatinum, villieum, venatorem curiae, agaxonem (comitem stabuli), camerarium, dapiferum, pincernam, notarium curiae, sed etiam vicarios et apparitores, eorum officia et negotia, studiis suis complectitur.

Descriptione commercii et usus cum alienigenis, praeceps cum mercatoribus extraneis, caput quinatum libri occupatur (p. 272—367). Bohemi cognitis nationibus humanitate politioribus semina et fructus cultus atque humanitatis prudenti animo exceperunt. Mercatus commoda experti non solum in suburbii sed et aliis locis idoneis fora rerum venalium instituebant, quibus stabilitis nova industriae genera oriebantur. Auctor omnes effectus sociales, quos exinde evenisse constat, considerans statum hominum quocumque modo in negotiatione et mercatura occupatorum describit et ex ordine de custodibus in finibus extremis terrae constitutis, telonariis (portitoribus), eis, qui hospites deducebant praesidii causa, opificibus rerum venalium, mercatoribus, civibus agit. Multi advenae, hospitio recepti, in Bohemia consederunt: Iudei (de quorum vita, moribus, rebus p. 315—9), Germani, Romani, Poloni aliquique coloni et fundorum locatores. Cum in operis argumento describendo brovittati studeamus, alia ibi contenta (de mercatoribus Bohemis extra terram, de viis publicis etc.) praetermittimus.

Quod summa cura et diligentia auctor perserutari decreverat, condicio est clericorum seu status socialis ecclesiasticorum virorum et iuridicus gradus, in quo versabantur ab ingressu suo in Bohemiam usque ad emancipationem sacerdotii a regum insolentia. (p. 369—537.)

Hic agitur de capellanis curiae (370—388); de clero parochiali seu de plebanis (389—395); de clerogamia et caelibatu (396—7, 405, 423—4); de capitulis (407—422); de theologicis studiis 408; de Benedictinis (425—441); de liturgia Slavica in Bohemia (430—4); de Praemonstratensibus (443—9); de aliis religiosis (450—7); de socia-

li momento monasteriorum, maxime de eorum familia (458—492); de decumis et de bonis ecclesiasticis (493—506); de violationibus iuris proprietatis ecclesiae (507—10); de privilegiis cleri etc.

Ultimo capite (538—551); tractatur res militaris: officium et institutum. Agitur deinde de iure feudali in Bohemiam introducto, priuime eiusdem contractus saeculo XIII. emergentes notantur.

In materia tractanda modus, quem auctor servat, hic est, ut omissis analyticis circuitionibus solum acute conclusa et explorata proponantur. Né autem occasio desit lectoribus investigandi rationes iudiciorum, in annotationibus loci e documentis excerpti, quibus iudicia auctoris innituntur, adducti sunt. Scriptorum prius iam editorum, quae ad partes eiusdem disciplinae spectant, nulla fit allegatio, quamvis dubium non sit, quin et novissima quaeque de sociologia scripta auctori sint nota. Historiam socialem hanc opus doctrina solidissima elaboratum, disciplinae ceteris recentioris insigne specimen, adiumentum eis, qui historiae Slavicae et iurisprudentiae operam dant, utilissimum gratissimumque esse censemus.

R.

Josef Wilpert, Malby v dřevní basilice svatého Klimenta. Kroměříž 1906. in 8°, pag. 59, cum 5 tabulis phototypicis (Picturae antiquae basilicae sancti Clementis). Editio Bohemica¹⁾ aueta.

Opusculum Cel. Dno. Francisco Bauer, archiepiscopo Olomucensi dicatum, plura profert, quae cum sepulchrum b. Cyrilli Slavorum apostoli, tum picturas eidem finitimas spectant, valde diversa ab eis, quae hucusque ab archaeologiae christianaee cultoribus Io. de Rossi duce cognoveramus.

Imprimis praemittendum esse censemus, basilicae antiquae b. Clementis — nunc subterraneae, saec. XII. superaedificatam esse hodiernam, in quam translatum fuit corpus b. Cyrilli cum loculo (sarcophago) marmoreo, quem in basilica nova ad dexteram in navi posuerunt; hinc quaestio nostris temporibus exorta est, ubinam primitus loculus in subterraneā basilica cum reliquiis b. Cyrilli collocatus fuerit. Io. B. de Rossi verbis legendae Italicae innixus (in monumento ad id praeparato in basilica beati Clementis ad dexteram partem altaris ipsius) locum b. Cyrilli in sepulcro quodam partim marmoreo, partim ex lateribus aedificato in nave sinistra videbat, utpote proximum imaginibus, quae secundum ipsum ad laudatum Sanctum spectabant.

At cl. Wilpert sicut picturas, quas archaeologus Mullooly imagines ex vita b. Catharinae esse putabat, sic et alias, quas archaeologi ad b. Cyrrilum referebant, diverso modo explicat.

1º Picturam »b. Catharinae« vult esse imaginem iudicii universalis, ex tribus partibus constantem (Resurrectione mortuorum, Iudicio, Iudicij executione) cum symbolis iustitiae (statera, modio, arundine, urceo).

2º Imaginem, quae hucusque ab archaeologis b. Cyrilli coram imperatore Michaeli, ad Slavicas gentes ipsum mittente, esse credebatur, cl. Wilpert non obstantibus litteris ACIRIL Estheram coram Asuero rege typum vetero-testamentalem B. Virginis Mariae in parte altera depictae esse interpretatur, aequa atque alteram imaginem viri dormientis i. e. Iacobi sub scala, correspondentem esse vult picturae martyrii b. Petri, Apostoli.

3º Imago Estherae finitima »viri baptizantis«, quem de Rossi Slavorum Apostolum Cyrrilum, alii fratrem ipsius b. Methodium esse putabant, cl. Wilpert dicit baptizantem esse b. Clementem papam.

¹⁾ Italica inscribitur: Le pitture della basilica primitiva di san Clemente. Roma 1906.

4º Picturae, de quibus hucusque sermo nobis erat, ad saec. IX. spectant; extat alia quoque imago in basilica b. Clementis saeculi XI., quam de Rossi translationem b. Cyrilli esse affirmabat. Auctor vero noster, ex pallio in mortuo b. Clementem papam potius videt et non episcopum Cyrillum, imaginemque nostram, ad quam alludunt verba Anastasii bibliothecarii ep. II. ad Carolum Crassum Imp. »Denique vir magnus et apostolicae vitae praeceptor Constantinus philosophus, qui Romanum sub venerabilis memoriae Hadriano iuniori papa veniens sancti Clementis corpus sedi suae restituit«, Mariam Macellariam pro timore Dei et remedio animae sua e hic pro gratia recepta facienda curavisse asserit.

5º Remanet, ut de pictura in narthece referamus, quam archaeologi communiter bb. Fratrum Cyrilli et Methodii imaginem esse putabant ex saeculo X. vel XI. Coram Iesu Christo bb. Fratres stant genuflexi alter cum calice beato Clemente papa et b. Gabriele archangelo protegentibus, alter cum libro (Cyrillus) b. Michaeli archangelo et b. Andrea apostolo comitibus. Imagines beatorum Clementis et Andreae nec non sancti Archangeli nominibus insignitae sunt; reliquae minime. Picturam, quam nonnulli votivam esse volebant, iam a. 1864 Rossi sepulchralem esse suspicabatur, in qua duo genuflexi misericordiae divinae sub patrocinio laudatorum Sanctorum sese commendant. Cl. Wilpert ulterius progressus est. Sagaci ipsius animo paucae, quae remanserunt litterae VS . VS | . EX (iustus iudex) sufficientes testes esse videntur picturam insignitam fuisse notis ex Apostolo verbis: »Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi. In reliquo reposita est mihi corona iustitiae, quam reddet mihi in illa die Dominus iustus iudex«, cuius textus partem primam credit contentam fuisse tympano (scuto) super duas columnas laterales posito. In altero vero versu paucis iterum litteris, quae remanserunt ducibus (. CES NRAS preces nostras) alteram incipere opinatur sententiam versibus his reconstructam: D(OMINU)S HOMINU(M) REPARATOR BENIGNUS ACRECTOR PRECES N(OST)RAS EXAUDI UT CYRILLUS IN TUO NOMINE S(AN)C(T)ORU(M) TUORU(M) SOCIETATE LAETETUR PER IESU(M) CH(RISTU)M D(O)M(I)N(UM) N(OST)R(UM) QUI VENTUR(US) E(ST) ITER(UM). LECTOR DIC: D(OMINU)S DA CYRILLO PECCATORI REQUIE(M) AETERN(AM) A(MEN).

Cl. Wilpert in pictura imaginem videt iudicii particularis animae unius defuncti (ex contextu) et quidem illius, qui a dextra iudicis stat. Defunctus depictus est stans(!). Tonsura, stola, planeta sacerdotem vel etiam episcopum demonstrant; barba monachum. Omnia indicant ipsum esse Cyrillum. Origine Graecus sese patroni Graecorum b. Andreae, nec non b. Clementis precibus commendat, cuius Reliquias Romam attulerat. Ex altera parte stat b. Methodius, paulo ante ordinatus sacerdos, secundum consuetudinem Romanam cum calice absque barba cum tonsura. Maximi momenti sunt, quae auctor ex laudata pictura concludit, scilicet imaginem loculum b. Cyrilli quondam ornasse, aliis verbis hic b. Slavorum Apostolum in loecello marmoreo quondam conditum fuisse, antequam sacculo XII. ossa et cineres ipsius in basilicam novam veteri superstructam transurrentur, et in ipsa in eodem loco, nempe in navi ad dexteram, collocarentur.

Vocabulum PECAATORI, quod ex altera parte inscriptionis praeter paucas litteras integrum conservatum est, movet auctorem, ut textum elogii ipsi b. Cyrillo adscribat, etiamsi nil repugnaret, si eodem vocabulo b. Methodius, vel aliquis alius, qui carmen in sepulcro incisum apponendum curavit, eodem usus esset; est enim formula haec deprecatoria in elogis sepulralibus consueta.

Ex dictis patet, argumentum operis cl. Wilpert summi quidem esse momenti imprimis ex eo, quod securiore pente quam hucus-

que ducit nos ad sepulcrum b. Cyrilli; ex altera tamen parte plures Slavistas, qui carmen in Slavorum Apostoli sepulcro incisum, Slavico quoque idiomatico contextum expectabant, fecerunt. Ceterum bene stat elogium Latinum Romae in Romae fidelis discipuli sepulcro, in testimonium contra eos, qui novissimo tempore aversionis notam odiique in Romanis ipsi inurere nituntur.

Praestantiam singularum sententiarum iudicare iis, qui archaeologiam profitentur, relinquimus; libri Italice scripti interpres Bohemicus, qui librum nonnihil auxit perfecitque, quamvis claro scribendi modo utatur, nonnunquam plus aequo lectionem primam Italicam imitatur, quod vero ut infuscet meritum ipsius minime volumus.

V.

BULGARICA.

Biblioteka. Priloženie na (Supplementum ad) „Cerkovny Věstnik“ fasc. XVI—XVIII. — Sophia 1906. Pg. 176; lev (franc) 1.

Supplementum periodici „C. V“ (1906) quattuor dissertationes exhibit.

1. *G., Doctrina christiana de matrimonio* (4—17). Auctor anonymous G. iam multos articulos de quaestionibus religiosis et theologicis, quae nostris temporibus agitantur, in „C. Věstnik“ publicavit in omnibus hisce articulis finem practicum imprimis persequitur. Praesens articulus, sicut et ceteri eiusdem auctoris articuli, magis perspicuitate et claritate quam sublimitate scientifica excellit. — Religio christiana doctrina sua de matrimonio omnes religiones reliquas longe superat. Principalis matrimonii christiani proprietas est indissolubilitas. Indissolubilitas matrimonii pro societate humana maximi momenti est per indissolubilitatem matrimonium fit fundamentum et fons influxus moralis in totam societatem. Destructa indissolubilitate matrimonii late aperiuntur portae vitiis et libidini. Proinde perniciosissimae sunt doctrinæ modernorum, qui matrimonium christianum oppugnant et ad simplicem contractum civilem deprimere intendunt.

2. *M. Radev*, Kletvata v položiteloto pravo ot istoričesko religiozna gled na točka (De iuramento in iure positivo, p. 18—81). In Bulgaria nonnulli contendunt, iuramentum e iure Bulgarico esse eliminandum, cum libertati conscientiae aduersetur et rei iudicariae noceat. Contra hos iuramenti adversarios auctor iuramenti utilitatem, immo necessitatem defendit. — Iuramentum apud omnes populos omnibus temporibus invenitur; ipsa historia testante iuramentum in conscientia et in sensu religioso hominis fundatur (21). Iuramentum est actus religiosus, quo homo fidem suam in Deum omnipotentem, sumimum verum et bonum profitetur (22—25). Iuramento veracitas humana cum veritate Dei coniungitur; propterea iuramentum efficacissimum medium est, quo homo ad veritatem fatendam perducitur. (26). Apud omnes populos iuramento magna auctoritas in legislatione civili conceditur (28—30). Iuramentum igitur est actus et religiosus et civilis (30). Id ex religione et legibus singulorum populorum, Indorum et Aegyptiorum (31), Israelitarum (32—35), Graecorum, Romanorum (37—41) specialiter probatur. Abraham iuravit regi Sodomorum „levans

manum suam ad Dominum Deum excelsum“ (Gen. 14, 22), quae manus vel digitorum elevatio adhuc ad iuramenti sollemnisi ritum pertinet. Apud populos christianos, praesertim media aetate iuramentum grave momentum sociale-politicum habebat (46). Ecclesia ipsa iuramentum approbavit, at eiusdem abusum acriter impugnabat (46—47). —

Primus iuramenti adversarius Plato fuit, qui propter frequentem iuramenti abusum eius utilitatem negabat. Inter iuris peritos, qui iuramentum impugnabant, Bentham (1748—1832) et Ferrière (1639—1715) memorantur (48—50); Montesquieu („L’Esprit de lois“) contra iuramenti institutum defendebat. Principales adversariorum obiectiones sunt 1. iuramentum libertati humanae (praesertim ei quae vocari solet libertas conscientiae) adversari, 2. iuramentum esse contrarium s. Scripturae, 3. iuramentum theoriae et principiis doctrinæ iuridicæ adversari. Ad primam et secundam tantum obiectiones auctor respondet. Cum homo ens sociale sit, impossibilis est illimitata individui libertas (51—54); societas igitur hominis ipsa libertatem limitat, non iuramentum. Iuramentum promissorium iam natura sua liberum est (54—55). Iuramentum in genere libertati conscientiae non adversatur, sed potius specialem ei coram iudice humano auctoritatem tribuit (63). Loc. Mt. 5, 33 ss.: Iac. 5, 12), qui ex N. T. contra iuramenti licetatem afferuntur, non iuramenti usum, sed eiusdem abusum prohibent (63—66), quae explicatio ex ceteris s. Scripturae locis et ex traditione christiana confirmatur (66—69). Nec ex frequentia periuriorum argumentum contra iuramentum desumi potest, sicut et leges necessariae sunt, etsi saepius transgressionibus violentur (71). Omnes adversariorum contra iuramentum obiectiones non e sincera de iuramenti noxia vi persuasione, sed e sensu religioni inimico oriuntur (75). Iuramentum. — ut perbelle auctor concludit — libertatem conscientiae tribuit eamque supra leges humanas elevat, quia hominem ad Deum eius creatorem, fontem omnis veritatis et veracitatis dirigit (81).

In commentatione inconstantia et expressiones minus rectae quedam reperiuntur. Ideam Dei innatam esse auctor dicit (23): paganismus (jazičestvo) omnium cultuum religiosorum fons (praotec) nominatur (30); p. 77. auctor evolutionisnum religiosum docere videtur. Senecam philosophum R. ex fontibus Gallicis tantum cognovit (Sénéque, p. 76). Citationes generatim non accuratae, immo nonnullquam falsae sunt. His non obstantibus commentatio magnam laudem attentionemque meretur.

3. Hristianstvoto i budizma (De buddhismi ad religionem christianam relatione) p. 82—128. Versio e lingua Germanica, non indicato fonte.

4. N. Načov, Nasitě hadžii i Boži grob (Peregrinatores Bulgarici ad sepulcrum Domini) p. 129—176. E media aetate, qua certe multi Bulgari ad sepulcrum Domini peregrinabantur, nulla scripta hac de re ad nos pervenerunt. Denominationes multarum familiarum et nonnullorum pagorum, quae ex voce „hadži“ compositae sunt, ostendunt, peregrinationes in Terram Sanctam olim frequentes fuisse; vox „hadži“ (originis Arabicæ) enim in lingua Bulgarica peregrinatorem

ad sepulcrum Domini significat. E saec. XIX. demum supersunt scripta de peregrinatoribus in Terram Sanctam. Tempore regenerationis Bulgaricae tales peregrinationes frequentes fuerunt, ultimis vero saec. XIX. decenniis fere omnino desierunt.

F. G.

CROATICA.

„**Vrhbosna**“ 1906. nr. 1—24. (Prodit bis per mensem in Sarajevo, red. dr. J. Sarić).

I. P. Bok S. I., *Prakršćanska »Didake« i evolucionisti o prakršćanstvu* (Quid »Doctrina XII. apostolorum« et evolutionistae de doctrina christiana antiquissima doceant), nr. 1—7, 15, 17—19. —

Auctor fidem defendere propositum habuit ab historicis protestantibus (inter quos A. Harnack eminet), qui ex »Doctrina XII app.« praesertim argumenta promere conantur ad evincendum, dogmata christiana demum progressu saeculorum ad formam, quam hoc tempore habent, pervenisse. Documentum hoc antiquitatis christiana non solum nihil continere, quod hypothesi adversariorum faveat, sed praecipua dogmata christianorum testimonia exhibere, probatur. Versio Croatica, adnotationibus criticis adornata praemittitur (p. 2—5). »Doctrinam« a christiano quodam versus finem saec. I. conscriptam esse, textum traditum integrum esse, auctor cum Funk, Bardenhewer aliisque tenet (17—20). Inter Croatas dr. Gržetić in opere »O vjeri starih Slovjena« (De religione Slavorum antiquorum. — Mostar 1900) evolutionismum religiosum docet, revelationem primaevam mythis paganorum aequiparans (p. 34—37; 54—59), ex quibus paulatim dogmata christiana evoluta sint. Alius Croata Dr. M. Šrepel in opere »Rimska književnost« (De litteratura Romana. — Zagreb 1898) scripsit, »religionem christianam non esse nisi partem regenerationis religiosae,« quae Augusto regnante facta est (110). — »Doctrina XII. app., quae doctrinam Christi sequitur, evolutionismo religioso omni ex parte adversatur. Doctrina moralis huius documenti antiqui a doctrina Christi vel a doctrina christiana, quae hoc tempore praedicatur, minime differt; doctrinam moralem auctor »Doctrinae« »iugum Domini« appellat (239). Praecipua dogmata testimonia in »Doctrina« inveniuntur (240—42). Divinam Trinitatem »Doctrina« profitetur bis formulam baptismi »in nomine Patris et Filii et Spiritus S.« (7, 1, 3) allegando. Patrem creatorem omnium et largitorem vitae aeternae dicit (10, 3—5). Iesu Christi quoque divinitas ex »Doctrina« probari potest; Iesus puer (Filius) Patris (10, 2), »Deus David« (10, 6) nominatur, »baptizari in nomine Domini (Iesu)« (9, 5) divinitatem Christi supponit. Verba »Omne peccatum remittetur, hoc autem peccatum (contra Spiritum) non remittetur« (11, 7) divinitatem Spiritus Sti. continent. Orationes eucharisticae ecclesiam unam, sanctam, catholicam, apostolicam, visibilem testantur (9, 4—5; 10, 5—7). Multi A. T. et N. T. loci ut verba »Domini« allegantur, quo inspiratio S. Scripturae docetur. S. eucharistiam (missam) verum esse sacrificium clare pronuntiatur (14, 1—3). — Harnack ex »Doctrinae« c. 11—13 probare conatur, formam regiminis ecclesiae antiquissimae democraticam fuisse, episcopos non a Christo aut apostolis institutos fuisse, sed sensim (saec. III.) potestate, quam nunc tenent, potitos esse, cum charismata »apostolorum« et »prophetarum« cessassent. Auctor hanc Harnackii argumentationem ex ipsa »Doctrina« collata cum N. T. evertit quidem (285—90), non satis tamen explicat, quid »prophetae« et »apostoli« ecclesiae antiquissimae fuerint; certe concedendum est, postquam charismata in ecclesia cessassent episcoporum munera et officia aucta esse. — Finis totius argumentationis est: ecclesiam in »Doctrina« non esse aliam atque ecclesiam a Christo per apostolos fundatam et adhuc in ecclesia catholica permanentem. —

F. G.

PALAEOSLAVICA.

Martyrii s. Georgii et Periodorum s. Ioannis Apostoli et Evangelistae fragmenta glagolitica.*

Pluries iam demonstratum est, in libros liturgicos, familiae croatico-glagoliticae ritus Occidentalis, textus biblios, qui prototypum graecum imitantur, receptos fuisse.** Quae affinitas librorum liturgicorum utriusque ecclesiae ad textus ex s. Scriptura desumptos minime restringitur; immo sunt et non nulli textus rituales, utrique ecclesiae communes, qui communionem quandam inter glagolitas utriusque ritus viguisse ostendunt.*** Accedunt textus quoque legendarii, qui cum in libros glagoliticos ritus Occidentalis ex fontibus graecis emanassent, procul-dubio eidem facto non minus suffragantur. Exemplum textuum huiusmodi preferre, necessariaque interpretatione collustrare huius dissertationis res erit.

In theca, qua involutum est breviarium glagoliticum IV Verbene (Vrbnik, castellum in orientali plaga insulae Veglae situm) † in pectore aequa ac in posteriori libri parte duo folia anno elapso invenimus, quae pergamena qualitate nec non characterum forma a reliquis laudati breviarii foliis valde differunt, suntque libro ipso, quod ad aetatem attinet, superiora. Folium in pectore libri (A), ex una parte thecae adhaerens, praeter extremos 4 capitinis precedenter versiculos, initium Martyrii sc̄ti Georgii — **Моучение с̄тго** **хр̄шнк** — continent; alterum (B) in posteriori libri parte inventum, utrumque liberum, fragmentum legendarum, quae Periodi sc̄ti

* Cfr. A. Veselovskij, Разысканія въ области духовныхъ стиховъ II. Св. Георгій въ легендахъ и обрядахъ. С.-Пб. 1880, pag. 163 et seq. — N. Tihonravovъ, Памятники отреченої русской литературы. Томъ II. Москва 1863, pag. 100—111. — A. Patera, Nově nalezené zbytky staročeského evangelistáře, Anselma a umučení sv. Jiří ze XIV. stol. Časopis Musea království Českého 1900, str. 511—512. — Acta Sanctorum Aprilis; Tom. III., fol. 101—165 et App. VII.—XXIX. — et Analecta Bolandiiana, Tom. I., pag. 615—617. — Arhimandr. Amfilohij, Хождение по Вознесению господа нашего Иисуса Христа св. Апостола и Евангелиста Иоанна учение и представление написано Прохоромъ ученикомъ его. Москва 1878. — V. Vondrák, Studie z oboru církevně-slovanského písemnictví. V Praze 1903.

** A. V. Mihajlovъ, Къ вопросу о литературномъ наследии свѣ. Кирилла и Методія въ глаголическихъ хорватскихъ миссалахъ и бревіаріяхъ. Варшава 1904 et alibi.

*** Cfr. Missale glagoliticum Hervoiae ducis Spalat. Recenserunt V. Jagić, L. Thalloczy, F. Wickhoff. Vindobonae 1891.

† Codex hic membraneus saec. XIV in Folio maiori, theca lignea corio obducta donatus, 112 foliis constat. Continet partem Breviarii et quidem: Proprium Sanctorum a die 30. Junii — 25. Novembris (fol. 1—99) et Commune Sanctorum incipiens ab Officio Ss. Trinitatis — Commune Martyrum (fol. 100—112).

Joannis Apostoli et Evangelistae dicitur — *Περίοδοι Ἰωάννου* — exponit. Praeterea ad thecam in hac posteriori libri parte adhaerescens erat aliud parvum fragmentum (C) folii, quod pergamena qualitate et characterum forma testibus, eiusdem ac duo praecedentia fragmenta codicis pars est, quantumque ex contextu paucorum versuum, qui remanserunt, coniicere licet, Sermonem seu homiliam quandam continebat.

Fragmenta nostra in folio maior (nunc $34 \times 25.5\text{ cm}$) textum in binis columnis, quarum unaquaeque 31 versum numerat, dispositum habebant, quae vero forma in singulis fragmentis mox ab una, mox ab altera parte vario modo immutata est. Pars fragmenti A una cum textu margini sinistro adiacente inde a versu 16. deorsum delacerata est; similiter summa pars fragm. B ita, ut primi versus columnae I. et IV eiusdem fragm. prorsus evanuerint, reliqui vero (a 2.—6.) plus minusve mutilati sint. Ex fragmento C denique superior tantum folii pars remansit et quidem columnae I. et IV tredecim, II. et III. septem praeter aliquot paucos versus mutilos.

II. A etate fragmentorum nostrorum quaerenti signa sese imprimis paleographica offerunt, ex quibus fragmenta nostra saltem saeculo XIII. exeunti adiudicanda esse, fiderenter coniicere liceat. Praeterquam quod characteres Θ (v), δθ (d), θ (z), Φ (n) praesertim typum antiquorem servaverunt, character glagoliticus Χ cyrilliano Τ respondens, quo monumenta familiae nostrae saeculi XIV. iam carere solent, in singulis fragmentis saepius invenitur. Character hic 15 vicibus venit et quidem: in fragm. A col. I. vers. 4 амнъ, v. 13 санъ, II. 12, хвъ; B I. v. 7 иинъ v. 10 днъ v. 13 видѣвъ, v. 23 азъ; II. v. 3 ицъ; III. v. 20 лицемъ, IV. v. 22 испитавъ, v. 29 моемъ; С I. v. 3 оукрашъ, v. 6 источникъ; III. v. 5 еѓмъ; IV. v. 4 снѣдъ. Alterum signum laudatae aetatis est character specialis τοῦ i, quod auctore cl. Jagić in textibus transcribendis per L redditur; aetate enim posteriori in textibus croaticae recensionis character hic nonnisi in valore numeralis = 10 venire solet. In fragmentis nostris scriptor charactere huius formae in valore vocalis i non minus quam 13 vicibus usus est. Cfr. Fragm. A II. vers. 7, v. 21, v. 25; fragm. B I. v. 13, v. 25; II. v. 1, v. 5, v. 24; III. v. 5, 9, 11, 17; IV. v. 8.

Sunt et alia ex formis grammaticalibus praesertim, quae fragmenta nostra epochae antiquiori adscribenda esse declarant. Sic imprimis forma nom. sing. subst. **плами** (**да боудоут** **жко и плами** **огњни**) fragm. A II. vers. 16), quae forma in solo codice Suprasliensi invenitur, in aliis vero monumentis pro eadem iam forma acc. **пламенъ** substitui solet. Non minus attentione digna est 3. pers. plur. aoristi, qui dicitur **сигматиус**: **в'ксе** (**и в'ксе и в' тѣмници**) fragm. A II. v. 18), et **Бзижсе** (**Бзижсе во имена скр** С III. v. 2); item 1. pers. sing. aoristi **сигматици** **придъ** (**и жко си слишавъ придъ скро** fragm. B I. v. 30). Singillatim quoque

annotamus hic formas aor. 3. dual. **влѣкста** В III. 22, et imperf. **вѣск-дѣкашета** В IV. v. 26; nec non formam participii praet. **ѹкращъ** С I. 3.

Archaismi sunt etiam nom. dualis adjectivi **дѣбрѣк** (**дроуга дѣбрѣк**), qui in fragm. В II. tribus vicibus occurrit, et quidem: v. 4, v. 12, v. 20; **Δ(ѹ)ховиѣк** (**пѣкниѣк дѹховиѣк**) С I. v. 9—10; nec non formae adjectivi in declinatione nominali: fragm. А II. vers. 8 instrum. plur. **соуѣкы** (**батоги соуѣк**); fragm. В I. v. 16 **влѣкши-скомък** (**влѣш'ском' злѡхитриємък**) item v. 10 in col. II.; item dat. plur. **маломоющемък** А I. 17. Praetereundae non videntur esse forma acc. sing. **ѹблїчнителък** В III. 16 (**ѹблїчнителък каю виѣкти**), saepius occurrentes formae acc. sing. **и** (А II. 18 A et al.) nec non acc. plur. **ии** (**к'здалиже на ии в'кесь** fragm. В II. v. 30). Nominatim quoque annotamus fragmentum B fere totum, in quo sermo de duabus personis est, in numero duali esse contextum.

Sunt denique nonnulla ex syntaxi, in quibus fragmenta nostra textus antiquiores imitantur, simulque originem suam produnt, et quidem primo: usus modi infinitivi more dictionis graecae (**ѡστε** cum inf.). Sic in fragm. А II. v. 5—6 **и тако бише его Ѹко виѣкти плюгие его**; item v. 26—27 (ibidem): **и тако бише и Ѹко моз'гову текоѹцию из глави его**; item: **ѹко побити ии хореца** (**ѡστε ἀποκτεῖναι ἥμᾶς**) В III. 24; huc fortasse computari potest etiam **и в четвр'ти днѣк бист'** имена изиги fragm. В I. v. 11 (cfr. **ἐγένετο δε ἀποθανεῖν τὸν πτωχὸν** Luc XVI. 22). Item praeterire nolumus dictiones verbi **приложити** **еѧ** cum loc. (**приложи се скоткъ(к)** **неслисъ(нихъ)** frag. С III. 6), et dat. pronom. **си** pro adj. posses. (**подвигни на молбѹ** **срїте си**) ibid. I. 5.

Quae si omnia simul perpendantur, ratioque habeatur dictio nis et vocabulorum, quae in fragmentis nostris occurunt, nos ad coniciendum ducunt, fragmentis nostris cum codice Suprasliensis mirram affinitatem intercedere, licet superius laudatae formae aoristi, qui dicitur sigmaticus, prototypum textum dialecti m a c e d o - b u l g a - i c a e indicare videantur.

Et sane; iam primae voces in fragm. А I. v. 1—5: (**к**)**ладицък** **нашемоу** **исхѹ** **емоуже** **слава** **и дрѣжава** **и чест'** **въ** **в'кки** **ламнък** formula est in Martyriis vel Sermonibus codicis Suprasliensis consueta, in quam plura capita desinunt; sic ex. gr. Martyrium s. XL. Martyrum Sebastae desinit in verba haec: **господоу** **нашемоу** **и когоу** **и спасоу** **и владицък** **Ісѹсоу** **Христосоу**, **емоуже** **иестък** **слава** **и дрѣжава** **и честък** **шкниѣк** **и присно** **и** **въ** **в'кки** **в'ккомък** **ламнък** (Cfr. Monumenta linguae paleoslovenicae e codice Suprasliensi ed. F. Miklosich. Vindobonae 1851, pag. 61). Item in eodem codice: Sermo sciti Basilii archiepisc. Caesareae in sectos. XL. Martires, absolvitur verbis: **О Христоук Исѹек,**

господи напечь, иелоуже слака и државка въ кѣкты вѣ-
комъ даши (!) I. c. pag. 72.

Et ita porro: Martyrium seti Pionii presb. l. c. pag. 108; Martyrium seti Terentii et sociorum pag. 138; item in fine Vitae sceti Isaac pag. 153; Martyrium seti Trophimi et Eucarpioni pag. 156; Martyrium seti Dometii et discipulorum eius pag. 161; in Sermones sceti Joannis Chrysost. pag. 177; item in altero pag. 184. Brevis formula haec in laudato codice saepissime legitur, ita ut prorsus eisdem vel simillimis verbis fere singula capita absolvantur.

Similiter verba quae in fragmento nostro (A) immediate subsequuntur, quibusque textus Martvrii incipit, in codice Suprasliensi usitata sunt; et quidem cum titulus: „**Лѹчениє сїго һѹбрїк**“ tum verba introductoria **Б҃н врмє єгда** Quod ad titulum attinet, ad superius prolatu addidisse sufficiat, in 13 titulis quibus **Martyria Sanctorum** inscribuntur, bis tantum scriptorem codicis Supraslien. usum fuisse vocabulo **страстк**, nempe: pag. 161 **Страст с. чистител'к** и **мѧченника Пртемна**, et pag. 414 **Житиє и страстъ с. отцик** и **епискоупъ въвѣщицкъ Басилѣа** etc.

Bis quoque utitur vocabulo **мѧка** et hoc fol. 73: **мѧка св. Ко-
дара и иже съ нимъ** item in fol. 132: **мѧка св. Терентия,
Африканы и Помпея**; in reliquis vero 9 titulis vocabulo **Лѹчениє** congruenter cum fragmento nostro posuit. Exempla verborum **Б҃н врмє = Б҃н оно вркма** in laudato codice Supraslien. statim ab initio habes fol. 11 in Passione sceti Basilisci, quae incipit: „**Б҃н то вркма цѣсарьствовавъшоу** .; item in Miraculis sceti Cononis Isaurici fol. 17: **Б҃н(!) вркменехъ сватыи апостолъ ієгда...**

Quod autem affinitatem fragmentorum nostrorum cum laudato codice Supraslien. magis prodere videtur, phrases sunt quaedam seu modi dicendi, quibus auctor unam eaudemque rem iisdem prorsus vel simillimis verbis exprimit. Uta puta:

Fragmentum A I. vers. 14 et sqq. **жко хѹггают се а вѣси
чтоут'**; Suprasl. **иже коумиря чѣткти акы богы и вѣсомъ
жржтк** fol. 21 v. 10—11;

Fragm. A I. 22. **приемлют' мѹки**; Suprasl. **прииѣдъ мѧ-
ченниє приимеши** fol. 12 v. 6.

Ibidem vers. 30 et sqq. **иѣкоут'** . **коумиря глоухие и иѣ-
миє**; Suprasl. **глоуха коумирк** fol. 16 v. 12;

Ibid. col. II. v. 1 **прѣдают' к прѣисподиес мѹки**; Suprasl. **прѣдати сѧ мѧкамъ** fol. 51 v. 6.

Accedit circumstantia illa, quod codex noster, de cuius fragmentis serino est, praeter Martyria, Sermones quoque seu homiliae continebat, sicque novum signum datur affinitatis Lectionarii nostri cum Menaeis Suprasliensibus, quae simili modo comparatae sunt.

Quae licet omnia et singula seorsim sumpta vim demonstrandi minime haberent, tamen coniunctim saltem probabilitatem non levem

parere apta sunt eo vel magis, cum in textu codici Suprasliensi congruenti inveniantur in iis, quae ipsi sunt propria (uti est laudata forma πλατύ). Idem ex elenco quoque vocabulorum in fragmentis nostris occurrentium patebit. Qua in comparatione inter cod. Supraslien. et fragmenta nostra instituenda paulo amplius commorati sumus, cum primae partis fragmentorum (M a r t y r i i s c t i G e o r g i i) prototypon graecum invenire nullibi nobis contigerit; *) demonstrata autem affinitate lauda-

* Cfr. Quae ad rem afferi possunt Bolandistae (A c t a S a n c t o r u m Aprilis, Tom. III., fol. 101—165 et append. VII.—XXIX.) ad quatuor capita redegerunt. Universim acta graeca meliora esse latinis, quae apocrypha sunt, affirmant. In specie duce s. Andraea Cretensi scriptore saec. VII. vel VIII. loquuntur de historia quadam S. G e o r g i i passim nota in ecclesiis Graecorum, quae materiam praebuit odis, contacis, elogiis concinandis, qualia nunc in Menaeis et Synaxariis aliisque ritualibus Graecorum libris aut typis excusa aut ī manu exarata leguntur etiam in Menologio Basilii imperatoris. Addunt, historiam illam censeri posse compositam quinto sexto saec. idque vel ex succinctiori commentario per quemdam sciti Martyris famulum conscripto (l. c. p. 103).

Ab adducendis reliquis capitibus, utpote quae nil luminis ad quaestionem nostram afferant, supersedemus, potius ea, quae in A n a l e c t i s B o l a n d i a n i s (tom. I. in appendice p. 615—617) invenimus, proferemus, cum inter legendam nostram et ea, quae in Cod. Namurcensi 2 leguntur non exigua affinitas inveniatur.

E x C o d i c e N a m u r c. n. 2.

(Codex signatus no. 2 in Bibl. civit. Namure. nil aliud est quam L e c t i o n a r i u m seculi XIV. ad usum chori in monasterio S. Huberti.)

D e s. G e o r g i o.

Erat igitur quidam rex paganorum, nomine Datianus, qui . .

Sedens pro tribunali astante universo populo, qui ex diversis civitatibus veniebat. praecepit ministris, quibus hoc officium commissum fuerat, afferre diversa genera tormentorum, quibus afficerentur atque damnarentur omnes qui in C h r i s t u m s e c r e d e r e f a t e r e n t u r . .

Talibus igitur minis cuncti timore perterriti, derelinquentes Christum, immolabant idolis; et magis magisque diabolus suis argumentis insistebat, quemadmodum innocua pectora suis laqueis irretiret.

Tunc in medio corum apparuit sanctus et verus Dei cultor G e o r g i u s, C a p p a d o c i a e r e g i o n i s g e n e r e o r t u s, civitatis quoque suae comitatum gerens super numerum militum multorum; qui a suis, vide-licet primis civitatum suarum, s u m m a m p e c u n i a m a c c e p e r a t, quo posset a Datiano imperatore praemio et munere oblatam d i g n i t a t i s i n f u l a m et c o n s u l a t u s a d i p i s c i g r a d u m, eo quod suae patriae mitis, veridicus docibilisque rector haberetur. Qui aspiciens ex omnium provinciarum populis eoram impio Datiano innumeram m u l t i t u d i n e m a s t a r e, D o m i n u m b l a s p h e m a n t e m et d a e m o n e s a d o r a n t e m, ambiens majorem et honestiorem dignitatem, quae non pecunia sed sanguinis effusione comparatur, o m n e m p e c u n i a m, q u a m s e c u m a t t u l e r a t, e g e n i s d i s t r i b u i t; et exuens se chlamyde terrenae dignitatis balteo se Salutis circuminxit et lorica fidei induit; crucis etiam vexillo protexit; jubareque Sancti Spiritus illustratus et spiritualis fluenti calice mundatus, sic erupit s u b c o n s p e c t u D a t i a n i i m p e r a t o r i s, dicens .

K i r p i ē n i k o v ř Seti Georgii Vitas in 3 classes distribuit: A) c a n o n i c a s, B) a p o c r y p h a s, C) a p o c r y p h a s l a v i c a s separatis; secundum laudatum auctorem textus noster, utpote qui scutum Georgium

torum monumentorum concludere licebit, textum Martyrii sc̄ti Georgii prout in fragmento nostro invenitur reliquis textibus eiusdem materiae in monumentis superius allatis aetate autecellere.

Facilius studium erit, quod ad fragmentum alterum (B) attinet; est enim pars slavici textus Periodum Joannis Ap. Comparatione textus glagolitici fragmenti B cum textu slavico a cl. Archimandr. Amfilochio publici iuris facto, iterum textum glagoliticum inter reliquos slavicōs obtinere, patebit. Iuvat hic annotare, quae cl. auctor in Prologo ad laudatum opus dicit*), nempe sibi videri: „versionem slavicam *Περιοδων* ex saec. XI. ortam esse, partemque fuisse probabiliter Menaeorum Suprasliensis monasterii“; quae verba monnihil valoris addunt eis, quae supra de aetate et origine fragmentorum nostrorum asserere non dubitavimus, eo vel magis, cum ad idem concludendum observatione diversimode instituta devenimus.

Quod ad fragmenti C textum dicendum, et ipsum attentione dignum esse; est enim pars cuiusdam Sermonis seu homiliae; quae licet cuius auctoris sit lateat, tamen ex signis internis cui adscribenda sit, conicere non excludit. Cum enim inter homilias Patrum Orientis Athanasii, Basilii, Chrysostomi, Epifanii, Ephrem, Syri nil similis argumenti invenire potuimus, plura affereamus, quae vel in paucis versibus fragmenti nostri dicendi modum Clementis, episcopi Velicensis, prodere videntur.

Et quidem: col. I. v. 1—2: дати се просвѣтитъ даша analogum est dicto: късѣмъ срдица просвѣти Vondrák l. c. pag. 109;


Porro: благовѣрствиемъ же се оукрашъ ibid. v. 2—4; quod respondet dictis laudati auctoris in hom. in Resurrectionem Dni: братолюбииемъ оукрашьше сѧ (Vondrák pag. 21).

Item подвигни на молбоу срїде си ibid. v. 4—5, et paulo inferius (vers. 8—10) подвигни се к црквѣ на пѣннѣ дхвнаѣ; praeterquam quod vocabulum молѣба apud ipsum invenitur (cfr. Panegyricum in Iliam Proph. in Извѣстія отдѣленія русскаго языка и словесности императ. акад. наукъ 1901 VI. 3 pag. 249) allatas phrases apud episcopum Velicensem usitatas esse demonstrat prof. Vondrák l. c. pag. 41, ex. gr.: подвигнѣмъ сѧ въ дхвныи подвигъ et alibi.

Praeterire nolo dicendi modum: аще же хощеши паметъ створити мртвимъ col. I. v. 10—11; in mentem enim revocat verba legendae „Pannonicae“ sc̄ti Methodii XV. сѣтвори память стго димитрия.

„mercatorēm“ dicit, apocryphis B) classis accensendus esset. Cfr. Veselovskij l. c. pag. 21—23.

* L. c. fol. V.



MARTYRIUM S. GEORGII.

Clementem saepius de operibus misericordiae loquentem (cfr. Vondrák pag. 107 vr. gr. **ЖАДЫНЫМЪ НЕПРѢСТАНА ИСТОЧНИКЪ**) decet phrasis in nostro fragm. col. I. v. 5—7 **да придетъ ти**

МСТИНА ТКО ИСТОЧНИКЪ БРАТОЛЮБИЮ.

Item **ЛѢПО НИ БИ ПЛАКАТИ СЕ ОУМРЬВШИХЪ** col. II. v. 6—7; respondet enim eius modo dicendi, ex. gr. **ТАКО ЛѢПО ІЕСТЬ НАМЪ ИСПЛЫНИТИ ВСАКОУ ПРАВ'ДОУ** cfr. Vondrák pag. 148.

Sub finem annotamus fragm. nostra, si homilia haec vere eum auctorem habet, novum documentum esse eorum, quae ipsi exprobrat prof. Vondrák, nempe memoriter tantum citare ipsum loca S. Scripturae, de quibus inferius in notis.

III. Data autem affinitate fragmentorum nostrorum cum codice Supraslien., quaestio sese offert, *quid de relatione inter textum glagoliticum et characteribus cyrillianis scriptum dicendum?* Certum est textum glagoliticum fragmentorum nostrorum apographum esse saec. XIII. non superiorem; ex quo autem fonte apographus haec emanaverit difficile dictu est. Opinio magis obvia videtur esse, apographum nostram glagoliticam prototypum quoque glagoliticum pro basi habuisse, quamvis minime repugnaret apographum glag..ex prototypo cyrilliano factam esse, cum ex aliis croaticae recensionis monumentis notum sit, characteres cyrillianos apud glagolitas Croatas non omnino ignotas fuisse.*)
In praesens novisse sufficiat, saeculo XIII. saltem, textus cum cod. Suprasliensi affines glagolitico quoque charactere scriptos fuisse.

Tandem cum Menaea Suprasliensia ** officiis divinis Orientali ritu persolvendis inservirent, sibi quaestionem proponimus, cuius ritus, cuiusque libri liturgici pars esse possint fragmenta nostra? Quamquam notum est, glagoliticos libros liturgicos recensionis croaticae ad naturam librorum ritus quoque orientalis conscriptos fuisse, *** cum tamen alia eiusdem vel proxime subsequentis aetatis monumenta glagolitica luce clarissim demonstrant in insula Veglensi laudata aetatem sacram ritu Occidentali peragi solitam fuisse, fragmenta nostra nil aliud esse possunt, quam pars Lectioriarum cuiusdam, Vitas (Martyria) Sanctorum vel Sermones in II. et III. Nocturno legi solitos, continentis. Sententia haec confirmatur ex tribus characteribus **ЧТИ** titulo Martiriis et Georgii immediate subjectis, quibus in breviariis glagolit. ritus Occidentalis singula capita ad legendum constituta, adornantur; sensus enim est **ЧТИ = lege, vel ЧТЕНИЕ =** textus legendus.

* Cfr. Cod. glagoliticum Vidi de Omisalj in bibl. palat. Vindobonen. sign. 3.

** Codicem Suprasliensem partem esse Menaeorum (Четији Минеј Архимандр. Сергіј affirmat in suo opere: Полный Мѣсяцесловъ Востока. Томъ I., pag. 199. Москва 1875.

*** Cfr. Articulum: Gradja za glagolsku paleografiju. V. Jagić (Apostolus Mihajlović) in Rad jugoslavenske Akademije II. U Zagrebu 1868.

Fragm. A. Col. I.

- (v)ладицъ напиелоу исхор
емоуже слака и дръжа
ва и чъст' въ все къки
домнъ.
- 5 Моучение стго Ирхицк чи
Би крме егда взиска
Хоу кр'ст'книна чка. вис
т' же моужъ канадоческ
иे земле именемъ Ирхицк
10 тъ же б'к трыговинъ и възм'
злато много иде къ цроу
дадиеноу реки цроу хоци
оу да ми даси санъ и
видѣ єко хоу роугают с
15 с а б'кси чтоут'. и лвие
же ношаще злато ра
аѣ маломошемъ ни
и идѣ к полатъ
и видѣ кр'ст'кни
- 20 ми имене ради хв
о си прѣстоещиъ
ди приелюг' моужи
емоу зане бмъ не х
пожрѣти Нъ проп
- 25 хоу кланают се.
л'къ то сти Ирх
въ прѣд црмъ и р
цроу кр'ст'кни
не поклоню се и
- 30 имъ бмъ н'ксоут'
коумирин глоухие
- (v)ladieč našem Is(u)h(ryst)u.
emuže slava i dívža-
va i č̄st' vъ vse věki
am(e)nъ.
- Mučenie s(ve)t(a)go Ġ(eo)říč(ь)ti.
V(o)n(o) vr(ě)me egda vziska-
hu kr'st'énina č(lové)ka bis-
t' že muž kapadočsk-
ie zemle imenem Ġ(eo)rđí
tъ že bě trgovinъ i vъzmn'
zlatu mnoga ide kъ c(esa)ru
Dadienu rekì c(esa)ru hošt-
u da mi dasi santъ i
vidě єko H(ryst)u rugajut s
e a běsi čtut' i abie
že nošaše zlato ra
aě malomoštemъ ni
i ide k polatě
i vidě kr'st'eni
mi imene radi H(hrysto)v-
(a) o si prěstoeštihъ
di priemljut' muki
emu zane b(ogo)mъ ne h
požrěti Nъ prop-
- (etu) H(ryst)u klanajut se
měvъ to s(ve)ti Ġ(eo)rđ-
(iě) vъ prěd c(esa)r(e)mъ . i r
c(esa)ru krst'ěn
ne poklonju se i
imъ b(ogo)mъ něsut'
kumiri gluhič

Interpretatio: . domino nostro Jesu Christo, cui gloria et imperium in omnia saecula. Amen. Martyrium sancti Georgii; Legc: In illo tempore, cum exquirerent christianos (ad necem), fuit vir ex Capadocia nomine Georgias. Hic erat mereator, et sumpto auro multo adiit imperatorem Dadianum dicens: Volo, ut mihi dignitatem des; et vidit, quod Christum blasphemarent, daemonia autem venerarentur. Statimque (quaesuntur sensum tantum exprimunt ob lacunas in textu) distribuebat aurum pauperibus. Et ivit in palatium et vidit, quod christiani nominis Christi causa cruciarentur, nolentes diis sacrificare; Christum autem crucifixum adorabant. Quibus intellectis, christianum sese

esse confitens, imperatori sensus suos aperuit, falsos deos minime sese adoraturum, (resumitur interpretatio) utpote qui nil aliud sunt, quam idola surda

N o t a e. Vocabulum **тъговниъ** (vers. 10) nec apud Miklosichium nec apud Daničić invenitur; procul dubio significat: „mercator“, quod praedicatum de S. Georgio minus usitatum est. — Nomen **дадићниъ** (**Δαδιάνος**, Dacianus). Textus Martyrii Scti Georgii bibl. Mosquensis Nro 321 habet **D a d i a n u m** (apud Tihonravovъ pag. 100); in manuscripto bibl. Petropolen. (Mss. Franç. Theologie, F. v. 4 D) legitur: „uns rois estoit em Perse qui **D a t y e n s** estoit apelez“. (Apud Veselovskij l. c. pag. 216.) Bollandistae Acta SS. III. pag. 103 ad nomen hoc annotant: pleraque (acta) retinent **I m p e r a t o r e m** **D a c i a n u m . . .** Ad Dacianum quod attinet, in hoc circumspectiores quidam agnovere errorem, eumque solum fecere **P r a e s i d e m** ad Christianos perse- quendos ab Imperatoribus Diocletiano et Maximiano constitutum.

Vers. 16 et seqq. alludunt ad ea quae in cod. Namure. 2 leguntur: „omnem pecuniam, quam secum attulerat, egenis distribuit“. — V. 24—25 lacuna ex contextu supplenda est **проп(етор)** **хор** **кладают се.** — V. 26 et seqq. in codice bibl. Hludov. nrs 195 **sic** se **habent:** „Геврите рѣ. безаконици враже истинѣ. юже рѣхъ иако хртнѧиъ иесмъ, и не жроу идоломъ, ни кладяю се вѣсомъ“ (apud Veselovskij l. c. pag. 167).

Col. II.

и нѣмие иже прѣдаютъ въ прѣисподнєе мѹки. То же
спасиаикъ цръ дадићниъ о
стго ћрћникъ и повелѣ б
ити его. и тако бише его
ћко видѣти плочије его
и паки повелѣ растегн
ити его и батоги соухи б
ити его и водоу съ солију л
иѣти на рани его. и конскими
власи отирати и тако

мкъ хвѣ тъпѣкши И пок
елѣ нечистви цръ дад
ићни жељезни сапоги с'ко
вати и раздеши є да боу
доутъ ћко и плами огњини и
тако обувши стго ћрћ
никъ и к'ксе и в' тѣминицоу. Да
же помислитъ безаконни
цръ дадићникъ какоју мѹку
ю мѹчнти и С повелѣ в'
оудицъ є сковати и плѣтъ

i němie ižé předajut' v prěispodnee muki. To že

slišavъ с(ëса)гъ Dadiěnъ ot
s(ve)t(a)go Г(eo)rѓиѣ i povelѣ b
iti ego i takо biše ego
jako viděti plušte ego
I paki povelѣ rastegn
uti ego i batogi suhi b
iti ego . i vodu s soliju l
iěti na rani ego i konskimi
vlasи otirati i takо

[pov-
m(u)ë(eni)къ Н(рѣсто)въ trpѣše I
elѣ нечистви с(ëса)гъ Dad-
iěn želězni sapogi s'ko-
vati i razdešti e da bu
dut' ћko i plami ogњnni . i
tako obuvše s(ve)t(a)go Г(eo)rѓ-
iě i vše i v' tъmnicu da-
že pomislit bezakonni
с(ëса)гъ Dadiěn kakoju mukou-
ju mučit i I povelѣ v'-
udic 6 skovati . i plѣt'

емоу тъкзати и Ѹко тѹ с
трастъ прѣтървикъ сти
25 һрѣнкъ Ҫ паки покелк
бити его по гаккъ тако к
нише и Ѹко моз'гѹ текоуциѹ
из гаккъ его и все тѣло е
моу крвию поликно вист' и
30 тѹ страстъ прѣтървикъ
сти һрѣнкъ и покелк

еми тъзати и Ѹко ту с-
trastъ прѣтървѣ s(ve)ti
Г(eo)ѓије I paki povelѣ
biti ego po gl(a)vѣ i tako b-
иše i Ѹко moz'gu tekuštu
iz gl(a)vi ego . i vse tѣlo e
mu kr(b)viju poliено bist' i
tu strastъ прѣтървѣ
s(ve)ti Г(eo)ѓије i povelѣ

et muta, quae tradunt (hominem) ad infernales cruciatus. Quibus auditis imperator Dadianus a sancto Georgio, iussit flagellari cum, et flagellaverunt eum ita, ut viulerentur pulmones eius. Et iterum iussit extendi eum. Et baculis siccis caedi eum, aquamque cum sale infundi in vulnera eius et setis equinis detergi; et ita martyr Christi passus est. Iussitque impius imperator Dadianus calceos ferreos cudi et calefieri ita, ut ignei fierent. sicque calceaverunt sanctum Georgium et duxerunt eum incustodiam, usque dum impius imperator cogitaverit, quali cruciatu afficeret eum. Et iassit sex ungulas cudi, carnesque eius dilaniari. Hoc quoque supplicium sustinuit sanctus Georgius. Et iterum iussit caput eius caedi; et ceciderunt eum ita, ut cerebrum ex capite eius diffueret, et totum corpus eius sanguine perfunderetur. Hoc quoque supplicium sustinuit sanctus Georgius. Et iussit

Fragm. B. Col. I.

и м
и с е
никъ кра
5 же монжка прѣдан
т а
вѣста о єрсма вльх
а соуциа и мѣ єдиномоу икнѣ
а дроугою прохоръ и по-
имъ Ѹ^к
азъ всадиխъ Ѹ в т'мнициѹ на
10 три дни и в четвр'ти днъ
бист' имѧ изити . обложиш
е Ѹ многа бешиникъ и зла де-
лавша дѣла . Ҫ вид'квъ
кнезъ множ'ство зъль в неž
15 е обложиш Ѹ . и в'сла Ѹ паки
в т'мнициѹ . и вльш'ском' злоди-
триемъ извѣжаста от роукоу

(glagola) im
(kesarie palestensk)je e-
(smъ okaanni pomošt)nikъ kra-
(enemъ dva) ѳe muža pr dan-
(a), b sta ot Er(u)s(o)l(i)ma , vльhv-
a sušta ime edinomu Iv(a)пъ
a drugomu Prohorъ i poimъ є
azъ vsadiхъ є v t'mnicu na
tri dni i v četvr'ti d(a)nъ
bist' imѧ iziti obložiš-
e є mnoga beštinič i zla de-
lavša dela I viděvъ
knezъ množ'ство zъль v než-
e obložiše є i v'sla є paki
v t'mnicu i vльš'skom' zlohi-
triemъ izb žasta ot ruku

Interpret. (Ἄλγει αὐτοῖς κλαίων ἐξ ινος ἀπὸ καισαρίας τῆς ἐν παλαιστίνη ἔχώ τυγχάνω δὲ ἄθλιος βοηθός κομέντων τῆς ἀνθυπατιανῆς τάξεως.) δύο οὖν ἀνδρες μάγοι δόκιμοι παρεδόθησαν μοι ἀπὸ ιερωσαλήμ Ιωάννης, καὶ πρόχρονος οὗτος καλούμενος βαλὼν οὖν αὐτοὺς ἐν τῇ φυλακῇ, καὶ γενομένης αὐτῶν προσόδου κατέθεντο ἀπειρα πλήθη πράξεων πονηρῶν ἵδων οὖν ὁ ἄρχων τὸ πλάτος (alibi πλῆθος) τῶν κακῶν ὃν κατέθεντο ἀνέπεμψεν αὐτοὺς εν τῇ φυλακῇ. εἰς δεντέραν δὲ ἔξετασιν προσαχθησομένους παραλαβόντος δέ μου αὐτοὺς καὶ ἀπαγαγόντος ἐν τῇ φυλακῇ διὰ μαχαιρῆς κακοτεχνίας εξέφυγον ἐκ τῶν χειρῶν μου. (Observamus orthographiam codicis).

Noatae. Textum graecum cum Arhim. Amfilohio ex codice s. XI. (a. 1022) attulimus; a proferendis variantibus codicum graecorum abstinuimus, cum in praesens de relatione textus glagolitici cum cyrilliano potissimum res est. In hunc finem singulas varias lectiones textus slavici, quem in laudato opere publici iuris fecit Amfilohius omissis tamen variantibus mere orthographicis, afferemus: ex eodem lacunas quoque fragmientorum supplevimus. Apud Amfilohium textus noster legitur in fol. 16—18. Vers. 5. Amf. о н. же;

in Men. Makar. adest же; v. 6 в'кета] сур. быста; v. 7 ннкъ] тва; v. 8 и поимъ] от. и; v. 9 всадицъ] к] от. к; v. 9 т'минцио] теминцио; 12 обложише] к] обложина и; бенрнинк и зла] нечтина и злам; v. 12—13 делявша дела] д'лавша д'кла; v. 14 множ'ство зклъ] множество золъ; v. 15 обложише] к] обложина и; v. 15 в'сла] к] въсла и; v. 16 в т'минцио] в теминцио; v. 16

— 17 влкш'ском' злодитриемъ] влкшество злодитры; v. 17 изб'жаста] из-
в'жасте;

мою и къзк'стнхъ гдноу мо
емоу викшие и смилих се
емоу

ече ли к'жи оканне и гони и
и аще обрециени и то къзврат
и се емъ к' аще ли то злк
оумре

ши аще не обрециени ею. и азъ
в'кд'к' крость кнеза нашего
юж . с имат' I паки за оуз
оу з показа има гле
си на потр'квоу къзмъ изидох',
и се пр'кладох' на на и показ
аше има хартию пр'кльсти г
ле и 'кко си слизавъ прид' с'к
мо с'кд'к има соуциима в град

тоеju i vъzvestih g(ospo)d(i)nu mo
emu bivsee i smilih se emu

(r)eče mi běží okanne i goni i
i ašte obrešteši i to vzvrat-
i se ţemъ ё ašte li to zlě umre-

ši ašte ne obrešteši eju . i azъ
vědě črostъ kneza našego
juže (na n)e imat I paki za uz-
u z(lata) pokaza ima g(lago)le
si na potřebu vъzмъ izidoh'
i se překladohъ na ná i pokaz-
aše ima hartiju prělisti g(lago)-
le i čko si slišavъ prid' sě
mo s'le ima suštima v grad-

μαθὼν οὖν τοῦτο ὁ πρῶτος τῶν κομέντων συμπαθήσας εἶπεν μοι. φάγε
ἄθλιε καὶ δίωκε ὅπισθ αὐτῶν ἐπεὶ κακῶς ἀποθυήσπεις καὶ εἰ μὲν εὑρεῖς, αὐτοὺς,
ἐπίστεφε ἔχων αὐτοὺς εἰ δὲ μὴ εὑρῃς, μητε σὺ φανῆς ἐνιθάδε γυνώσκω γὰρ ἔχώ
τὸν θυμὸν τοῦ ἄρχοντος λαβὼν τοίνυν ἔχὼ τὰ χρήματα ταῦτα ἔξηλθον, καταλ-
πὼν οἶκον καὶ γυνᾶκα μετὰ τέκνων ἴδοι ή κατάθεσις φησὶ διεκνίων αὐτοῖς
τοὺς φανταστικοὺς γάρτας ἤκουσε δὲ ἀπὸ πολλῶν ὅτι ἐν τῇ πόλει ταύτη εἰσι.

*Note. v. 19 γάνογ μοελιογ] суг. моелиоγ γноγ; v. 18 и смилих се
емоγ] и съ мнолога мъ; v. 20 гони и] жени et ad въ слѣк єю; Нie uterque
textus vide ut esse corruptus; cyril. enim habet аиже ли то злѣ 8мрещи . и
с
діре обржшени възврати нмъ . аиже ли не обржшени не възвран сѧ; v. 23 и аз]
азъ бо; v. 24 вѣдѣ] видѣ; кнеза нашего] князя et отп. нашего; v. 25 на не
т
(?) нмат'] има на на; v. 26 за оузы] оузыль; v. 27 си на потрѣбову вкзмъ] и
съ въземъ на потрѣб (Мак. изидета); v. 28 прѣкладохъ] прекла; v. 29 прѣ-
лъстн] прѣлъстноу; v. 30 и ќко] от. и; v. 30 си смишакъ от. си et ad
т х А
ш мнозѣ злѣ сочна и сего ра прїндо въ гра си.*

Col. II.

Ќ сељк. І плакаше се рекъ. ъко
женог и чеда и дом' оставих'
и плаваю по тоуждѣни зми нъ
мъ влю дроуга добраќ пм
5 оунта странство мое І рекос-
та воина к нему ниcheso же не
створи себѣ зла . друже до-
бри ибо влхва та сдѣ еста .
Паки же рече има въ бою се јед-
10 а како вл'шьскомъ зло-
избѣжита о суду въ се ств-
орита дроуга добраќ имѣт
а ъ и заключита ъ в храминѣ
и никто же да не вѣст'. и побиј
15 та ъ и в'zmѣта се принесеное
мною Она же рекоста паче

ě семъ I plakaše se rekъ єко
ženu i čeda i dom' ostavih'
i plavaju po tužděi z(e)mli въ
m(o)lju vaju druga dobraě
p(o)m(i)!-
uita stranstvo moe I rekos-
ta voina k nemu ničesože ne
stvori sebѣ zla druže do-
bri ibo vlhva ta s'dě esta
Paki že reče ima въ boju se ed-
a kako vl'šьskomъ zlohitriem'
избѣжита о суду въ се ств-
орита druga dobraě imѣт-
а є i zaključita є v hraminѣ
i niktože da ne vѣst'. i побиј
ta є i v'zmѣta se prinesenoe
mnoju Ona же rekosta pače

καὶ διὰ τοῦτο παρεγενόμην ἐνταῦθα λοιπον δημαι ὑμῶν. ἐλείσατε μου
τὴν ἔσωτείαν. Οἱ δὲ ταξιώται εἶπον αὐτῷ. μη ἀθίμει φίλε οἱ γὰρ ἄνθρωποι.
ῶσδε εἴσιν λέγει αἰτοῖς ὁ δαιμων φριβοῦμαι μήπως, πάλιν διὰ μαγείας φύγω-
σιν ἀλλὰ τοῦτο ποιήσατε ὃ φίλοι ἀποκλείσατε αὐτοὺς ἐις οἴκους μηδενὸς εἰδό-
τος. καὶ θανατοσατε αὐτοὺς καὶ λαβέτε τὰ ἀκολουθήσαντα μου ὀλίγα χρηματα
Οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ. συμφέρει μᾶλλον ἴνα,

Notae v. 1 **Л** плакаше се рѣкы] и плакаше рѣкы; v. 2 чада] чада; v. 3 по тоуждѣни] на южен; v. 4 виу] вы; v. 4 помиловита] ad мн.; v. 5 странство мое] мое странство; **Л** рѣкоста] и рѣкста; v. 6 нищесоже не створи] ж

инчто съдѣни; v. 8 вѣхва та] вѣхва она (Mak. от. она); ibid. с'дѣ вѣста] вѣста здѣ; v. 9 нѣ бою се] но бою сѧ; ibid. еда како] от. како; v. 10 вѣшьскомъ злочинтремъ] вѣшьевною (Mak. — сконъ злѣ —) хытростню; v. 11 изѣжната] т шѣжатъ; v. 11 о соудоу] о сюдоу; v. 12—13 имѣта Ѵ и] от.; v. 14—15 и побнита Ѵ] побѣдатиа а (Mak. и побните а); v. 15 вѣмѣта] вѣзмите; ibid. прннесеное] прннесомое; v. 16 паче] огнѣ et ad вѣсть;

ДА ИМѢВѢКЪ И ПРИВЕДЕВѢКЪ К ТЕБѢ. аще бо оубиевѣкъ. како вѣ

вратиши се в свою злую. Он же
рече има. побнита Ѵ дроуга д-
обраќ а (!) не хошоу видѣти
моего очства. Она же обѣциаста се
оубити ни. и вѣти прѣлстное
злато. **І**внъ же разоумѣкъ дѹ
хомъ. Ѵже твораше сѣтена (!).
рече къ мнѣ. чедо прохоре. се
вѣждѣ и готови дшоу свою
в' напаст' Ѵко многи скр'би и с-
трасти належет' мнѣ еже
в'здвиже на ни вѣкъ
прѣбиваем в цркви

χρατήσωμεν αὐτοὺς καὶ ἀσφαλίσωμεν ἐπεὶ ἔὰν θανάτωθῶς σὺ πᾶς ἐπαναστρέψεις εἰς τὰ οἰκεῖα. ὁ δὲ λέγει ἀποκτείνατε αὐτοὺς φίλου. καὶ οὐ θέλω ἰδεῖν τὴν ἑδαν πατρίδα οἱ δὲ συνέθνητο, αὐτῶ ποῆσαι τοῦτο καὶ λαβεῖν παρὰ τὸν τὴν φαντασίαν τῶν χρημάτων, ἐγνωκὼς τούνν ταῦτα τῷ διωάννης εἴπεν πρός με. τέκνον προχορε. γυγνώσκειν σε βούλομαι καὶ ἵτοιμάξειν τὴν ψυχὴν σου εἰς πειρασμόν πολὺν γὰρ κοινορθῶν καὶ θλίψιν κινεῖ καθ' ἡμῖν δι προσπαράμενων δαίμων τῷ βωμῷ (al. ἱερῷ)

Notae: v. 17 имѣвѣкъ Ѵ] имѣмъ а; ibid. и приведѣвѣкъ к тебѣ] и привиешъ а et om. к тебѣ; v. 18 аще бо] от. бо et рм. и; ibid. оубиевѣкъ Ѵ] оубртвимъ а; v. 18—19 вѣратиши се] вѣзвратиши а; v. 19 в свою з(е)млю] въ свое ачество; v. 20 побнита Ѵ] побѣсте а; ibid. добраќ] моя; v. 21 а не хошоу] и не хошоу; v. 23 оубити] побити; ibid. прѣлстное] прѣвестное; v. 24

Ів(а)нъ же разоумѣкъ разоумѣкъ же iwa; v. 25 сѣтена (!)] вѣкъ et om. на ин; v. 26 рече] рм. и; v. 26 чедо] чадо; v. 26—27. се вѣждѣ и готови] вѣждѣти вѣкъ (!) велѣкъ и готовити; v. 28 многи скр'би и страсти належет мнѣ] мно пра и скорбъ; v. 30 еже в'здвиже] вѣзвиже et om. еже; v. 31 в цркви] въ капиции et рм. той (Mak. от. той).

Н

А Т

Col. III.

аргемин се бо встаклаест' на . вонна наоучивъ злѣ
о наю и показа ми иск вса г
ланакъ в можан се оубо
5 и готови се І си глюциоу ив
аноу къ мнѣ при доста вонна
и еста ни . дискорид' же не б
ѣ . с нами нь в домоу его по
треѣни ради обвињу . Івн' же
10 рече за коју виноу држани
е се . она же рекоста . влшско
мъ зложитриемъ . Івн' же реч
е кто обличител' ест' о се
мъ она же рекоста да в'ве
15 дена будета в т'миницоу т
оу имата обличителъ ва

Artemii(ně) se bo vstavlaet'
na (ni 2) voina naučivъ zlě
o'nuju i pokaza mi I(su)sъ vsa g(la)-
(go)lanaě b(ěsomъ) mužai se ubo
i gotovi se. I si gl(agol)juštu Iv-
anu kъ mně pridosta voina
i esta ni. Dioskorid' že ne b-
ě (tu?) s nami nь v domu ego po-
trěbi rádi obštihъ. Iv(a)n' že
reče za kuju vinu držani-
e se ona že rekosta vlšsko-
mъ zlohitriemъ. Iv(a)n' že reč-
e kto obličitel' est' o se
mъ она же rekosta da v've-
dena budeta v t'mnicu t-
u imata obličitelъ va-

τὴς ἀρτέμιδος ἵδον διήγειρε καθ' ἡμῶν δύο ταξέωτας καὶ εγνώρισε μοι
ό τὸς πάντα τὰ λοιλῆντα πρὸς αὐτοὺς ὑπὸ τοῦ διάμονος μετ' ὀλίγου οὖν ἐλ-
θόντες οἱ δύο ταξέωται ἐκράτησαν ἡμᾶς, μὴ ὅντος σὸν ἡμῖν τοῦ διοσκόριδος.
καὶ λέγει πρὸς αὐτοὺς ὁ Ἰωάννης ἐπὶ ποια αἰτίᾳ ἡμᾶς ἐκράτησατε. οἱ δὲ εἶπον.
ἐπὶ μαγικῇ κακοτεχνίᾳ. ἔφη ὁ Ἰωάννης. καὶ τὶς ὁ κατηγορῶν περὶ τούτου. οἱ
δὲ εἶπον ἀχθήσεσθε τέως ἐν τῇ φυλακῇ καὶ μέλλετε θεωρᾶν τὸν κατήγορον ὑμῶν.

Nota e: V. 1 Amf. Mak. артемидинѣ; v. 2 наоучивъ] суг.' наоучи; v. 4
е(кесомъ)] ad w наю симъ (Mak. к сима); v. 5 Mak. ом. си; ibid. готови се]

ом. се ; ibid. ибаноу] iwanou ; v. 6 при доста] пришеша; v. 7 и еста] еста et
ом. и ; v. 7—8 не бѣ тоу (?)] om. тоу ; v. 8—9 потреѣни] потреѣни ; v. 10
рече] ad къ нимъ ; коју] Amf. коју ; ibid. држание се] ad сътвориста нама ;
v. 11 рекоста] рѣста ; v. 11—12 влшскомъ зложитриемъ] о влъшестѣ злож-
ытря (in textu glag. in voc. влшскомъ анострофи post Λ et sh vix appa-

н ч

rent) ; v. 12—13 Ів(a)n' же рече] iwa же рѣ et ad к нимъ ; v. 13 ест' о симъ]
ом. et posuit наю ; v. 14 рекоста] рѣста ; v. 15 в т'миницоу] въ т'миницоу от

Δ

рм. токмо ; v. 15—17 тоу имата обличителъ каю видѣти] то имаеши види-
обличителъ каю ;

ю видѣти Івн' же рече к н
има не можета наю оубити
ни моучити аще не имата пр
ѣд'ставити прѣд' лицеъ
20 наю обличителъ Она же
заоучиста ивана и влѣст

ju viděti. Iv(a)n' že reče k n-
ima ne možeta nazu ubiti
ni mučiti ašte ne imata pr-
ěd'staviti před' licemъ
nazu obličitelъ. Ona že
zaušista Iv(a)na i vlěst-

а ни не в' тъмнице нъ в дом'
оук
ром' стоеща ако побити ни
5 хотеща . по наученю беса (!)
Романа же текши в'звѣст
и дноскоридоу . и притеќи аби
е испусти ни и словеса
жестока гле воннома не
0 подобает' чкоу неосоу

т
жденог о обличнит

λέγει πρὸς αὐτοὺς ὁ Ἰωάννης οὐ δύνασθε ἡμᾶς βιάσασθαι εἰ μὴ κατὰ πρόσωπον ἔχητε τοὺς κατηγόρους ἡμῶν . οἱ δὲ φαίζοντες αὐτὸν ἔσυρας ! ἡμᾶς οὐκ ἀπῆγαγον δὲ ἐν τῇ φυλακῇ . ἀλλ᾽ ἐν οἴκῳ ιδιάζοντι . ὥστε κατὰ τὴν ὑποθήκην τοῦ δαιμονος ἀποκτεῖναι ἡμᾶς ἀκούσασα δὲ τοῦτο ἡ φωμάνα, δραμοῦσα ἀπήγγειλε τῷ διοσκορίδῃ ἐκεῖνος δὲ παραχρῆμα ἐλθὼν ἔνθα ἡμεν ἀποκεκλεισμένοι) ἡμᾶς δὲ ἐξβαλὼν εὐθέως ἀπέλυσεν, ἐκείνους δὲ λόγοις ὑπέβαλε σκληροῖς καὶ σκωπικοῖς εἰπὼν πρὸς αὐτούς, οὐκ ἔξεστιν ἡμῖν ἀ(νθρώπ)ους ἀναιτίους φελαζίζειν μη ὅντος κατηγόρουν.

No tа e: "v. 17 Ув(а)н' же рече к нима] іوانк ре et от. к нима; v. 18 не можета наю оғенити] не можете ногднти наю et от. ии моячиши; v. 19—20 не нимата] не имаєта et от. прѣд'ставити; v. 21 обличнителъ] шелнчнителъ; ibid. Она же] см. же; v. 22 нв(а)на] івана; v. 22—23 влѣста] влекоста et рт. влекоюще (Mak. —ира); v. 23 ии] івана; v. 23—24 оғкром' стоеіра] оғкромствѣюшк ет рт. не (Mak. от. не); v. 25 хотеіфа] от.; ibid. беса] бѣка; v. 27 притеќи] теки; v. 28 испусти ни от. et ponit: прїнде и постигноу (Mak. и поусти ны); ibid. и] от.; v. 29 воннома] ad | рече; v. 29—30 не подобает'] ad нама; v. 31 о обличнителъ] от.

— 4 —

Col. IV.

(telě vъ temnicu vъсаždati)
 n? (pače že ne javě nъ)
 v h(ramině taině jako pobi)
 ti є (muža sia v domu)
 тоемъ esta iže (ubo imat čto)
 na na da pridet' ipoime(t є)
 i po zakonu da sudit se imia
 I v'vede ni v domъ svoi Dio-
 skorid a voina rekosta k (s)-
 ebě iděvě i pojmevě is(ka)-
 tela eju ibo Dioskoridъ (v)-
 ině eju priměsi se i žestok
 estъ protivu naima Prido-
 sta že na město iděže d-
 ēmupъ sědě povědavi se
 саникъ i помошникъ kračнемъ

и?
в' х
ти 'к
5 мосль еста иже
на на . да придет' и понме
и по закону да соудит се има
У в'веде им в домъ скон дно
скоридъ . а конна рекоста к
0 ев'к ид'кк'к и понмек'к ис
тела ею ибо дноскоридъ
ин'к ею приложи се и жесток
естъ противу има . Придо
ста же на мѣсто ид'кже д-
5 ключи скд'к пок'даки се
санникъ и помошникъ
крачнемъ

μάλιστα ὅτι μή δὲ ἐν τύπῳ φανερῶ ἀλλ' ἐν οἷς κεκρυμμένω ὥστε ἐπιβούλευσαι αὐτὸὺς ἰδοὺ οἱ ἄνδρες οὗτοι ἐν τῷ οἴκῳ μονοὶ εἰσίν εἴ τις, ἔχει κατὰ τῶν ἐλθέτω καὶ λαβέτω αὐτὸὺς, καὶ κατὰ τὸν νόμον κριθήσασιν. (καὶ ἀπίγαγεν ἡμᾶς διοσκορίδης ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ) οἱ δὲ ταξέωται (εἶπον ἐν ἑαυτοῖς ἀπέλθωμεν καὶ λάβωμεν τὸν κατήγορον, ὥστε δικαιολογεῖσθαι πρὸς διοσκορίδην) ἐλθόντες ἐν τῷ τύπῳ ἐνθα ἐκάθητο ὁ δαίμων ἐν σχήματι ταξέωτον.

N o t a e: vv. 1—5 textum lacunae supplevimus ex cod. cyril. Amphilohii.
v. 6 на на] до икою; v. 8 І в'єде] і веде; ibid. в домъ сион дноскоридъ]

^А
дноскоридъ в домъ сион; v. 10 и́дѣвѣ] идемъ (Mak. идевѣ); ibid. искатель) искалъ; v. 11 и́бо] оғбо; v. 12 и́ю] сиен et ad самъ; ibid. примики се] примики ся et om. и; v. 13 проти воу] противъ; ibid. Принеста] принеста; v. 14

^М
и́дѣже] на не же; ibid. дѣмоуны] дѣмонъ; v. 15 сѣдѣ] сѣдлаше (Mak. —чє);
v. 16 (Mak. сандиқъ); ibid. и] om.; ibid. крайнемъ] раяни (!).

и не обрѣтша его при доста
в пе чалъ велию и седша г
ласта оуви нама чго ств
20 оривѣ жко чка и́кст' сѣдѣ а
ще обративѣ се к дноскоридоу
инако глюща то испитавъ
злѣ на ни встанет' и изгуб
ит ни и вѣста на мѣстѣ пл
25 ачоуциа се Егда же си
бесѣдовашета к себѣ
приде дѣмоуны в томжде обр
азѣ и рече к нима лѣнива би
ста друга о орудии моемъ
30 и она исповѣдаста емоу вса
како дноскоридъ поетъ Ѳ аци

i ne obrѣtša ego pridosta
v pečal veliju . i sedša g-
(lago)lasta uvi nama čto stv-
orivě ēko ē(lově)ka něst' sъdě a-
ste obrativě se k Dioskoridu
inako gl(agol)jušta to ispitavъ
zlě na ni vstanet' i izgub-
it ni i běsta na městě pl-
ačušta se. Egda že si
besědovašeta k себѣ
pride děminъ v tomžde obr-
azě i reče k nima lěniva bi-
sta druga o orudii moemъ
i ona isповѣдasta emu vsa
kako Dioskoridъ poetъ ē aste

καὶ μὴ εἰρύοντες αὐτὸν (al. αὐτὸν) εἰς λύπην μεγάλην καὶ ἀδημονίαν
ἐνέπεσον λέγοντες. ὅτι τοῦ κατηγόρου μὴ εὑρισκομένου. ἡμεῖς ὡς συκοφάνται
παρὰ τῷ διοσκορίδῃ λογιζόμεθα καὶ οὐκ ἀκίνδυνον ἡμῖν ἐστιν. πολλῆς γὰρ
αὐτηρίας τὲ καὶ ἀριθμητικῆς ὁ ἀνὴρ μετέχει. ἐπὶ πολὺ δὲ προσκαρτερούντων
αὐτῶν. ἦλθεν ὁ δαίμων ἐν τῷ αὐτῷ σχήματι. καὶ ἐξηγήσαντο αὐτῷ ὅσα ἐποίη-
σαν καὶ ὅτι ἐν τῷ οἴκῳ εἰσὶ τοῦ διοσκορίδους

N o t a e: v. 17 в пе чалъ велию] въ оғныніе; v. 19—20 створи вѣ
^М
сѧтвори (Mak. —вѣ); v. 20 жко] ибо; ibid. ч(ловѣ)ка] ad whого (Mak. om.
whого); ibid. аире] рим. и; v. 21 обративѣ се] обралрел ся (Mak. —вѣ ся);
v. 21 к дноскоридоу] om. к; v. 22 испитавъ] шпилнивъ моужъ в и; v. 23
встанет' и] въставъ; v. 26 бесѣдовашета] бесѣдоваста; v. 27 приде дѣмоуны]
прине дѣмонъ; ibid. в томжде] в томже; v. 28 к нима] к нилк; v. 30
и она] онн (Mak. и wha); v. 30 всѧ et ad и створиста. i; v. 31 поетъ ж
поют и, i ...

Fragm. C, col. I.

роучи тѣло свое да ти
се просвѣтит' душа бл
аговѣрствием же се оукр
ашъ подвигни на молб
5 оу срїе си къ бѹ и да приде
^л
т' ти лстинна Ѳко источ
никъ братолюбию плод
а стежавъ подвигни с
е к црквѣ на пѣникѣ дхвна
оѣ. аще же хощеши памет'
створити мртвимъ то ц
^л
рѣки оукраси лстиню прѣ
жде и свѣтилами и пѣни
дхвн
5 Ѣ

(? po)ruči tělo svoe da ti
se prosvětit' d(u)ša . bl-
agověrstviem že se ukr-
ašť podvigni na molb-
u sr(ъ)lъce si k b(og)u i da pride-

t' ti m(i)l(o)stina єko istoč-
nikъ bratoljubiju plod-
a stežavъ podvigni s-
e k cr(ъ)kvě na pěnič d(u)h(o)vna-
ě aště že hošteši pamet'
stvoriti mrтvimъ . to c-

rѣki ukrasi m(i)l(o)stineju prѣ-
žde i svěstami i pěsn(em)i
d(u)h(o)vn(im)i
št

I n t e r p r e t a t i o: commenda (?) corpus tuum, ut illuminetur anima tua. pietate vero exornatus erige in orationem cor tuum ad Deum. et veniat tibi eleemosyna ut fons. caritatis fraternae fructum meritus erige te ad ecclesiam in cantica spiritualia. si vero vis memoriam facere mortuorum. ecclesiam prius exorna eleemosyna et luminibus et canticis spiritualibus

N o t a e. Imprimis annotandum esse videtur, textum quatuor columnarum partem esse unius eiusdemque Sermonis seu homiliae. Cui asserto favet simile in omnibus, qui remanserunt, versibus argumentum; in omnibus enim de mortuis, eorum resurrectione vel similia, ut puta de morte, de sepulcro pertractat. Cfr. col. I, v. 10—11 (si vero vis memoriam facere mortuorum); col. II, v. 5—7 (si nos hic remaneremus et non moreremur, juste decens nos esset deflere mortuos); col. III, v. 1 (sepulchra autem domus illorum erunt); denique col. IV, v. 8—13 (sepulto tradita lingua) sed iterum illinc transibunt in resurrectionem, quia qui sepelitur iterum resurget). Cum ergo argumentum unum idemque sit, secundum ea quae superius attulimus, cum aliqua probabilitate asserere possumus in fragmanto nostro (C) contineri partem Sermonis cuiusdam seu homiliae Clementis, episcopi Velicensis.

Col. II.

юци се не прѣмѣт' на вс
е сравняюци приемлѣтъ
Тѣмже аще бихомъ ми о
сталы съдѣ а не так
5 ожде оумирали то прак
дею лѣпо ни бы плака

jušti se ne přeimět' na vs-
e sravnajušti priemlětъ
Těmže aště bihomъ mи o-
stali sъdѣ a ne tak-
ožde umirali to prav-
doju lěpo ni bi plaka-

ти се оукривихъ
неже по томоу
и ити има
10 ё е

ti se umtъvšihъ
neže po tomu
i iti ima
é e

I n t e r p r e t a t i o. omnia componens accipit. Ideo si nos hic remaneremus, et non similiter moreremur, iuste decens nos (esset) deflere eos qui mortui sunt

Col. III.

гроби же имъ храми боядочт'	grobi že imъ hrami budut'
<u>Взиксе</u> во имен скотъ прѣд	Vzněse bo imen(a) svoě před
<u>змиили</u>	z(e)mli(b)nimi
<u>члк</u> бо в ч.	č(lově)kъ bo v č(ьstъ) .. (sъ)tvorenъ
5 <u>бглук</u> . не .	b(o)g(o)mъ ne (razumě) nъ prilo-
жи се скотъхъ несмисл'	ži se skotěhъ nesmisl'-
и оуподоби се	(nihъ) i upodobi se (imъ) v
<u>в</u>	eh
<u>кл</u>	kl-

10

I n t e r p r e t a t i o: sepulchra (autem) domus illorum erunt. Extulerunt enim nomina sua preae terrae habitatoribus (?). homo cum in honore factus esset a Deo non intellexit; sed comparatus est inmentis insipientibus et similis factus est eis . . .

N o t a e. Versus 1—7 huius columnae pars sunt psalmi XLVIII., qui tamen hic paulo immutatus est, quam in Psalterio legere consuevimus. In psalterio Sinaitico (Cfr. Psalterium glagolski spomenik manastira Sinai brda izdao Dr. Lavoslav Geitler. U Zagrebu 1883, pag. 103) legimus

Церови ихъ и храми ихъ въ вѣкъ
къ : села ихъ въ родъ и родъ :
Нарѣшила имена скотъ на земѣнныхъ :
Ц цвѣкъ въ честі си не разоумѣкъ :
приложи сѧ скотъхъ несъмъ
и слѣнныхъ и оуподоби сѧ имъ

Similiter psalt. Pasmaneum (Cfr. Berčić Uloemei sv. Pisma. U Zlat. Pragu II, pag. 42).

Textus graecus cod. B habet:

- v. 12 καὶ οἱ τάφοι αὐτῶν οἰκίαι αὐτῶν εἰς τὸν αἰῶνα,
σκηνώματα αὐτῶν εἰς γενεὰν καὶ γενεάν ἐπεκα-
λέσαντο τὰ ὄνόματα αὐτῶν ἐπὶ τῶν γαιῶν αὐτῶν.
13. καὶ ἀνθρωπος ἐν τιμῇ ὅν οὐ συνῆκεν παφασνυ-
βιήθη τοῖς κτήνεσιν τοῖς ἀνοίτοις καὶ ὁμοιώθη
αὐτοῖς

(The Old Testament in greek according to the Septuagint. Henry Barelay Swete.
(Cambridge 1896.)

Ex comparatione textuum sequitur, in suo versu primo homiliam propius quidem accedere ad textum graecum, in reliquis vero proprio potius modo sese gerere, aliis verbis auctorem homiliae non afferre textum s. Scripturae accurate sed memoriter tantum. Quod cum apud Clementem episc. Velicensem saepius accidat, novum cum superius allatis argumentum conjiciendi, ipsum esse eiusdem Sermonis seu homiliae auctorem.

Col. IV.

не юже ли о чр'нѣ кѣ
къ . . зиошнен не юже
кко вода излисте се
и рв бисте в снѣдѣ
5 къде же ест' езикъ онъ ско
ри на оклеветание Не ж
е ли пр . . млыче и
гробоу прѣданъ бист'. нѣ
обаче не до гроба тѣчию
0 а поставимъ нѣ паки
отоудоу прендоут . на вскр
'кшиене кко погрѣбаєми
паки встанетъ и ез

аки
к
с

не юже ли о чр'нѣ кѣ
е зајушеи . не юже
(li) єко вода izliste se
i (č)rv(омъ?) biste v snědъ.
къде же est' ezikъ онъ ско
ри na oklevetanie. Ne (i) є
e li pr(ězde) (u)mlyče i
grobu předanъ bist' nѣ
obače ne do groba těčiju
. a postavimъ nѣ paki
otodu přeđut na vskr-
ešenie єко pogrѣbaemi
paki vstanetъ i eз
(ikъ?)

aki
v
s.

Interpretatio: v. 2—4 nonne tanquam aqua effusi estis et in commestione facti estis vermiibus (?). v. 5—6. Ubinam est lingua illa velox ad denigrandum . . . v. 7—8. siluit (?) et sepulchro tradita est; v. 10— sed iterum illinc transibunt in resurrectionem , quia qui sepelitur iterum resurget . . .

IV. Ex materia lexici annotanda sunt:

батогъ т. ὑάβδος, baculum (батоги соухи вити єго А II 8).
бесчиние п. ἀταξία, insolentia (обложише 'к многа вецини'к
В I 11).

благовѣрствиє п. εὐσέβεια, pietas C I 2—3

братолюбие п. φιλαδελφία, caritas fraterna C I 7.

б'кесъ т. δαιμόνιον, δαιμων, daemon B II 30.

клъхвъ т. μάγος, magus B I 6 et alibi.

клъхъскъкъ adj. μαγικός, magicus (клъхъскомъ злочитвием
B II 10).

коинъ т. στρατιώτης, miles B II 6.

къздкигихти єξεγείρειν, suscitare (скр'ви и страсти єже
къздкиже па ни б'кесъ В II 28).

възискати *ἀναζητεῖν*, exquirere (егда възискахоу кр'стъкнина члока кка А 16).

въслати *ἀπάγειν*, mittere (в в тъмникоу В I 15).

въставляти *διεγείρειν*, suscitare (вставляест' на ни вонна В III 1).

въдица f. *ἄγκινος*, unguis, uncinus А II 21.

готовити *παρασκευάζειν*, parare (готоки доншоу скою в напаст' В II 27).

дръжание n. *χράτησις*, comprehensio В III 10.

дъкмонъ (дъкмоунъ) m. *δαιμων*, daemon B IV 14—15 cfr. **бъксъ**.

заоѓашти *φαπίζειν*, alapas infligere B III 22.

злохътреиe n. *κακοτεχνία*, malae artes (вълш'ском' злочигриемъ извѣжаста В I 16 et al.).

искателъ m. *ξητητής*, quaesitor B IV 10.

источникъ m. *πηγή*, fons C I 7.

краинъ; помошникъ *κράκνεμъ* B IV 16 et probabilitate etiam col.

I v. 4—5. Textus graecus habet: *βοηθός κομέντων*. E. A. Sophocles Greek Lexicon ad voc. *κομέντον* habet = δ *κομβέντος* (*κονβέντος*) lat. conventus = *сунделенсис*, assembly, council.

кулмира m. *εἴδωλον*, idolum А I 31 et al.

лъко юестъ *πρέπει*, decet (С II 6—7 лъко ни би плакати се оу мръвшихъ).

молъба f. *εύχή*, oratio C I 4.

мъжати са *ἀνδρίζεσθαι*, confortari.

мъжка f. *θλίψις*, poena А II 2, cfr. **страсъ**.

мъчение n. *μαρτύριον*, martyrium А I 5.

напастъ f. *πειρασμός*, tentatio B II 28.

обличителъ m. *κατήγορος*, accusator B III 13 et al.

окаймъ adj. *ἄθλιος*, miser (въкжи окайне В I 10).

оклеветание n. *συκοφάντημα*, calumnia C IV, 6.

оръдие n. *σκεῦος*, instrumentum B IV 29.

оставити *ἀπολείπειν*, relinquere (женоу и чеда и дом' оставихъ В II 2).

отъкъство n. *πατρίς*, patria B II 22.

пламъкъ n. *φλόξ*, flama (п. огъни А I 16).

пов'кдати (са) *καλεῖν*, vocare (пов'кдави се санник B IV 15).

подкигнжти са (на п'кние) *σπεύδειν*, festinare C I 8.

полата f. *παλάτιον*, palatium.

прим'ксити са *μετέχειν*, admisceri (вънк' єю прим'кси се B IV 11—12).

приюти мъкъ *πάσχειν*, pati (приемлют' мояни А I 22).

пропати *σταυροῦν*, crucifigere (пропетоу Х[рист]оу кланают се А I 24).

просв'ктити *παιδεύειν*, illuminare (да ти се просв'ктит' да (оу)ша С I 1—2).

пр'кдати *προδιδόναι*, tradere (пр'кдают' в мояни А II 1).

пρέκινсподънъ adj. ὁ κατώτατος, inferni (в прέкинсподнене монки
εἰς ἄδου ibid.).

пρέкльстънъ adj. ἀπάτης, fraudis (пречл'стное злато В II 23).
растягнжти дιατείνειν, distendere (повелък р его и батоги
сочи бити А II 7).

санъ m. ἀξίωμα, dignitas A I 13.

саногъ m. ὑπόδημα, calceus (жел'кни с сковати А II 14).

скоръ adj. ταχύς, celer C IV 5.

сотона m. σατανᾶς, satanas B II 25 (cfr. б'кък, д'кмоп'къ).

страстъ f. βάσανος, cruciatus (cfr. лжка, монченне) А II 23.

страданъство n. ξενία, peregrinitas B II 4.

стъмилити сѧ; смилих' се емои, ἐσυμπάθησε μοι, miseritus est
mei B II 18.

стън'кдъ f. βρῶσις, cibus C IV 4.

стътворити память μνημονεύειν, memoriam colere (мр'твимк
С I 10).

търговинъ m. ἀγοραῖος, mercator A I 10.

тъуждъ adj. ἀλλότριος, alienus (по тъужд'кн земли В II 3).

тъмъница f. φυλακή, carcer A II 18.

оукрасити хосмеин, exornare (благов'крствием же се оукрасиц
С I 4).

оукромъ adv. ἵδιως, solitarie B III 23—24.

хартия f. χάρτης, charta B I 29.

J. Vajs.

POLONICA.

Ks. Dr. Franciszek Gabryl, „Psychologia“. Kraków 1906. pag.
474 in 8º. Pretium 8.— Cor.

In prooemio disserit auctor, Almae Matris Cracoviensis professor, de obiecto psychologiae, de methodo, necnon de relatione huius disciplinae ad alias scientias. Improbat divisionem in psychologiam empiricam et rationalem, cum neutra ex se sufficiens sit ad scientificam rei explicationem, immo utraque simul iungi debeat, ut phaenomenis vitae psychicae exploratis et in classes distributis eorum radix et causa ultima interna, i. e. anima, eiusque natura investigari queat. Deficiente nos intuitiva animae cognitione, nonnisi a posteriori ex ipsis animae operationibus ad eius essentiam et cum corpore unionem transire licet. Hinc reicienda est a limine methodus aprioristica, et via experimentalis «a posteriori» seligenda est. Non sufficit tamen methodus introspectiva, neque ea, quae physicorum disciplinae propria est, neque methodus genetica vel comparativa, cum, quantum fieri potest, omnes vitae psychicae manifestaciones serutari debeant, quae philosophicae in ultimam causam indagationis fontem constituunt. Non est proinde postponenda anatomia, morphologia, physiologia, pathologia, historia, aliaeque scientiae confines, quibus notitia vitae psychicae augeri potest. His introductionis gratia praenotatis auctor aggreditur opus, in quattuor partes divisum.

In parte prima auctor exhaustit summatim omnia, quae ex anatomia, physiologia, histologia organisini vitae sensitivae colligi de nostra

perceptione sensili possunt, id quod 7 capitibus praestat, allatis per multis physiologorum et psychologorum modernorum testimoniis. Capite octavo sensibus internis insistit, eorumque functiones in sensationibus, ab extra receptis, ad unitatem quandam redigendis, conservandis, reproducendis exponit: unde hoc loco de sensu communi, de phantasia et memoria, earumque perturbatione, nec non paucis de via estimativa instruimur. Prima haec pars dimidium fere totius libri explet.

Sequitur tractatus de cognitione intellectuali: statuitur discrimin inter phantasma et ideam, exponuntur theoriae de origine idearum, inter quas sistema peripatetico-scholasticum eligitur tanquam unice verum, quin tamen subtiliores agitentur quaestiones de distinctione inter intellectum agentem et possibilem, et utriusque functione. Exponuntur etiam actus intellectivi, apprehensio, iudicium, ratiocinium, necnon relatio cogitationem inter et sermonem externum.

Tertia pars agit de appetitu sensitivo et voluntate, quibus accedit caput XIV. de affectibus.

Quibus delineatis auctor per 80 paginas deducit philosophicas conclusiones de natura animae, eius scl. substantialitate et spiritualitate, porro disputat de origine animae eiusque immortalitate, deque unione animam inter et corpus. Refutatis tum monismo sive materialistico (parallelismus psychophysicus) sive idealistico, tum dualismo, qualem statuebant Plato, Cartesius, Leibnitz, Malebranche, Locke, Herbart, alii admittitur explicatio Aristotelica de materia prima et forma substantiali, non intrando in quaestiones subtiliores a Scholasticis agitatas. Reicitur etiam sententia Güntheri et Baltzeri, necnon theoria D. Palmieri, ad quam, nescio quo iure, Dr. Gabryl extendit damnationem Pii IX., in epistolis ad eppos Coloniensem et Vratislaviensem latam.

Placet breviter adnotare, quid de toto opere sentiamus. Quae auctor sub initio de methodo in tractanda psychologia animadvertisit, non nisi laudare possumus: videtur autem ipse auctor in eo defecisse a laudata methodo, quod explicationem condicionum vitae vegetativae penitus praetermisserit. Cum enim in quarta parte operis statuatur unica anima, triplici vitae gradui in homine compar, in parte analytica materia experimentalis pro primo et infimo gradu vitae desideratur. Quamvis negandum non sit vitae psychicae phaenomena maioris esse momenti pro psychologia, modernasque controversias de his praecipue moveri, tamen in integro »Psychologiae« tractatu de vita vegetativa omnino tacere non convenit.

Physiologiae et anatomiae emolumenta in re psychologica maxima utique sunt, attamen cl. auctor videtur plus aequo respexisse confines psychologiae disciplinas, unde et evenit, ut inter partem empiricam et rationalem deficeret proportio.

Quaestionem de origine primae animae humanae Dr. Gabryl consulto omittit ideoque de theoria transformisimi non disserit.

Amplam litteraturam, qua eruditus auctor usus est, in notis assignatam invenies, et sine dubio magnum emolumentum ex hoc

libro pro positiva psychologiae notitia capies. Studiosi in academiis et seminariis libenter lectioni huius libri vacabunt: commendatur enim elegantia linguae non minus quam copia experimentalium notiarum et expositione rerum historica.

M.

RUSSICA.

A. Prugavin, Религиозные отщепенцы. Очерки современного сектантства. (**Religioznye otščepency.**) *Religiosi schismatici.* Duo fasciculi. Moscoviae 1906. 295 + 210.

Prugavin, varias Russiae regiones invisens, notitias sectarum recentiorum evolutionem illustrantes comparat. Observationes suas de sectarum patribus, deque sectae evolutione et doctrina, ad historiorum commoditatem, per modum narrationis scriptis mandat. Itaque qui de recentioribus sectis scripturus est, scripta a Prugavin composta, inspicere debet.

Narrationis modus a Prugavin adhibitus suspicionem ingerit, eum sectas a se descriptas propagare vere.

M. H.

D. Skvorcov, Современное русское сектантство. Очерки статьи и изслѣдование. (**Sovremennoe russkoe sektantstvo.**) *De recentioribus sectis in Russia.* Moscoviae 1905. IV + 230. 1·50 rub.

Auctor articulos, quos de sectis diverso tempore in variis fasciculis publicavit, in hoc libro in unum collegit. Finis vero huius libri est, sectarum recentiorum, quae magis minusve rationalismum profitentur, evolutionis historiam enarrare. Totum opus dividitur in XI capita. Tria extrema capita minus arcte cum aliis capitibus iunguntur.

In praefatione Skvorcov sectarum rationalisticarum inde a primis religionis christiana incunabulis in Russia existentium evolutionis historiam tradit (p. 5—19). Ex tempore enim, quo Russi fide christiana illustrati sunt, sectae inter ipsos exstiterunt. Saec. XI^o magi, ex Finlandia oriundi, mixtionem ex christianismo et paganismo compositam propagabant. De mundo magi dualistice sentiebant (p. 7 sq.). Saec. XIV^o in Pskov, dein in Novgorod cernuntur strigolniki, a diacono Carpo appellati, qui cleri tonsuram tondebat. Ipsi apostolica scripta reiciebant, — sacramenta et vitam post mortem non admittebant, — immo etiam de redemptionis mysterio minus recte sensisse videntur, certe saltem deistae erant (p. 8 sq.). Saec. XV^o secta haec in duas dispescitur fractiones; ex quibus una, multa a Caraitis suscipiens, iudaizantium sectam efformavit, quae divinitatem Christi reiciebat (9 sq.). Saec. XVI^o. Bakšin eiusque asseclae, licet ad iudaizantium sectam non pertinuerint, tamen divinitatem Christi, redemptionem, miracula etc. respuebant (p. 11 sq.). Saec. XVII^o ecclesiam Russiacam, ob Niconis reformationem, raskolniki vexabant. De sectis rationalisticis huius saeculi parum scimus (p. 13). Saec. XVIII^o, Petro M. eiusque successoribus regnibus, protestantismus, protectione civili gaudens, late inter Russos propagabatur (p. 14); in altera autem saec. XVIIIⁱ parte Voltairianismus, imperatoribus non impedientibus, inultos acquirebat discipulos. Ex quibus duobus fontibus, nempe protestantismo et Voltairianismo,

ut rivuli multae sectae profluxerunt. Quarum sectarum principia a sectis prima parte saec. XIXⁱ exsistentibus ulterius evolvebantur (p. 15). Aliter res sese habet, si recentiores sectas spectamus, ex quibus aliae rationalismum, aliae atheismum inter Russos spargunt (p. 19 sq.). Plures ex his sectis praeter rationalismi elementa etiam mysticismum colunt (p. 16 sq.).

In sequentibus capitibus auctor de ipsis sectis rationalismum profitentibus disputat, et quidem: secundo capite disserit de štundismo (p. 20—37); tertio capite de secta »paškovština« dicta (p. 38—61; in quarto cap. de »sjutajevština« (p. 62—70); in quinto cap. de paškovština secundum acta iudicij alia (p. 71—123); in sexto cap. de eiusdem sectae publicationibus (p. 124—140); in septimo cap. de secta a Tolstoj fundata (p. 141—147); octavo cap. viri cuiusdam e secta paškovština litteras, quae nos multum de hac secta edocent, adducit (p. 148—157); nono cap. agit de rationalismo, prout viget in sectae, quae raskoř' dicuntur, fractione quadam sacerdotium non admittente (p. 158—200); decimo cap. de secta »skopcy« (castrati) p. 200—219; ultimo capite enarrat, quomodo multi Russica natione abutantur, idque alii, ut ex ea comoda temporalia habeant, alii ut eam ad superstitiones perducant (p. 220—230).

Recentiores istae sectae una post aliam emergebant: septimo enim decennio saec. XIXⁱ orta est in meridionali Russia secta, quae sub štundismi nomine venit, — octavo decennio Petropoli paškovština cum sjutajevština, — nono decennio Tolstoj novae sectae auctor exstitit.

Quarum sectarum originein, historiam, doctrinam Skvorcov desribit capitibus, quae diximus, idque modo populari et ad praelectiones adaptato. Inde mirum esse nemini debet, si non omnia fuse descripta sunt vel, quod maximum est, si plura documenta seu opera hisce de rebus tractantia, non citantur. At multa, quae ad sectarum historiam spectant, historicus in citato libro inveniet, cuius auctor iam inde a pluribus annis hisce rebus studet.

Štundismus, a voce germanica „stunde“ nomen ducens, ortus est in meridionali Russia ob speciales circumstantias ibidem tunc temporis existentes. Saec. XIXⁱ enim sexto et septimo decennio, cum populus Russicus libertate donatus esset, cum doctrina simul etiam liberalismi principiis imbuebatur. Ad haec in meridionali Russia accessit, quod pastores protestantici illa in regione viventes, suam doctrinam inter orthodoxos divulgabant. Ad štundismi evolutionem et propagationem cum alia tum haec multum contulerunt: α) quod haec secta initio parum observata est; β) quod per iudices civiles ob sonium liberacionem implicite protecta est; γ) quod clerus ad reagendum minime paratus erat. Denique lex a. 1894., prohibens sectae congregations, eius cleri propagationi impedimentum posuit. Secta ex contemptu rituum, sanctorum, imaginum etc. initium ceperat, — dein temporis successu harum rerum fundamentum, nempe traditionem atque ecclesiam evertens, suas theorias libera scripturae interpretatione stabilire cooperat; — paulo postea etiam divinitatem Christi ac sacramenta respuit. Brevi: totum huius sectae sistema religiosum, si melius inspicitur, ad socialismum et communismum viam sternit (p. 20 sqq.).

Liberalismus, Alexandri II. favore propagatus etiam inter superiorum classium homines discipulos haud paucos numero habebat. Cum enim Anglicanus Redstok (a. 1874.) Petropoli orationes suas haberet, Russi grato animo eum receperunt. Eius vero ideas maxime Basilius Paškov propagare studuit, idque magno cum successu usque ad a. 1884, quo ipse ex Russia migrare coactus est. Ipse omnia a Protestantibus mutuans, Lutheri fidem fiducialem ac bonorum operum absentiam late extendebat. Eius discipuli de potestate civili sinistre sentiunt (p. 38 sqq.).

Sjutaev novam fundavit sectam, quae ex priore orta in eo solum differt, quod loco religionis, immo loco Dei, amorem ponit (p. 62 sqq.).

Secta a Paškov fundata brevi tempore multos acquisivit alumnos. Id eo facilius efficere poterat, quod societas quaedam Paškov spiritu animata, eius principia multis libellis publicabat. Auctor libros magis noxios nominat atque opera de eadem secta tractantia recenset (p. 124 sqq.).

Tolstoismus secundum Skvorcov nihil nisi atheismus est (p. 141 sqq.).

Sectae, quae raskol audit, fractio quaedam sacerdotium negans ex eo processit, quod primo ecclesiam sine sacerdotibus posse exsistere affirmabat, dein etiam debere ita constitutam esse asserebat; — Ex negatione autem hierarchiae ad alia neganda progressum fecit (p. 158 sqq.).

M. Haļuščynskyj.

PARS DISSENSIONIBUS INTER ECCLESIAM OCCIDENTALEM ET ORIENTALEM COMPO- NENDIS DESTINATA.

De causa Papae Honorii.

1. De causa Papae Honori i sic scribit Döllinger: „Ab anno 1650 omnis theologus alicuius nominis hanc sibi quaestionem tractandam assumpsit, de qua 150 annorum spatio plura scripta prodierunt, quam de quacumque alia quaestione, historiam ecclesiasticam spectante totis 1500 annis“¹⁾). Ratio huius rei est, quia, ut ait notissimus impugnator Infallibilitatis Romani Pontificis, Bossuet, nostrae causae peculiare praesidium præbet Honorius Papa²⁾). Sic saltem ipse putabat et multi cum ipso, etsi re attentius considerata, iam anno 1870 auctor quidam catholicus scribere potuit „Unum ex optimis argumentis pro infallibilitate Romani Pontificis nobis iam videtur esse Papa Honori³⁾). Et revera, si illi, qui infallibilitatem Romani Pontificis agnoscere recusant, firmius pro sua sententia argumentum non habent quam causam Honori, ad quam semper tamquam ad suum Achillem configunt, victas dein manus, necesse est.

¹⁾ Papstfabeln 147.

²⁾ Defensio l. 7, c. 21.

³⁾ Civiltà 1870, X., 415.

I. Quisnam verus status quaestionis sit.

2. Duo omnino modi sunt, quibus causam Honorii in argumentum contra infallibilitatem Romani Pontificis convertere nituntur aut Honorium ipsum in haeresim lapsum erroremque monothegeticum professum esse dicunt⁴⁾, aut potius urgent. Honorium a concilio certe oecumenico tanquam haereticum damnatum esse sive a concilio oecumenico aequivalenter fallibilitatem Romani Pontificis esse declaratam⁵⁾.

Iam vero patet, in materia tam ampla tamque multiformi punctum saliens totius controversiae continuo ob oculos versari debere, ne totum negotium reflexionibus et inquisitionibus omnino superfluis intricetur potius quam dilucidetur. Quid autem quaeso, patentibus amicis et adversariis, in tota de Papa Honorio controversia cardo et caput est? Nonne id quod totam controversiam in mundum introduxit, quodque usque in hanc diem semper novas pennas movet, ut in eius illustrationem nova quaedam si fieri possit momenta conferant: relatio intima huius facti, quam vel habet vel habere creditur, cum infallibilitate Romani Pontificis?

Tota igitur quaestio, forma maxime universalis proposita, eoredit utrum papa Honorius aliquid fecerit vel circa papam Honorium aliquid acciderit, quod cum dogmate de Infalibilitate personali Romani Pontificis conciliari nequeat.

3. Ut patet, duo hic in universum termini sunt, qui ad invicem comparari debent, unus est pure dogmaticus, infallibilitas sc. Romani Pontificis, qualis ab ecclesia Romana capiti suo tribuitur, alter est historicus, pars scilicet sive activa sive passiva, quam papa Honorius in causa Monotheletarum habuisse documentis historicis demonstratur.

4. A. Quod primum illum terminum, infallibilitatem dico attinget, luce clarius est, hunc conceptum non ex cuiuscumque hominis phantasia vel arbitrio, sed unice ab ipsa ecclesia Romana esse petendum. Ipsa enim est quae quasi prima in arenam descendens, capiti suo Romano Pontifici Infalibilitatem vindicat, adversarii autem logice nihil aliud velle possunt, quam negare praecise id, quod ecclesia Romana ponit, hoc est quam negare infallibilitatem, et quidem eam infallibilitatem quam ipsa ecclesia Romana capiti suo adiudicat.

Iam vero conceptus Infalibilitatis omni claritate et distinctione, quae desiderari potest, a concilio oecumenico Vaticano proponitur. „Docemus et divinitus revelatum dogma esse definimus: Romanum Pontificem, cum ex cathedra loquitur, id est, cum omnium Christianorum Pastoris et Doctoris munere fungens pro supra sua Apostolica Auctoritate doctrinam de fide vel moribus ab universa Ecclesia tenendam de-

⁴⁾ Sie S. Glagolev, Sverhestestvennoe otkrovenie (Harkov 1900) 429; N. Běljaev, O katolicizmě (Kazan' 1889) 184.

⁵⁾ Sie imprimis Homjakov, Polnoe sobranie sočinenij II. (Mosk. 1886) 78, 190; VII, 122; Běljaev, l. c.

finit, per assistentiam divinam ipsi in beato Petro promissam, ea infallibilitate pollere, qua divinus Redemptor Ecclesiam suam in definienda doctrina de fide vel moribus instructam esse voluit: ideoque eiusmodi Romani Pontificis definitiones ex sese, non autem ex consensu Ecclesiae irreformabiles esse⁶⁾.

Ut igitur ex causa Honorii contra infallibilitatem Romani Pontificis legitimum efficiatur argumentum, ex historia ostendi debet, papam Honoriū, potestate sua suprema Pastoris et Doctoris omnium Christianorum, eaque non quocumque modo, sed secundum totam eius plenitudinem utendo, toti ecclesiae definitivo modo credendum proposuisse aliquid falsum. Similiter, si quis ex concilio sexto argumentum contra infallibilitatem Romani Pontificis construere velit, debebit ostendere, concilium authentice declarasse: Honoriū, auctoritate sua suprema Pastoris et Doctoris omnium Christianorum abutendo, toti Ecclesiae definitiva sententia errorem aliquem tenendum iniunxisse.

5. Quodsi quis aliud quid ostendat, ut: Honoriū quaestionem non perspexisse, Honoriū in re de qua agitur errasse, haeresim credidisse, haeresim manifestasse, haeresi sive scienter sive ignoranter favorem praestitisse, haeresim praedicanti se non opposuisse et his similia: vel etiam si quis ostendat, concilium sextum damnasse Honoriū, et quidem tamquam haereticum, immo etiam ut haereticum proprie dictum et formale — aliquid talis profecto probaverit: at, quamdiu non ulterius probare poterit, Honoriū modo superius exposito falsam definitionem ex cathedra edidisse, vel a concilio sexto propter editam falsam definitionem ex cathedra damnatum esse, contra infallibilitatis dogma ne latum quidem unguem profecerit.

Demonstraverit utique talis, Romanum Pontificem, etiam ex concilii oecumenici sententia, non esse omni possibili Infallibilitatis modo et gradu infallibilem, at non demonstravit, Romanum Pontificem non esse eo Infallibilitatis modo et gradu infallibilem, quem modum et gradum solum Ecclesia Romana capiti suo vindicat. Non enim unquam affirmavit Romana Ecclesia, caput suum ut personam privatam errare non posse hoc potius tamquam blasphemiam longe a se reicit. Neque asserit Romana Ecclesia, Summum Pontificem, eo ipso quod tamquam Pastor et Doctor omnium fidelium loquitur, semper esse infallibilem agnoscit potius Romanum Pontificem etiam cum vi muneric sui, ex quo solo talem potestatem habet, universam Ecclesiam alloquitur, posse id facere sine intentione aliquid definiendi, id est, semel pro semper irrevocabiliter terminandi, immo cum positiva intentione tantum disciplinariter aliquid statuendi et in tali easu nequaquam dicit eum infallibilitate gaudere. Neque unquam Romana Ecclesia asseruit, errorem a Romano Pontifice, alterutro horum modorum agente commisum, non posse etiam a concilio oecumenico infallibiliter declarari.

⁶⁾ Sessio IV Constitutio I. Caput IV.

6. Unicum, quod dogmate Romanae Ecclesiae de infallibilitate sui capitum asseritur, est hoc: caput suum, cum ut persona publica, id est ut Pastor et Doctor omnium Christianorum, non quocumque modo docet, sed suprema potestatis sibi a Deo commissae intentione uti volens, definitiva sententia aliquid proponit ut ab universa Ecclesia necessario tenendum; tunc eum vere esse infallibilem et consequenter a priori, vi huius ipsius dogmatis, nullam oecumenici alicuius concilii decisionem exstare posse, quae Romanum Pontificem in his circumstantiis errasse definiverit.

Hunc esse verum statum quaestio nis quivis aequus rerum aestimator facile dabit. Quid enim contra infallibilitatem Romani Pontificis proficitur, si ostendas Romanum Pontificem in iis circumstantiis errasse, pro quibus nec Ecclesia Romana ipsa inerrantiam eius admittit vel statuit? Quare si quis infallibilitatem Romani Pontificis vere impugnare velit, officium ei incumbit ostendendi aut: Honorium falsam definitionem ex cathedra edidisse, aut: concilium sextum enim tamquam falsae definitionis ex Cathedra reum condemnasse.

7. B. Alter conceptus, quo nobis in nostra disquisitione comparativa opus est, est conceptus ut dixi historicus: est ipse *Honorius*, *historicus*, id est, ille Honorius, quem et qualem nobis documenta authentica demonstrant. Quo ipso ad quaestionem in praeterito quidem maxime agitatam devolvimur, utrum ea documenta ex quibus ante omnia nostras de Honorio notitias haurire debemus, epistolas dico Honorii et acta sextae synodi sint authentica neene.⁷⁾

Incredibile est, quanta vi, quanta eruditione, quanto acumine in utramque contradictionis partem a viris ingenio et scientia insignibus decertatum sit.⁸⁾ Non obstante autem ingenti rationum apparatu, qui ad authentiam illorum documentorum destruendam constructus est, hodie res cliquata est neque epistolarum Honorii neque actuum concilii sexti, substantiam rei quod spectat, authentia ulterius in dubium vocari potest.

Videlicet, dum theoria falsificationis non tam argumentis directis quam potius suspicionibus et hypothesibus nitatur, quarum solus numerus iam vertiginem parit, e contra ex documentis, quae ipsi

⁷⁾ Textus praecipui collecti inveniuntur apud Ghilardi, *Honorius Papa*, Taurini 1870, pp. 73 sqq.

⁸⁾ Rationes eorum, qui authentiam negant, optime expositae sunt a H. Colombier (*Études* 1870, I., 29—46), quamvis ipse oppositam sententiam teneat. Eandem theoriam expositam et accurate refutata invenies apud Thomassinum, *Dissertationum in Concilia tomus singularis*, Lucae 1728, pp. 456 sqq.; Chmel, *Vindiciae concilii oecumenici*, VI. Pragae 1777; Natal. Alex., *Hist. Eccl. Venetiis*, 1778, V., pp. 516 sq.; Hefele, *Conciliengeschichte* 2, III., 173; 299—313; Pennacchi, *De Honorii causa in concilio sexto*. Romae 1870; pp. 35, 75 sq., 193 sq.

Authentiam negarunt inter alios Baronius, *Annales* ad AA 633, 680, 681, 683, 583; Bellarminus, *De Romano Pontifice*, I. IV., c. 11; (Charles Merlin) *Examen exact et détaillé du fait d'Honorius* 1738 (Migne, PL 80, 991—1080).

corruptionis defensores agnoscunt tamquam authentica, ostendi potest, epistolam primam Honori esse substantialiter in corruptam. Epistola secunda vero etsi quasdam novas difficultates exhibet tamen haec sunt eiusdem generis ac difficultates in prima epistola iam habentur et praeterea non pauca continet, quae Honorio quam maxime farent, unde ratione secundae epistolae status rerum moraliter nullo modo mutatur, ita ut, epistolae primae authenticitate semel demonstrata, arbitrarie et irrationabiliter de authenticitate secundae dubitaretur. Quod demum acta concilii sexti attinet, positive ostendi potest falsificationem eorum fuisse impossibilem et ipsa actuum concilii quinti falsificatio quae in concilio sexto detecta est quoque adversarii maxime nituntur, tantum ab est, ut hypothesim falsificationis fulciat, ut potius evidens argumentum sit, etiam actuum concilii sexti falsificationem, siquidem locum habuisse, latere nullo modo potuisse.

8. Quae authenticationem epistola primae demonstrant, alia concilium sextum praecedunt, alia ad ipsum pertinent. Praecedunt testimonia Ioannis IV,⁹⁾ Ioannis Philoponi¹⁰⁾ et Maximi¹¹⁾ ad concilium sextum spectat epistola dogmatica Agathonis¹²⁾.

Cum enim Pyrrhus, Sergii successor, Honorium in suas partes trahere niteretur, Ioannes IV statim ad Constantimum III. Imperatorem literas dedit, quibus haec commemoret: Sergium scripsisse aliquando epistolam ad Honorium, in qua ei significaret, „quod quidam in Redemptore nostro Domino Iesu Christo duas contrarias dicerent voluntates. Quo praefatus Papa comperto, reseripsit ei“ „quia in Salvatore nostro duae voluntates contrariae, id est, in membris ipsius, penitus non consistunt quoniam nihil vitii traxit ex praevaricatione primi hominis, „quoniam a Redemptore nostro natura suscepta est, non criminis culpa. Sed ne quis nonnumquam, minus bene intelligens, reprehendat, quam ob rem de humana tantum natura et non etiam de divina natura docere sciatur, debet qui super hoc ambigit, scire quoniam ad hoc facta est responsio ad iam dicti patriarchae interrogationem. „Praedictus ergo decessor meus, docens de mysterio incarnationis Christi, dicebat, non fuisse in eo, sicut in nobis peccatoribus, mentis et carnis contrarias voluntates. Quod quidam ad proprium sensum convertentes, divinitatis eius et humanitatis unam eum voluntatem docuisse suspicati sunt, quod veritati omnimodis est contrarium.

Ex hoc testimonio haec habemus: Scripsit revera Honorius ad Sergium: huic querenti, esse qui docerent contrarietatem voluntatum in Christo, respondit: non esse in Christo duas contrarias voluntates; hoc autem non omnino clare scripsit, ita ut eius verba ansam dederint, ipsi imputandi, quasi non solum duas contrarias sed omnino duas

⁹⁾ Migne, PL 129, 561 sqq.

¹⁰⁾ In disputatione s. Maximi cum Pyrro. Migne, PG 91, 329.

¹¹⁾ In ep. ad Maximum. Migne, PL 129, 567 sqq.

¹²⁾ Mansi, XI., 233 sqq.

in Christo voluntates negaret, unam ei solummodo voluntatem tribuens: ratio obscuritatis in eo erat, quod Honorius, ut concupiscentiam, pugnae causam, a Christo excluderet, totus in natura eius humana integra declaranda et demonstranda erat, de divina eius natura omni consideratione et mentione seposita.

Haec eadem confirmantur ex verbis Ioannis Philoponi, Honorii et Ioannis IV pontificum secretarii, cuius manu Honorius illam epistolam scripsisset „Cum enim Sergius scripsisset, quod quidam duas voluntates in Christo contrarias dicerent,¹³⁾ respondimus, Christum duas voluntates contrarias non habuisse, carnis scilicet et spiritus, sicut nos habemus post peccatum, sed unam tantum, quae naturaliter eius humanitatem insigniret.“ Ad quaestionem deinde: »Eequid causae est, cur de Christi humanitate agentes, eius divinitatis non memineritis? Respondeamus primum quidem respondisse ad quaestionem: deinde, ut in omnibus, sic etiam hic consuetudinem Scripturae nos secutos esse, quae aliquando de divinitate eius disserit aliquando vero de humanitate, eaque sola.

Nominatim ex hoc textu etiam illud sequitur, Honorium suo utique sensu, revera posuisse verbum illud, quo, suo sensu sumpto, Monotheletae tamquam tessera utabantur: *Ἐν μόνον*, unam tantum, i. e. voluntatem.

S. Maximus vero loco supra indicato ipsa verba afferit, quibus Honorius unam voluntatem asseruit: „*Unde et unam voluntatem fatemur Domini Iesu Christi,*“ immo et horum verborum contextum tum antecedentem tum consequentem tam copiosum afferit, ut magnam epistolae partem descriptsse censendus sit.

Argumentum denique novum huius epistolae, de quo hi priores testes nondum loquuntur, indicat nobis ipse s. Agatho, in epistola sua dogmatica in concilio sexto lecta, cum ait, ex quo nova haeresis exorta esset, antecessores suos nunquam intermissee, auctores eius hortari, ut a novo dogmate praedicando „tacendo saltem desisterent“¹⁴⁾: quod in solum Honorium cadere potest, cum et ipse solus primo haeresis publicae auctori aequalis fuerit, nec de huiusmodi monitione ab alio pontifice Romano facta ullum habeatur vestigium.

Iam vero his omnibus, omnino certis positis, quis non videt, in epistola prima Honorii quam in manibus habemus, haec omnia revera contineri, et ita contineri, ut et inter se omnia optime cohaereant et epistolae toti illum quasi colorem dent, quem habuisse ex illis testimonii necessario supponendum est?¹⁵⁾

9. Quod ad authentiam actuum concilii sexti spectat, omitto argumenta, ex conciliis Toletanis XIV et XV et ex Libro diurno petita, quibus saltem anathema contra Honorium in concilio sexto latum invicte probatur.¹⁶⁾ Sed ipsa acta tota quanta falsare, fuisset res impossibilis.

¹³⁾ Secundum textum graecum, l. c.

¹⁴⁾ Mansi, XI., 243.

¹⁵⁾ Cf. H. Colombier, Études 1870, I., 258 sqq.

¹⁶⁾ Videsis Colombier, l. c., 374 sqq.

Etsi enim forte unum tantum exemplar authenticum fuerit factum, plures eiusdem copias in charta ordinaria confectas esse, magnus numerus exemplarium quinti concilii in concilio sexto prolatorum, ostendit; ex eo enim patet, conciliorum acta generatim in multorum manibus fuisset. Praeterea cum saltem singuli patriarchae suum quisque notarium in concilio haberent, ex horum notis, si opus erat, facillime sciri potuit, quid in concilio accidisset quidve in actis haberetur, quid non.

Quid quod auctor vitae Leonis II fere aequalis hanc ipsam sextam synodus „studiosissime in Latinum translatam“ esse declarat¹⁷⁾, quod Leo II. ipse episcopis Hispanis scribit, se versionem latinam nondum mittere posse utpote nondum terminatam¹⁸⁾, quod auctor vitae Ioannis V narrat, hunc pontificem, cum in concilio sexto Agathonis legatus fuisset „ipsam sanctam sextam synodus secum detulisse“¹⁹⁾, quod demum ipsa versio vulgaris ex codice Bellovacensi hausta est, qui aut ipse tempore Sergii (687—701) scriptus, aut e codice illo tempore facto descriptus sit!

10. Atque haec de auctoritate fontium nostrorum satis esse possunt. Inquirendum iam ex ipsis hisce fontibus, quid tandem Honorius, quid concilium sextum egerit ut clare appareat, utrum Honorius „historicus“ tamquam argumentum contra infallibilitatem Romani pontificis iure in medium proferatur.

II. Honorius definitionen ex cathedra falsam non edidit.

11. Atque ut attentionem totam statim eo conferamus, ubi vulneri locus esse dicitur, num ostendi potest, Honorium definitionem ex cathedra falsam edidisse? Affirmat id inter alios explicite Gratty (apud Granderath, Geschichte des Vaticanischen Concils II. p. 521.) Clara ad hanc quaestionem sit responsio: Honorius definitionem nullam edidit, ergo nec de falsa definitione sermo esse potest. Omnia ex propositione maiore seu antecedente pendent, si enim nihil definivit, ergo nec falsum quid definivit, quod tamen antecedens nullo negotio inviete probatur.

12. Disputant quidem auctores, quid ad definitionem ex cathedra requiratur: signa afferunt, quibus definitio ex cathedra dignoscatur. Duo, vel, si mavis tria in hac re certa sunt: primum quod absolute, nemine refragante ad habendam definitionem ex cathedra requiritur, est ut Romanus pontifex definitionem ex cathedra edere velit secundum ut hanc suam voluntatem signis ex natura sua ad id aptis manifestet: tertium ut, saltem ordinarie, iis fere signis utatur, quae tali tempore ut signa huius voluntatis communiter satis nota sunt.

Possemus statim quarere, ntrum Honorius voluntatem quidquam definiendi habuerit: incipiamus tamen potius a signis seu notis externis definitionis. Iam vero quisquis primam vel etiam secundam

¹⁷⁾ Migne, PL 128, 844.

¹⁸⁾ Mansi, XI., 1052

¹⁹⁾ Migne, PL 128, 875.

Honorii epistolam perlegerit, statim concedet, signum definitionis ex cathedra in illis nullum apparere.

13. Non apparent signa illo tempore ordinaria, quae erant fere haec. Primum non solebant Romani Pontifices quidquam definire, nec ullam circa fidem vel mores controversiam authentice et definitivo iudicio terminare, nisi postquam in synodo aliqua seu conventu episcoporum traditionem apostolicam circa quaestionem controversam diligenter discusserant. Et, nisi in quaestionem controversam diligenter inquisivissent, quomodo sine summa temeritate hoc vel illud tamquam fidem antiquam ecclesiae omnibus credendum imponere audere potuissent?

Deinde quod sic definiebant, non consulebant tantum aliquomodo, nec ad illud tenendum tantum excitabant et animabant, sed illud per modum verae legis, absolute et irrevocabiliter sub poena anathematis et aeternae damnationis credendum imponebant.

Tertio denique hanc sententiam, mediantibus metropolitis in totam ecclesiam ut diffunderetur, diligenter curabant. Istum autem propositionis et diffusionis modum quoad essentiam etiam necessarium esse ut habeatur vera definitio, hoc est ut censeri possit papa, quemadmodum Vaticanum loquitur, „pro suprema sua auctoritate doctrinam de fide vel moribus ab universa ecclesia tenendam definire“ pariter ex natura rei manifestum est.

14. Iam vero nihil horum omnium fecit Honorius. Cum a Sergio consuleretur, „rescripsit“ quidem, ut ait Ioannes IV et Ioannes Philoponus secretarius, sed de synodo quae praecesserit, de episcopis quos consultaverit, de inquisitione aliqua seria quam iustiuerit nihil omnino legimus. Immo potius identidem Honorius explicite notat, quaestionem propositam „synodos non examinavisse“, circa illam „synodica iudicia“ nulla haberi²⁰⁾.

Sed neque quidquam in duabus epistolis, quod alterum elementum definitionis esset, per modum legis vel praecepti proprie dicti eiusque irrevocabilis, totam simul ecclesiam ligantis praescribit. Iuvat hic quosdam textus ex epistola Agathonis eiusque synodi afferre, ut appareat. quanam lingua tunc Romani pontifices uterentur, cum aliquid serio terminare et irrevocabiliter definire vellent²¹⁾). „Eximenda proinde, sic ait Agatho, ac summis conatibus cum Dei praesidio liberanda est sancta Dei ecclesia christianissimi vestri imperii de talium doctorum erroribus et evangelicam orthodoxae fidei rectitudinem, quae fundata est super firmam petram huius beati Petri Apostolorum principis ecclesiae, quae eius gratia et praesidio ab omni errore illibata permanet, omnis prae-sulum numerus ac sacerdotum, cleri ac populorum, unanimiter ad placendum Deo animaque salvandam, veritatis formulam apostolicae traditionis nobiscum confiteratur et praedicet“²²⁾. Et in epistola eius synodica sic legitur: „Quicumque proinde sacerdotum

²⁰⁾ Ep. I. circa medium.

²¹⁾ Cf. etiam verba Coelestini, pag. 59.

²²⁾ Mansi, XI., 278.

haec, quae in nostrae humilitatis confessione continentur, nobiscum sinceriter praedicare desiderat, ut nostrae apostolicae fidei concordes, ut consacerdotes, ut comministros eiusdem fidei et, ut simpliciter dicamus, ut spiritales fratres et coëpiscopos nostros suscipimus. Qui vero haec confiteri noluerint, ut infestos catholicae atque apostolicae confessioni, perpetuae condemnationis reos esse censemus, nec aliquando tales in nostrae humilitatis collegio nisi correctos suscipere patimur”²³⁾.

Cum quibus verbis haec alia Honorii in fine epistolae conferenda sunt. „Licet cum eis quos praedictus frater et coëpiscopus noster misit Sophronius, egerimus, ne duarum operationum appellationem deinceps pergeret praedicare; quod quidem omnino promiserunt praedictum virum esse factum, si Cyrus, frater noster et coëpiscopus, desinat dicere unam operationem”: „agit” tantum, conditiones admittit. Ex qua comparatione clare appareat, quam recte quantoque iure Petrus Ballerini²⁴⁾ scripserit: „Sicut non omnia, in quibus summi pontifices apostolicam auctoritatem interponunt, sunt definitiones dogmaticae, quibus immunitas ab errore tribuenda sit: ita fidei definitiones dici nequeunt epistolae Honorii ad Sergium, quae etsi circa negotium fidei versantur, et publicam personam creduntur praeferre, nihil tamen credendum decernunt, nihil damnant uti contrarium fidei, uti definitio proprie dicta exigeret”, sed tantum, ob impedienda scandala, oeconomice silentium de una vel duabus voluntatibus postulant.

Neque tandem Honorius ullo modo sollicitum se ostendit, ut id quod Sergio scribit, omnibus ubique fidelibus credendum communicetur et praescribatur, nec „ut omnis praesulum numerus ac sacerdotum cleri ac populorum unanimiter ad placendum Dei animamque salvandam” »confiteantur“, in Christo nec unam nec duas esse voluntates.

15. Postremo argumentum peremptorium, quo etiam illud effugium prorsus excluditur, Honorium neglecta forma definiendi consueta, forte singularem quemdam in definiendo modum tenuisse, sunt ipsissima Honorii verba quibus definitionem edere expresse recusat.

Cum Sergius callide Honorio scripsisset, etsi nullus Pater de duabus in Christo voluntatibus locutus esset, aliquos tamen locutos esse de una in Christo voluntate, respondet Honorius, quae isti aliqui doctores balbutiendo dixerint de una sc. in Christo voluntate, „non oportet ea convertere ad dogmata ecclesiastica, quae neque synodi examinarunt, neque canonicae auctoritates visae sunt declarare: ut unam aut duas operationes andeat quis in Domino Iesu Christo praedicare”; et paulo inferius de iisdem: „quae quidem non expedit transferre ad dogmata ecclesiastica”²⁵⁾, ubi animadvertisendum est, eum, etsi in primo textu etiam de duabus voluntatibus loquatur, tamen id, quod primario negat ad dignitatem dogmatis elevandum esse, esse praeceps unam voluntatem, ut circa quam

²³⁾ Mansi, XI., 298.

²⁴⁾ De vi et ratione primatus Romani Pontificis. Romae, 1849, p. 287

²⁵⁾ Ep. I. post medium.

solan, referente Sergio, balbutiendo aliquid pauci patres protulerint, cum de duabus omnes tacuerint. Demum in secunda epistola idem etiam clarius enuntiat: „neque unam neque duas operationes in Dei et hominum intercessore definire debemus“; „auferentes ergo, ut diximus, scandalum novae inventionis, non oportet nos definire aut praedicare unam aut duas operationes“.

Quare non immerito Ballerini²⁶⁾: „Quis, ipso pontifice definitionem a se editam negante, fidei definitionem erroremque definitionis fidei in eius litteris contineri audeat affirmare?“

Quodsi quis hic excipiat, verbum „definire“ hic a pontifice non sumi sensu declarationis authenticæ et irreformabilis, i. e. „definitionis“ sensu technico, sed tantum pro „asserere unum præ alio“, quam sententiam non nego esse multum probabilem, tamen manet argumentum præcedens et hoc ipsum etiam fit fortius: Si enim ne asserere quidem vult „unam“ voluntatem præ „duabus“ multo minus potest dici eum „unam“ præ „duabus“ etiam „definire“ voluisse.

Recte ait Dechanips: »Non id agitur, utrum hæc epistolæ de quaestione aliqua dogmatica tractent, sed utrum eam definiant«.²⁷⁾ Iam vero extra omne dubium est, Honorium in suis epistolis prorsus nihil ideoque nec errorem aliquem contra fidem definitivisse, unde ex eius epistolis contra infallibilitatem Romani pontificis ab ecclesia Romana assertam, infallibilitatem dico in definiendo, argumentum nullum desumi potest.

16. Postquam sic quaestionem fundam entalem de Honorio clare et, ut videtur, sine ira et studio evolvimus, aliae plures de eodem Honorio quaestiones subnectendæ sunt, quae saepe saepius et non sine claritatis et certitudinis detrimento cum priore illa confunduntur vel male permiscentur, quarum distincta tamen solutio et necessaria est et ad ipsam quaestionem principalem uberiore luce perfundendam mirum in modum confert.

III. Honorius nec haereticus fuit nec haeresim docuit.

17. Fuitne Honorius haereticus? En prima quaestio quae se nobis offert, quae per resolutionem superioris quaestionis nondum potest censeri soluta. Non definitivit Honorius aliquid haereticum, hoc certissimum est, cum nihil definiverit: sed num forte tamen ipse haereticus fuit, num forte haeresim etiam, etsi non definitivit, at saltem docuit?

Non enim idem est, pontificem Romanum esse haereticum, immo „approbare doctrinam haeretici ac — doctrinam illam definire ut Summum Pontificem et Pastorem et toti Ecclesiae proponere, ut est manifestum“²⁸⁾; prius illud minus est, hoc maius, si maius non fecit. num forte saltem minus illud fecit, num minus illud saltem facere potuit?

²⁶⁾ l. c. 287.

²⁷⁾ apud Granderath l. c. 536.

²⁸⁾ Thyrsus Gonzalez, *De Infallibilitate Romani Pontificis*, Romæ, 1689, p. 718

18. Quod primo possibilitatem attinet: plures certe theologi cum Melchiore Cano admittunt, Romanum pontificem etiam in haeresim incidere posse immo nullus theologus „tamquam omnino certum statuit, papam non posse esse haereticum“, „et non nulli fatentur, aliquos pontifices de facto contra fidem errasse“²⁹⁾.

Ex quo theologorum iudicio conclusio practica summi momenti inferenda est. Si enim theologi catholici in quaestione hac, utrum sc. papa ipse in haeresim incidere possit adeo ad sobrietatem sapiunt, cum eos deinde hunc vel illum pontificem, qui haeresis suspicionem incurrit, nihilominus, omnibus rite examinatis, ab haeresi liberare videmus, iniuste hoc praeccepto eorum systemati tribueretur, quasi non propter rationes obiectivas, sed tantum ne Romano pontifici maculam aspergant, ita loqui dicendi sint.

Aliunde vero, etsi tantum hoc definitum sit, Romanum pontificem, cum ex cathedra loquitur, errare non posse, tamen minime ex eo sequitur, Romanum pontificem in aliis suis actibus non gaudere speciali protectione et gubernatione divinae Providentiae. Quare etsi tantum de definitionibus eius certo sciamus, specialem Dei erga ipsum Providentiam se usque ad veram et proprie dictam inerrantiam pretendere, tamen iniquum merito putaremus, specialem hanc Dei erga ipsum Providentiam adeo velle coaretare, ut eum in omnibus aliis actibus suis tam facile et tam graviter errare permitteret. Hoc pro episcopis, si quidem viri probi et pii sint, qui Dei spiritu regi se sinant, non admittimus, hoc multo minus pro Romano pontifice, totius ecclesiae pastore et doctore sine iniuria erga Christum, invisibile ecclesiae caput admittere possumus.

Quare etiamsi quis cum pluribus theologis admittat, Romanum pontificem etiam in haeresim incidere posse, id certe in nullo singulari casu pronuntiandum, nisi argumentis omnino convincentibus probetur. Ceterum, si historiam consulamus, tanta appareat fuisse hucusque Dei circa caput ecclesiae Providentia, ut nullus Romanus pontifex nominari possit, qui, cum iam esset pontifex, haeresim proprie dictam et formalem certo commiserit.

19. Quod scilicet quaestionem facti attinet, utrum ullus unquam Romanus pontifex certo in haeresim inciderit, dum orthodoxi non-nulli etiam hodie nobis Honorium tamquam haeresis reum indigitant, catholici fere omnes, ipsis Jansenistis pluribusque Gallicanis non exclusis, eum ab omni haeresis suspicione certissimis argumentis liberari statuunt. Ex orthodoxis Glagolev loco citato, de Romanis pontificibus tempore oecumenicorum conciliorum loquens ait: „quidam ex eis haereticum se exhibuit“, nominatque Honorium; sic Béljaev loco item citato: „Frustra quoque scriptores ultramontani epistolas Honorii in tali sensu explicant, ut in ipsis nihil insit nisi iudicia sana et optima. Ad convincendos Papistas epistolae Honorii conservatae sunt in actibus IV concilii oecumenici, una tota, alterius fragmenta. Qui eas legerit, ei

²⁹⁾ Gonzalez l. c.; cf. Scheeben, Das Vaticanische Konzil II., Regensburg 1870, p. 113.

facile persuasum erit, papam, anathematizatum in eis, omnino non illas sententias exposuisse, quas ei theologi Romani huius temporis subdere conantur, verum doctrinam monotheleticam nullo modo mitigatam. Ita intellectae sunt Honorii epistolae etiam a concilio, quod eis diligentissime consideratis, iudicavit eas esse omnino alienas ab apostolica doctrina³⁰⁾.

Iam vero ut pateat, quam recte auctores catholici Honorium haereticum monotheletam fuisse vix non uno ore negent, ante omnia unum animadvertisendum est, quod saepe non attenditur et tamen pro nostra quaestione maximi, imprimis hodie, est momenti. Etsi enim medio aeo et usque ante aliquot saecula haeresis frequentissime latiore sensu intelligebatur, tamen hodie communiter ad sensum valde arctum constringitur.

Ut enim acute notat Colombier³¹⁾, dum haeresis etymologice separationem significat, communis huius nominis significatio, propter duplex, quod continet elementum, separationem ipsam dico et id, a quo quis se separat, aliis temporibus alia fuit. Dum enim alias etiam ille haereticus dicebatur, qui se non a dogmate stricte dicto avertiebat, sed tantum v. g. aliquid communiter auctoritate scripturae admissum negabat. Hodie haereticus simpliciter tantum ille est, qui veritatem revealatam ab ecclesia ad credendum iam clare propositam credere recusat. Ulterius, dum antiquitus quivis modus a praedicatione ecclesiae recedendi et favor quivis haereticis praestatus haeresis ipse vocabatur, hodie haereticus proprie dictus non censetur, nisi qui cognitum tamquam ab ecclesia propositum dogma actu formaliter aequivalenti negat.

³⁰⁾ Sobor anathematizuet papu. A otsjuda prjamoj i estestvennoj vyvod, čto avtoritet papskij ne est' avtoritet verhovnyj, čto i nad nim možet byt' sud. Položim dal'ee, čto papa osužden ne za eres', a, tak skazat', za neradenie i slabost', za bezdějstvie vlasti. No edva li i takoe ponimanie smysla sobornoj anathemy garmoniruet s ideej papskoj nepogrëšimosti. Papa s passivnym bezmolviem vziraet na razvitie eresi. Uže samoe bezmolvie ego v takoe vremja, kogda nastoit nadobnost' v avtoritetnom slovë, est' otricanie etoj idei. Nét proricanij, nét i orakula. Naprasno takže ul'tramontanskie pisateli kommentirujut poslanija Gonoriya v takom smysle, čto v nich buđto by ničego nět, kroně suždenij samyj zdravylj. V uliku papistov poslanija Gonoriya sořanilis' v aktalj VI. vseleńskiego sobora — odno v cěl'nom vidě, a drugoe v otryvkalj. Pročitavši ih, legko ubědit'sja, čto anathematstvovannyj papa razvival v nich vovse ne tě vozzrénija, kotoryja usilivajutsja navjazat' emu teperešnie bogoslovyy Rima, a monotheletskuju doktrinu so vsëmi eja krajnostjami. Tak ponjaty poslanija Gonoriya i soborom, kotoryj, poslě samago tščatel'nago razsmotrénija ih, priznal ih „sovershenno čuždymi apostol'skomu učeniju.“ Iz aktov sobora vidno pritom, čto takuju océnku poslanij papy soborom надо prinimat' ne v otricatel'nom tol'ko eja značenii, no predimuščestvenno v položitel'nom. Ne potomu tol'ko priznal ih sobor čuždymi blagočestija, čto ne našel v nich zdravago cerkovnago učenija, a glavnym obrazom potomu, čto v nich zaključalas' eretičeskaja doktrina „Nahodim nužnym my ubědilis', čto on vpolně razděljal ego mněnie i podtverdil ego nečestivoe učenie N. Běljaev, O katolicizmě. Kazan' 1889 p 184—5.

³¹⁾ Études, 1869 II. 839 ss

Hac autem hodierna vocabuli haeresis significatione supposita, evidens est, Honorium nullo modo haereticum fuisse, non solum non formalem, verum ne materialem quidem. Ut enim possibilis sit haeresis, etiam mere materialis seu obiectiva, necessarium est ut veritas, de qua agitur, sit iam ab ecclesia clare ad credendum omnibus proposita. Atqui tantum abest, ut veritas de duabus in Christo voluntatibus tum temporis iam fuerit clare proposita, ut ipse Honorius, ut vidimus neget, quaestionem de una vel duabus voluntatibus esse unquam studiosius examinata, multo minus ab ecclesia definitam. „Ad haeresim materialem requiritur, sic Gonzalez³²⁾, quod quis neget veritatem, quae inconcusse est de fide apud omnes doctores catholicos, quin ecclesia toleret oppositum. Quando autem Honorius scripsit, non erat ita explorata illa veritas de dupli Christi voluntate, quae postea definita est contra Monotheletas in sexta synodo generali.“ Igitur etiam si errasset, errasset tantum in eo, „quod non erat adhuc expresse definitum, nec adhuc satis constabat, an esset de fide.“

Neque excipi potest, sub respectu, de quo agitur, Romanum pontificem non esse eiusdem conditionis ac simplices fideles, ut a quo definitio dependeat. Dependet utique ab ipso, et ideo, ut doctrinae gratia casum in extremis suis consequentiis consideremus, quamdiu quidem res nondum est definita, ab ipso pendet, utrum si veritatem talem negat, sit haereticus neene. Ab eius enim voluntate pendet, utrum definire velit necne; quare si non definit, vel etiamsi definit, in tempore tamen definitionem ipsam praecedente, etiam ipse Romanus pontifex, si veritatem illam negat, non committit haeresim; definitione vero semel prolata, neque ipse Romanus pontifex ullo modo impedire potest, quominus, si veritatem a seipso definitam neget haereticus eo ipso evadat non secus atque quivis fidelium. Atqui Honorius quaestionem neque definitam iam invenit, neque ipse eam definivit, ergo impossibile fuit, ut, veritatem duarum voluntatum in Christo negando, haeresim, etiam materialem tantum committeret.

IV Honorius errorem Monotheleticum nullo modo docuit.

20. Sed num saltem veritatem duarum in Christo voluntatum etsi tunc temporis nondum definitam revera negavit? Num saltem, quod Suarezius concedit in Romano Pontifice facilius posse admitti³³⁾, sine ulla contumacia, ex mera ignorantia circa duas in Christo voluntates erravit? En altera quaestio subsidiaria.

21. Affirmative respondent scriptores orthodoxi superius laudati. Hefele, ad quem Glagolev se provocare posse putat, uno loco³⁴⁾ existimat explicationem epistolarum Honori a Ioanne IV, Ioanne Philopono et Maximo datam, quae Honorium ab omni errore theoretico

³²⁾ I. c. 718.

³³⁾ Disp. 10. de fide, Sectio 6, Num. 11.

³⁴⁾ Konzilien-Geschichte² III. p. 171.

liberat, esse „suaviorem quam veriorem“; epistolas eius, nominatim primam, „revera erronea continere“³⁵⁾, cum alibi³⁶⁾ asserat, Honorium „obscure“ quidem, at non „haeretice“ cogitasse“

Contradictionem viri meritissimi et clarissimi iam notavit Colombe³⁷⁾. Est quidem per se ut ipsi ostendimus aliud haeresis, aliud error, at quod soli „claritati“ opponitur, ideo nondum erroneum est, ideoque si secundum Hefele et secundum ipsam rei veritatem, doctrinam ipsam quod spectat, unicum Honorii vitium obscuritas est, non solum non haeresim, utpote in re nondum definita, sed neque errorem commisit.

Unde melius iam ante Hefele scripsit Alexander Natalis³⁸⁾:

Honorius ab haeresi excusatur tam vere quam pie“ ubi pariter haeresim latiore sensu sumit, Honoriumque non solum ideo ab haeresi excusat, quod errorem bona fide amplexus sit, sed etiam ideo, quod eius epistolae simpliciter et obiective sensu catholicō explicari possint et ideo debeant, cum error supponi non debeat, sed probari. Eodem modo intelligenda sunt verba Colombe³⁹⁾, liberantis sc. Honorium non tantum ab haeresi proprie dicta, verum etiam ab errore in re nondum definita: „Epistolae Honorii orthodoxae sunt: haec conclusio hodie fere ab omnibus admittitur, qui apti sunt, ut sibi ipsi de tota quaestione iudicium forment“³⁹⁾.

22. Neque in re, quam ipsi examinare possumus, aliorum indigemus assertionibus. Epistolae enim ipsae Honorii, licet defectum aliquem claritatis in mente Honorii arguant et consequenter in modo agendi et loquendi eius titubationem aliquam prodant⁴⁰⁾, ad rem quod spectat nihil falsum enuntiant et veritatem ipsam catholicam de duabus in Christo voluntatibus exhibent.

Ad „rem“ quod spectat, dico; nam „verba“ praeceise obscuritatis sedes sunt, ita ut labor quidam et reflexio requiratur ad percipiendum, quidnam illis verbis Honorius dicere voluerit: ubi primum vero per obscurorum verborum durum corticem ad rem ipsam pertingitur, quam illis verbis significare vult, nil nisi catholicum, verissimum, etsi non ad rem, de qua obiective agebatur, dirimendam aptum invenitur; quomodo vero factum sit, ut alibi proprie dictum vulnus esset, alibi ab Honorio imperito medico medicina adhiberetur, explicationem simplicissimam habere ex sequentibus nullo negotio patebit.

A) Cur terminis duarum operationum et duarum voluntatum non utatur.

23. Ad obscuritatem in solis verbis residentem pertinet, quod Honorius dogma catholicum non enuntiat termino natura sua

³⁵⁾ ibid. 175.

³⁶⁾ ibid. 152.

³⁷⁾ Études 1870 I. 260 Nota.

³⁸⁾ H. E. V. 522.

³⁹⁾ Études 1780 I. 373 coll. 270 sqq.

⁴⁰⁾ Cf. Grisar, Kirchen-Lexikon² VI. 243 s.

aptissimo et postea definitione concilii sexti consecrato, duarum sc. voluntatum et duarum operationum: quam verborum obscuritatem orthodoxae rerum enuntiatarum non officere ex eo patet, quod aliis verbis Christum habere duas physicas operations duasque voluntates dixit.

Nam: „In sexta oecumenica synodo, inquit De San⁴¹⁾, recitatur⁴²⁾ tamquam peremptorium contra Monothelitarum haeresim illud sancti Leonis M. testimonium ex celebri dogmatica epistula 28^a ad Flavianum: „Agit enim utraque forma cum alterius communione quod proprium est, Verbo scilicet operante quod Verbi est, carne autem exsequente quod carnis est. In quae notarunt apostolicae sedis legati: „Ecce, benignissime Domine, manifeste duas naturales operationes inconfuse et indivise in Domino Nostro Iesu Christo praesens sanctissimus praedicat pater.“ Si ea Leonis verba manifeste adstruunt duas operationes et voluntates in Christo, nonne manifeste, immo manifestius eas adstruunt Honorii verba in secunda ad Sergium epistola: „Quantum ad dogma ecclesiasticum pertinet, utrasque naturas in uno Christo unitate naturali copulatas cum alterius communione operantes atque operatrices confiteri debemus. et divinam quidem quae Dei sunt exsequenter, et humanam quae carnis sunt exsequenter, non divise, nec confuse aut convertibiliter Dei naturam in hominem, et nec humanam in Deum conversam edocentes.“ Et post pauca affirmit: duas naturas id est divinitatis et carnis assumptae in una persona Unigeniti Dei Patris inconfuse, indivise et inconvertibiliter propria operari.“

Quibus verbis evidentissime enuntiatur, unamquamque naturam vere operari et quidem tantum propria, quo aequo evidenter error monothelitarum excluditur, secundum quem natura humana Christi nullo modo, ideoque nec propria operatur, dum divina natura operatur quidem, at non operatur tantum propria sed potius et ea, quae sibi sunt propria et insuper ea, quae sunt naturae humanae propria. Pro monotheletarum vero errore enuntiatur doctrina catholica, quae utramque Christi naturam vere operativam constituit, ita tamen, ut divina natura operetur divina tantum, humana vero tantum humana, etsi alterutra cum alterius communione, hoc est ita, ut dum una natura operatur, altera, vi unionis hypostaticae, cum illa intime coniuncta maneat.

Notanda etiam est ingens diversitas in modo, quo Honorius et Sergius eundem Leonis textum explicant et quasi circumscribunt: dum enim Sergius, omnem dualitatem refugiens, illud „utraque forma resolvit in „Unigenitus Filius Dei, qui veraciter Deus simul et homo est, idem operatur divina et humana“, Honorius e contrario ita illum terminum resolvit, ut unamquamque naturam operantem et operatricem, hoc est operationis principium constituat, cum in Monothel-

⁴¹⁾ De Ecclesia et de Romano Pontifice, Brugis, 1906, p. 189.*

⁴²⁾ Actione II.

letarum sententia natura humana nullo modo operationis principium dici possit, non principium quod, quod utrisque fatentibus tantum persona est, non principium quo, ut in eius negatione Monotheletarum sententia praeceps consistat. Quare ad rem quod spectat, num Honorius dogma de duabus in Christo operationibus et voluntatibus luculentius tradere potuit, quam in secunda epistola fecit? ⁴³⁾ Num doctrina a Honorio proposita Monotheletismi ullo modo sapit?

24. Sed si Honorius in reipsa omnino catholice sentit, quid tandem rei est, cur rem catholicam catholicis verbis exprimere dubitet? Quid est, cur duarum operationum ac voluntatum vocabulum refugit? Causa est, quia, cum hoc vocabulum sensu diversissimo adhiberi posse sentiret, ipse nullo modo clare distinguere poterat, quoniam tandem sensu a duobus litigantibus, Sergio et Sophronio adhiberetur. Quemnam tamen sensum vel potius quosnam sensus illo vocabulo „duarum operationum“ vel duarum voluntatum“ subesse posse saltem suspicatus sit. epistolae ipsae docent.

Ac primum quidem Ioannes Philoponus, loco saepius citato, commemorat, Honorio nihil adeo cordi fuisse, quam ut in ipso etiam modo loquendi consuetudinem Scripturae sequeretur: idem Honorius ipse protestatur, cum explicationem suam de numero operationum ac voluntatum in Christo sic concludit: Et nos quidem secundum sanctiones divinorum eloquiorum oportet sapere vel spirare.⁴⁴⁾

Videlicet, ut Sergio, de numero operationum in Christo quaerenti, aliquid saltem respondere posset, a veritate revelata non alienum, ad ipsam Scripturam confugit, ut videret, num aliquo in loco de operationum in Christo numero aliquid doceret. Incidit autem in locum epistolae ad Corinthios: „Divisiones vero gratiarum sunt, idem autem Spiritus: et divisiones ministracionum sunt, idem autem Dominus: et divisiones operationum sunt, idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus.

Ex quo loco sic ad Christum arguit: „Si divisiones operationum sunt multae, et has omnes Deus in membris omnibus pleni corporis operatur — si in aliis, id est in membris suis Spiritus Christi multiformiter operatur, in quo vivunt, moventur et sunt, quanto magis per se ipsum mediatorem Dei et hominum plene et perfecte multisque modis ineffabilibus confiteri nos communione utriusque naturae condecet operatum!“ Id est: si Spiritus Christi in membris suis, hoc est fidelibus, gratia sua tribuit, ut opera mira diversissima facere possint, ut sunt, variis linguis loqui, sacras litteras recte exponere et multa alia, quanto magis confitendum est, Christum ipsum non tantum unum vel alterum horum operum facere, sed potius omnia quae in fidelibus separata inveniuntur, ipsum per se unum facere — „plene ac perfecte“ — unde Christus sane „modis multis“ operari, dicendus est, ita ut exinde non membrum aliquod simplex sed omnium membrorum mira-

⁴³⁾ Cf. Palma, l. c. 152.

ilia operantium caput esse appareat, vir perfectus, ex quo membra suam quisque limitatam mensuram accipient!

Unde per modum conclusionis suam thesim ponit: „*Nos enim non unam operationem vel duas Dominum Nostrum Iesum Christum iusque Sanctum Spiritum sacris litteris perceperimus, sed multo rarer cognovimus operatum.*“ Quare Honorius, maxime in re ubrica, ipsi non satis perspecta, unice volens sacrae Scripturae nhaerere nec quidquam aliud dicere, quam quod in Scriptura certo eperiebat, quoad operationum numerum in eo insistebat, quod Scriptura ipsa commemorabat: Scriptura autem in loco quem irae manibus habuit, nec de una nec de duabus sed potius de multo rimiribus Christi operationibus loquitur.

Si vero quaeras, quae nam hae operationes mirabiles et ineffabiles eaque multiformes sint, hae sine dubio operationes solius humanitatis Christi sunt, cum ex mente Honorii nihil aliud sint, quam summa earum operationum mirabilium, quae etiam, licet divisae et non aequae perfectae, in membris Christi, id est fidelibus reseriantur; ex eo enim, quod in membris eius sunt, concludit eas in apite Christo deesse non posse.

Etsi vero haec omnia „idem Deus, „idem Dominus, „idem spiritus“ dicatur operari, quatenus sc. fideles a Deo habent, quod illa mirabilia operari possunt, tamen sicut nihilominus fideles ipsi sunt, qui sua lingua, sua mente, sua voluntate haec mirabilia operantur, ita

pari, cum Christus ea operatur, humana sua lingua, humana sua mente ac voluntate, humana sua natura non secus ac fideles haec mirabilia operatur. Quod Honorius nullo modo existimaverit, in Christo relate ad haec opera humanam eius naturam esse merum passivum instrumentum, ut Monothelatae volebant, ex eo patet, quod id non solum non dicat, sed potius omnibus modis perfectam similitudinem harum operationum in Christo et in simplicibus omnibus urgeat et tantum illud discriminat, quod Christus non tantum unam vel alteram harum operationum sed omnes omnino, quae in fidelibus inveniuntur, easque in summa perfectione posuerit.

Atque sic auctoritas Scripturae Honorio fuit prima ratio, cur has in Christo operationes dicere noluerit: ubi enim haec explicite et numero operationum in Christo loquitur, vocabulum „operationis“ o sensu sumit, quo non una nec duae sed potius plures et multiformes in Christo confitendae sunt.

25. Vedit tamen Honorius etiam aliquem alium sensum, quo vocabulum operationis et operationum numerus accipi posset: Utrum autem propter opera divinitatis et humanitatis nam an geminae operationes debeant derivatae dici vel intelligi, ad nos ita pertinere non debent, relinquentes ea grammaticis, qui solent paralis exquisita derivando nomina venditare?

Locutus erat immediate ante de uno Christo, operante divina et humana. Quodsi quis obiter tantum verba allata considerat, ei videri osset, Honorium loqui simpliciter de operationibus divinis, ut st. e. g. creatio mundi et conservatio — „opera divinitatis“ — et de

operationibus humanis, ut est e. g. actus orationis — „opera humanitatis“ — et tunc profecto mirabitur, quod Honorius, rem ipsam quasi prae manibus tenendo, de unice naturali expressione huius rei haesitet, eam grammaticis relinquendo. Verum admiratio cessabit, si accuratius inspicio deprehendamus, quid Honorius operationum divinarum et humanarum nomine hic intelligat. Namque enim, ut ex contextu antecedente appareat, opera divinitatis sunt miracula, quibus in carne effulsit, opera humanitatis sunt passiones. Iam vero inter haec duo operum genera nullo modo illud est disserimen, quod passio sit opus naturae humanae, miraculum opus naturae divinæ, sed potius illud, quod natura humana, etsi aliquo modo active ad utrumque opus concurrat, tamen ut pati possit, id ex se sola habet, ut miraculum facere possit, ex Dei speciali dono habet. Si enim humana Christi natura ad miracula patranda non active concurreret, a pari immo a fortiori dicendum esset, etiam Petrum, cum clandum sanaret, aliosque sanctos, cum miracula varia patrarent, ad miracula illa nullo modo active concurrisse; si vero negari nequit ipsos sanctos miracula patrasse, ideoque ad illa miracula edenda active concurrisse, multo minus haec praerogativa Christo omnium sanctorum capiti negari potest.

Quare ex mente Honorii hic alter possibilis sensus vocabuli „duarum operationum“ erat: duae in Christo operationes, una divina i. e. miracula et mirabilia quas in sua humanitate et per suam humanitatem vel eadem saltem aliquo modo active concurrente.⁴⁴⁾ at-tamen ex viribus supernaturaliter, ex speciali Dei dono ipsi inhaerentibus faciebat, altera humana i. e. passiones eius, quae ex solis humanae eius naturae viribus procedebant. Etiam in hoc sensu Honorius „duas operationes“ dicere nolebat, relinquens eam disputationem grammaticis — quibus, quantum scio, usque hodie relicta est, cum in eccllesia nunquam usus obtinuerit, de duabus hoc sensu operationibus loquendi.

26. Videri possit, Honorium tamen etiam illum sensum vocabuli „duarum operationum“ vidiisse, qui praecise in quaestione erat, et nihilominus de usu vocabuli haesitasse. Scribit enim in secunda epistola: „Nam qui haec dicunt, quid aliud nisi iuxta unius vel geminæ naturae Christi Dei vocabulum, ita et operationem unam vel geminam suspicantur“. Super primum, quod scilicet in Christo duae naturae sint, clara esse divina testimonia. „Unius autem operationis vel duarum esse vel fuisse Dominum Iesum Christum, sentire et promere satis ineptum est“

Atque revera omnino dicendum videtur, Honorium vidiisse **id quod** defensores duarum operationum hoc termino exprimere volebant, nec solum vidiisse, sed etiam approbasse et vehementer ursisse, cum in hac secunda epistola non tam, ut in prima, distinctionem

⁴⁴⁾ Cf. quae supra de mirabilibus a simplicibus fidelibus patratis diximus!

miraculorum et passionum, quam potius distinctionem operum pleno sensu divinorum et operum etiam latiore sensu humanorum persequebatur, illa naturae divinae operatrici et operanti tamquam opera eius propria attribuens. haec naturae humanae, operatrici pariter et operanti, tamquam huic propria.

Quodsi nihilominus non vult dicere „operationes duas“, immo id ineptum esse dicit, ratio, profecto non ita spernenda vel phantastica, sed valde solida videtur esse, quia bene intelligebat, numerum „duo“ in hae loquendi ratione, cum de naturis et cum de operationibus adhibentur non significere idem de naturis enim dictus, duas numero naturas significat, de operationibus vero dictus, duas tantum logice operationes, id est, duo operationum genera significat, divinarum scilicet, ut sunt „esse ante tempora“, „fecisse saecula“, „dedisse legem“, et humanarum, ut sunt „natum esse in tempore“, „factum esse in saeculo“, „factum esse sub lege“ „esse erucifixum“. Quare Honorius dubitavit, utrum non obstante hoc utique non spernendo discrimine, quod sensisse potius videtur quam clare perspexisse, ut duae naturae ita etiam duae operationes dicendae essent.

B. Quid „una voluntas“ in epistola prima
Honorii significet.

27 Secunda obscuritas in verbis est, iterum cum perfecta claritate in rebus coniuncta, quod Honorius illud ipsum vocabulum adhibet, quo postmodum Monothelatae tanquam tessera usi sunt, ita tamen ut ipse rem omnino aliam, perfecte catholicam eodem illo verbo exprimat. Sic enim scribit in prima epistola „Unde etiam unam confitemur voluntatem Domini Nostri Iesu Christi“, quae verba consonant his aliis, quae sibi Sergium de Cyro Alexandrino scripsisse initio eiusdem epistolae commemorat „qui unam Domini Nostri Iesu Christi operationem praedicavit iis, qui conversi erant ab haeresibus, hie una voluntas, ibi una operatio. Verbum igitur unius voluntatis, quod suo modo etiam unam operationem involvere ultro concedimus, hie sine dubio habetur sed num eiusdem ab utroque adhibiti verbi sensus idem est?

28. Profecto, rem omnino in abstracto considerando, una voluntas valde diversa significare potest et antequam Honorio usus huius vocabuli vitio vertatur, profecto vehementer considerandum est, quoniam ex diversis sensibus ipse utatur, utrum haeretico an forte potius omnino catholico.

Ac primo quidem potest „voluntas“ pro ipsa volendi potentia adhiberi et tunc „una“ voluntas significat unam volitivam potentiam, potestque vel realiter et numerice, vel tantum logice „una“ esse quo sensu una logice, voluntas habetur in Petro et in Paulo, quia omnino similem specie eandem voluntatem seu volitivam potentiam habent numerice vero, eodem sensu, unam voluntatem habet Pater, Filius et Spiritus Sanctus, quia eandem numero volitivam potentiam, utique cum divina sua essentia identificata habent, et hoc sensu

unam voluntatem Monotheletas Christo adscriptisse in comperto est, cum humanae Christi naturae potentiam volitivam denegarent, nullam in Christo potentiam volitivam praeter divinam, quae eadem est Patris et Spiritus Sancti, agnoscentes.

Potest voluntas[“] secundo loco ipsum actum volendi significare, puta actum aliquem amoris, desiderii, vel odii. Tunc „una[“] voluntas unum actum volendi significat, et unitas eius potest iterum esse vel realis et numerica vel mere logica. Sic iterum una tantum voluntas non tantum logice sed etiam physice et numerice habetur in Patre Filio et Spiritu Sancto, quatenus omnes simul non nisi unicum actum volendi habent, pariter cum essentia divina identificatum. Si vero duo homines inter se comparentur, vel etiam homo et Deus, natura humana et divina, sic inter eos unitas voluntatis sumptae pro actu volendi nequit esse physica sed tantum logica, quot enim numero naturae sunt, sive ad eandem sive ad diversas personas pertinent, tot necessario et actus volendi sunt. Quare in Christo necessario, ut duas naturae, sic duo actus volendi ideoque hoc sensu duas „voluntates[“] sunt, quae si quando „una[“] esse dicantur, id ad summum de unitate logica intelligendum est, sc. actus volendi divinus in Christo et actus volendi humanus in eodem inter se in hoc convenient, quod uterque aliquis actus volendi est. Ubi iterum animadvertiscendum est, Monotheletas voluntatem sic acceptam, id est pro volendi actu, in Christo tantum physice et numerice unam agnoscisse, scilicet divinam, voluntati humanae Christi, si quidem forte illam tamen admittebant, omnem actum denegantes.

Una voluntas[“] etiam tertio sensu accipi potest. Sive enim voluntatem ut volitivam potentiam spectes, sive quod longe frequentins, ut actuum volendi seu etiam ut quorundam actuum volendi summam seu collectionem, potest unitas quae voluntati sic acceptae adscribitur, esse unitas non numerica, neque logica sed moralis. Videlicet plures actus physici sive eiusdem volentis sive diversorum volentium, et si quidem de Christo sermo est, sive eiusdem sive diversae in Christo naturae, comparari possunt ad invicem; et tunc duo physici actus, qui idem obiectum pariter appetunt vel pariter reiciunt, unitatem habere dicuntur, non physicam, nec mere logicam sed potius ut dicere solemus moralē.

Sic actus, qui quasi ex ipso fundo voluntatis nostrae naturaliter oritur, quique in nobis indeliberatus esse solet, cum in Christo iam deliberatus fuerit, comparari potest cum illo actu, quo obiectum illius actus actu novo deliberate et efficaciter volumus, et si utsique actus idem obiectum pariter amplectitur vel pariter reicit, actus moraliter unus esse dicitur. Similiter, si actus, quo hodie aliquid volumus, confertur cum actu, quo heri vel cum plurimis actibus, quibus decursu totius vitae idem voluimus, toto illo tempore unam voluntatem habuisse dicimus.

Haec eadem unitas moralis, sicut potest in nobis esse inter actum deliberatum nostrae voluntatis et voluntatem divinam, quatenus id ipsum volumus, quod Deus vult, ut velimus, ita potest esse in

Christo inter actus liberos et definitivos eius humanae voluntatis, qua ut Deus vult, ut in humana natura et humana sua voluntate aliquid velit; quoad nos illo sensu dicitur: „Qui adhaeret Deo fit unus spiritus cum eo“, Christus vero de se illo sensu dicit: „Ego quae placita sunt ei facio semper“ id est, humana mea voluntate nunquam aliud volo quam quod divina voluntas, quae mihi communis est cum Patre et Spiritu sancto, vult ut velim.

Immo etiam alio sensu de una in Christo voluntate sermo esse potest. Magis „unam“ voluntatem cum Deo habet, qui non tantum una vel altera vice vel etiam saepius idem vult quod Deus, sed qui constanter, habitualiter, semper sine exceptione vult id quod Deus vult, ut ipse velit, qui nunquam a voluntate divina recedit; sic pie credere possumus angelos bonos unam semper cum Deo voluntatem habuisse. Quaeri deinde potest, quae nam ratio sit, cur talis angelus vel homo semper voluntatem Dei fecerit, semper unam cum ipso voluntatem habuerit. Duplex assignari potest, absolute loquendo, ratio, altera negativa positiva altera: negativa esset: quia talis homo naturam habet, quae sive ex se sive Dei dono, non in se experiatur motus naturales et spontaneos, qui ipsum aliquo modo ad agendum contra Dei voluntatem impellant: talis esset angelus, vel homo i in quo non est concupiscentia, ut in protoparentibus nostris factum esse fides docet: ratio positiva esset aliquod auxilium, undecumque proveniens, tali naturae liberae a Deo concessum, quod adeo potentius voluntateni ad faciendum Dei voluntatem inclinet, ut omne periculum contra voluntatem Dei agendi in tali voluntate creata sit omnino exclusum; tale auxilium pro beatis in caelo est lumen gloriae et inde consequens visio beatifica, quam fides docet, tale auxilium pro natura et voluntate humana Christi fuit intima eius natio cum persona, et ea mediante cum natura divina Filii Dei. Propter intimam hanc unionem cum natura et persona divina, natura et voluntas humana Christi in se ipsa, hoc est in hac intima unione physica cum Deo, rationem habebat, cur cum voluntate divina esset indefectibiliter et infallibiliter unitissima: in Christo non solum per accidens et de facto, sed potius per se et ex ipsa eius essentiali constitutione habebatur haec moralis unitas voluntatis eius humanae cum voluntate divina; naturales illi motus, qui in nobis indeliberati sunt, etiam in Christo erant, sed hi ipsi in Christo iam erant rationi eius subiectae et liberae nec unquam eiusmodi erant, ut periculum Christo crearent, voluntatem eius humanam a conformitate, harmonia, unitate morali cum voluntate divina deturbandi.

Atque hi modi diversi bene multi sunt, quibus appellatio „una voluntas“ accipi possit, nec quisquam negabit diversos illos modos esse non solum possibles sed etiam in sermone hominum omnes usurpari mitto, utrum etiam alii possibles sint neene; eos, qui pro nostra quaestione alicuius momenti sint, omnes usque ad unum enumerasse me existimo.

Ulterius vero Honorius non tantum „unam voluntatem“ dixit, sed

unam voluntatem Domini Nostri Iesu Christi⁴⁴⁾; unde iterum diversi modi possibles et in scriptura et traditione pariter usurpati hanc complexam expressionem accipiendi: nam queritur, num de sola divina Christi voluntate sermo sit, num de sola eius voluntate humana, num una tantum in utraque eius natura, in toto composito theandrico adesse dicatur, et quo tunc sensu „una“ accipiendum sit, sensu physico et numero cum Monotheletis, intelligendo solam voluntatem divinam, an sensu Logico, ita ut tantum unius speciei actus in ipsa ponantur e. g. tantum amoris, an demum sensu morali, et quae nam sint tunc illae plures voluntates, quae propter convenientiam in eodem obiecto „una“ dicuntur? Suntne plures volendi potentiae, divina scilicet et humana, an sunt diversi volendi actus? Et quin am actus sunt, actus inefficaces et efficaces, an actus efficaces humanae Christi naturae ex una parte et actus naturae divinae ex altera?

30. Nunc autem, si una voluntas Domini Nostri Iesu Christi⁴⁵⁾ tam diversis sensibus accipi potest, sive eorum uno, sive, propter eorum nexum cum invicem, pluribus simul, queritur, quo igitur sensu Honorius expressionem hanc acceperit. Atque primum quidem quoniam criterio uti debemus, ad hunc sensum inveniendum? Patet, hoc criterium esse imprimis contextum tum antecedentem tum consequentem, proximum et remotum, deinde propositum totius epistolae, quod aliquo modo illustrari potest ex epistola Sergii, ad quam Honorius respondet. demum testimonia externa imprimis eius, qui ipse epistolam scripsit, Ioannis Philoponi; haec criteria omnes auctores agnoscunt, etsi forte alii alia magis urgeant et eorum usu ad diversas conclusiones deveniant.

31. Sic Hefele concludit „*Ἐν* illud *θέλημα*, quod Honorius agnoscit, non est voluntas incorrupta humana, sed voluntas divina in Christo. Humanam Christi voluntatem omnino perdit ex oculis, quia haec moraliter una est cum divina et Honorius inter moralem et physicam unitatem non distinguit.“⁴⁵⁾ E contrario fere omnes ali i concludunt, Honorium de divina voluntate non cogitasse, affirmasse vero unam tantum voluntatem humanitatis Christi. Sic eum iam explicant Ioannes IV sic secretarius Honorii, qui epistolam scripsit, sic s. Maximus locis superius iam citatis; et recentiores fere epistolarum textui per hos testes explicato insistunt. „Illa verba, sic Thyrus Gonzalez appellando ad Bellarminum, „unam voluntatem“ non sunt intelligenda de Christo specificative sumpto, quatenus est Deus et homo, sed de Christo reduplicative ut homine: solumque significant in Christo ut homine non esse duas voluntates contrarias sibi invicem repugnantes, ut sunt in nobis, alteram carnis, provenientem ex peccato, alteram spiritus, sed unam, subiectam omnino voluntati divinae“⁴⁶⁾. Similia habet Petrus Ballerini „Quodsi in prima epistola ad Sergium unam voluntatem memorat, ne cum duarum operationum distinctione in aliis ad eundem litteris tam clare expressa, secumque pugnare credatur, non divinitatis et humanitatis unam

⁴⁵⁾ Konziliengeschichte III. 149 (2. ed. p. 151).

⁴⁶⁾ De Infallibilitate Romani Pontificis 721.

voluntatem intelligere potuit, sed unam tantum humanitatis voluntatem intellexit, ut duas humanas voluntates invicem repugnantes excluderet, quas nonnullos admittere Sergius suis in litteris significaverat⁴⁷⁾. Item Palma „Honорium de una humanae naturae humana voluntate agere et reicere voluntates humanas duas, quarum altera alteri repugnat, ipsa eius loquendi ritio demonstrat“⁴⁸⁾. Etiam Schneemann primo loco hanc explicationem ponit „Cum dicebat unam solam voluntatem, id ad solam naturam humanam in Christo applicavit“⁴⁹⁾. In eadem explicatione valde insistit H. Colombier „In toto illo passu Honorius de voluntate humana loquitur: quod est tam evidens, ut non satis mirari possimus, quomodo unquam de hac re dubium oriri potuerit“⁵⁰⁾. Tandem etiam qui novissime quaestionem studiosissime examinavit, Ludovicus de San, simpliciter ita statuit: „Hic verbis non unam voluntatem divinitatis et humanitatis intellexit, sed unam solius humanitatis voluntatem“⁵¹⁾.

32. Ut ex allatis auctoribus sententiis appareat, cum uno verbo suam mentem exprimere volunt, alii dicunt Honорium loqui de voluntate Christi divina, humanam negligendo, non negando, alii dicunt, cum loqui potius de humana, negligendo, non negando divinam. Attamen, ex tot sensibus possibilibus et in scriptura et traditione et in ipsa communione conversatione usitatis expressionem „unius Domini Nostri voluntatis“ non tantum hi duo in considerationem veniunt voluntas una Christi humana, voluntas una Christi divina; imprimis ipsa acceptio vocabuli „una“ vehementer indeterminata et ambigua est, utrum scilicet de unitate numerica an de logica an de morali unitate intelligatur, item utrum de unitate ipsius voluntatis an de unitate actuum eius seu operationum, an vero de unitate effectuum intelligatur, tandem utrum et „unam et voluntatem“ et „Domini Nostri Iesu Christi“ secundum naturam scilicet divinam vel humanam vel utramque a capite ad calcem utriusque epistolae constanter eodem sensu accipiat.

Hanc difficultatem etiam illos auctores sensisse, patet ex haesitatione quadam in sua sententia explicanda, et maxime ex eo, quod explicationi suae primariae vel secundariam quandam addunt, ita ut lectori optionem inter utramque relinquant, vel notam aliquam, quae sententiam propositam in sua simplicitate et puritate stare non permittat.

Huc pertinent illa verba Hefele: „Honorius inter unitatem physicam et moralem non distinguit“ quid igitur: Num forte Honorius in suspenso relinquit, utrum unitas voluntatis divinae, quam ipse in Christo profitetur, sit physica vel moralis? Num nullo modo ostendit se intelligere illam physicam, aut vero moralē? Hic illa verba Thyrsi Gonzalez: „Unam (sc. humanam), omnino subiectam voluntati divinae“ ergo iterum non adeo verum est, Honорium de altera tantum voluntate loqui loquitur secundum hunc auctorem de hu-

⁴⁷⁾ De vi ac ratione Primatus 282.

⁴⁸⁾ Praelectiones historiae ecclesiasticae. II., 142.

⁴⁹⁾ Étude sur la question d'Honorius, traduit de l'Allemand, Paris, p. 91.

⁵⁰⁾ Études 1870 I. 275.

⁵¹⁾ De Ecclesia et de Romano Pontifice 190*.

mana, at loquitur etiam de divina, cum humanam „omnino subiectam voluntati divinae“ dicit. Huc spectat, cum Ballerini, loco citato pergens, ait, negare Honorium voluntatem humanam divinae repugnantem, quo ipso concedit eum affirmare voluntatem humanam divinae omnino subiectam. Similiter Palma immediate ante verba ex ipso allegata haec habet: „una (humana sc. voluntas), quae consentanea concorsque divinae sit. Huc altera explicatio, quam Schneemann priori immediate subicit: „aut vero loqui voluit de unitate morali, de conformitate voluntatis humanae cum voluntate divina“ quo sensu ipsos etiam orthodoxos aliquando de una in Christo voluntate loqui ex Davide, archiepiscopo Maronita refert. Tandem De San. solvendo obieciones sibi factas, haec addit: „Esto, nec possibile sit, attentis scopo Honorii et contextu remoto, propositioni illi alium subdi sensum, quam cum: Una est voluntas Domini Nostri spectati secundum ambas suas naturas; nihilominus tamen, quia non minus ex contextu proximo quam ex contextu remoto oportet determinari sensum alicuius propositionis, dicendum foret, Honorium non esse locutum de voluntate, quae sit una unitate numeri, sed dumtaxat de voluntate, quae sit una unitate concordiae. Qui sane sensus non est alienus ab omni usq[ue] loquendi. Nam licet plurimum hominum sint plures numero voluntates, dicere tamen solemus, quando eorum voluntates concordant, eorum esse unam voluntatem. Contra de uno homine, qui incertus fluctuat inter opposita, dici solet, eum habere duas voluntates“⁵²⁾.

33. Veram causam, cur hi auctores aliquo modo inter has duas disiunctiones: Voluntas physice una an moraliter una, voluntas una divinitatis an humanitatis an utriusque, anticipes haereant, assignavit in aureo suo opusculo Reinerding, cum monet, auctores aliquos, imprimis Döllinger et Hefele, supponere, cum Sergius Monotheleta de voluntate physice una locutus sit, Honorium, utpote ipsi respondentem, necessario etiam de voluntate physice una loqui debere!⁵³⁾ Sed heu! quot et quanta logice et moraliter debemus — et non facimus! Demonstrandum esset ex mente Honorii, sophisticis Sergii suggestionibus et forte adhuc magis versutis explicationibus eius, qui Sergii epistolam ei apportabat, decepti, non potius moralem in Christo voluntatum unitatem in periculo versatam esse. Hoe autem revera mentem eius praecipue, litterae eius totae quantae produnt, et secretarius eius Ioannes Philoponus diserte testatur.

At, dixeris cum pluribus, nonne absurdum fuisse, in Christo pugnam inter voluntates plures supponere, et quomodo tunc potuit Honorius putare, sic quemquam sentire, cum tota Monotheletarum haeresis potius in affirmanda una physica eaque divina voluntate in Christo consisteret! Respondeo, fuisse homines, qui unam physicam in Christo voluntatem defenderent, quique se sub Monotheletarum nomine pertinaciter ab ecclesia segregarent, hoc nos hodie optime seitaus et forte iam versus finem Honorii etiam in occidente notum erat, maxime propter indefessam Sophronii operam. At quando primam Sergii, hominis va-

⁵²⁾ I. c. 194.*

⁵³⁾ Beiträge zur Honorius- und Liberiusfrage, Münster, 1865.

ferrimi epistolam, totam ad eum decipiendum compositam accipiebat, hunc statum rerum Honorius ne suspicatus quidem est, eo magis, quo Sergius attentionem eius ab hoc puncto vivo callidissime avocabat: cum deinde Honorius, homo magis practicus, lecta epistola secum deliberasset, ubinam tandem, secundum hanc Sergii epistolam et commentarium a portatore eius additum, periculum fidei esset, nihil magis concretum invenire potuit, quam illam repugnantiam voluntatum, „tamquam Deo quidem Verbo salutarem volente adimpleri passionem, humanitate vero eius obidente eius voluntati et resistente et perinde duo contraria volentes introducantur, ut ait in epistola sua Sergius.

Hunc igitur errorem sibi sumpsit expugnandum, idque fecit quam praeclarissime. Ex intima scilicet unione, quae in Christo inter naturam divinam et humanam intercedit, quae etiam divina attributa de Christo homine et humana de Christo Deo praedicabilia faciat, eo ipso ait sequi, quod in Christo pugna aliqua inter naturam divinam et humanam esse non possit. „Propter ineffabilem coniunctionem humanae divinaeque naturae, idecirco et ubique Deus dicitur pati et humanitas ex coelo cum divinitate descendisse. Unde et unam voluntatem fatemur Domini Nostri Iesu Christi, quia profecto a divinitate assumpta est nostra natura, non culpa. Cur scilicet in Christo una tantum voluntas est, sine ulla contrarietate vel pugna? Num forte, ut Monotheletae arguunt, quia si non tota natura humana, at saltem voluntas humana a Verbo absorpta est, ita ut natura humana propriam voluntatem physicam iam non habeat sed tantum a voluntate divina moveatur sicut malleus mortuus et iners, a manu artificis? Nequaquam! Cur igitur? Quia repugnat, non quidem ut verbum aliquam naturam humanam cum naturali voluntate assimat, bene vero, ut ipsa sanctitas tam strictam unionem ineat cum voluntate humana per concupiscentiam sauciat. Iam vero concupiscentia in nobis ratio est, cur tam facile contra Dei voluntatem agamus, in Christo igitur, qui naturam concupiscentia liberam, qualis ab origine in Adam fuit, habuit, incitamentum ad agendum contra voluntatem divinam nullum erat, ideoque perfectissima inter divinam et humanam voluntatem concordia: una in ipso tantum voluntas erat.

34. At, si dicimus unitatem voluntatis Christi ab Honorio assertam esse unitatem moralem, non physicam: quasnam tunc harmonice interesse convenire dieit: voluntatem humanam quasi naturalem, quae respondet voluntati indeliberate agenti in nobis, cum voluntate efficaci, quae etiam in nobis libera est? an potius voluntatem humanam Christi totam quantum cum voluntate divina? Prius illud diei inequit, cum voluntas Christi inefficax non semper idem obiectum habuerit atque efficax, ut patet ex textu ab Honorio adducto: Non sicut ego volo, sed sicut tu^s, hoc est: efficaciter volo non id quod ego idem, eadem humana voluntate, antecedenter iam inefficaciter et per modum merae inclinationis naturalis volo, sed quod tu, Pater, et ego in divina mea voluntate tecum volo, etsi voluntati meae

inefficaci, inclinationi dico naturali, contrarium sit. Repugnantia, quam formaliter excludit, est repugnantia inter voluntatem humanam efficacem et voluntatem divinam, ita tamen, ut tamquam causam proximam eamque negativam huius non-repugnantiae absentiam concupiscentiae voluntatem liberam ad malum sollicitantis assignet, tamquam causam vero ultimam, positivam, quae omnia explicat, ipsam unionem hypostaticam hanc enim unionem utriusque naturae hypostaticam, non vero unitatem numericam personae qua talem, ut Hefele cum dicere suspicatus est, propriam rationem et radicem esse, cur natura humana Christi integra, sine concupiscentia esse debet, sicut natura Adae fuit; hanc consequenter sic ultimam rationem esse, cur humana voluntas per concupiscentiam ab inhaerendo voluntati divinae abstracta in nullo modo possit, cur in Christo ex ipsa constitutione eius sit unatantum voluntas.

35. Haec Honorii argumentatio est plana et optima et aptissime ad distinctionem inter naturam integrum et naturam peccato et concupiscentia vitiata recurrit, ad ostendendam unitatem voluntatis in Christo sensu orthodoxo et catholico acceptam, cum, ut bene notat Thyrsus Gonzalez loco citato haec ratio prorsus nulla sit, si unitatem voluntatis Christi sensu monotheletico voluisse ostendere, cum ipsum tunc nihil iuvaret, concupiscentiam a natura humana exclusisse, nisi etiam voluntatem humanam qua talem excluderet. Eius, qui in favorem Monotheletarum arguere volebat, omnino intererat, non distinguere inter voluntatem humanam naturalem et concupiscentiam, sed has duas potius insolubili vinculo coniunctas ostendere, ita, ut qui concupiscentiam a Christo removebat, illum eo ipso statuere etiam voluntatem humanam qua talem a Christo exsulare contendere deberet.⁵⁴⁾

Insignis huius rei probatio habetur in concilio sexto, actione octava⁵⁵⁾, ubi haec habentur. Macarius et Stephanus haeresiarchae Monothelitae, interrogati: „Habuit humanam voluntatem Dominus noster Jesus Christus et impeccabilem?“ respondent: „Nos voluntatem humanam in Christo non dicimus, divinam vero etiam, absque carnalibus voluntatibus et cogitationibus. Voluntas enim deitatis tantum. „Et quomodo intelligitis carnales voluntates et cogitationes humanas?“ „Hominum similia nobis sunt: Christus vero nihil horum habuit“. Respondetur ipsis, Athanasium, ad quem provocant, excludere a Christo tantum culpabiles et voluptuosas voluntates et cogitationes, in bona terra naturae humanae ex invidia diaboli superseminatas. „Nam et ego dico, non habuisse Christum voluntatem carnalem aut peccabiles cogitationes, sed naturalem voluntatem, quam ipse Deus creans Adae indidit. Et hoc autem ipse

⁵⁴⁾ Ad rem exprimendam optima esset expressio: μία ἡγουμενικὴ ἐνέργεια, qua tamen Sergius in sua ad Cyrum epistola iam ad suam haeresim velandam potius quam exprimendam utitur. Cf. Hefele III. 120 sq.

⁵⁵⁾ I. c. 721.

interrogo vos: habuit animam rationabilem ipse Adam? „Etiam!“ „Naturalem habuit voluntatem?“ „Arbitralem et liberam; nam ante praevaricationem divinam habuit voluntatem et con voluntariu s erat Deo.“ Cum ipsis diceretur, hoc esse absurdum, tunc enim Adam etiam naturam divinam habere debuisse, creatorem esse, impeccabilem et sic porro, cumque etiam viderent ipsi hoc esse absurdum, tamen, etsi non iam auderent aperte negare Adam et consequenter Christum habuisse voluntatem naturalem, ad voluntatem naturalem positive assertendam adduei nunquam potuere. Sententia igitur urgens distinctionem inter concupiscentiam et voluntatem est catholica, ad salvandam sententiam monotheleticam haec distinctio debet pro viribus obscurari et negari. Honorius igitur catholice sensit.

36. Modus autem, quo in Christo illa perfecta unitas et harmonia in volendo enascitur, non in eo est, quod modo voluntas divina humanae, modo humanae divinae consentiat, sed ut patet, in eo, quod Christi voluntas humana divinam eius voluntatem cum perfectissima oboedientia, submissione et conformitatis studio in omnibus omnino sequitur. „Cibus mens est, ut faciam voluntatem eius, qui misit me.“ Qnare aliquo sano sensu cum Hefele dici potest, unam in Christo esse voluntatem, divinam sc., hoc est unam solam quasi dominantem⁵¹⁾, cum qua voluntas Christi humana propter perfectionem unionis hypostaticae semper eo ipso concordet. Quodsi quaeras; quid sit tunc illa voluntas eaque una et divina, quae in Christo sola esse dicitur, haec erit non tam actus voluntatis sed voluntas seu potestas volitiva ipsa; unitas ipsi vindicata erit tum physica tum moralis; physica, quatenus voluntati divinae soli tantquam unico subiecto cum exclusione voluntatis humanae, aliquod esse adscribitur, moralis, quia illud esse, quod voluntati Christi divinae praे humana adscribitur, non est ipsum existere, quasi in Christo voluntas humana nulla existat, sed est potius aliquod esse seu perfectio aliqua determinata, quae voluntati divinae in Christo existenti conveniat, voluntati humanae, in Christo pariter existenti, non conveniat, illa specialis perfectio vero non est perfectio mere absolute sed relativa, talis sc., qua fit ut ad ipsam tamquam normam perpetuam et constantem voluntas Christi humana referatur, perfectio illa voluntatis divinae in eo est, quod voluntatem humanam tam perfecte sibi obsequentem habet, ut in toto composito theandrico et ab eo numquam aliud fiat, quam quod voluntas divina vult. Voluntas divina est voluntas in Christo sola et semper dominans.

C. Quid una operatio ibidem significet.

37. Venio iam ad aliam difficultatem, quam facit in epistolis Honorii concessa una operatio, quae difficultas alicui etiam maior

⁵⁶⁾ Mansi XI. 366 sqq.

videri possit. quam ipsa de una voluntate difficultas⁵⁷⁾: facilius enim intelligitur. quod Honorius duas voluntates. suggeste Sergio, ita intellexerit. ac si ageretur de voluntatibus oppositis. quod deinde sibi refutandum sumpsit: at „duas operationes“, quid ibi potuit aliud intelligere quam duas simpliciter actiones physicas. ideoque si. negans duas. unam posuit. quid potuit intelligere nisi unam physicam. sensu Monothelitarum. divinam scilicet. cui tota natura humana. ipsa iners. tamquam merum instrumentum inserviret?

Textus difficillimus invenitur initio secundae epistolae et est idem. de quo sub alio respectu supra iam diximus „Nam qui haec dicunt (duas operationes scilicet), quid aliud nisi iuxta unius vel geminae naturae Christi vocabulum, ita et operationem unam vel geminam suspicantur?“ Revera enim parallelismum hunc inter numerum naturarum et numerum operationum non suspicatur tantum sed tamquam dogma fidei tenet ecclesia catholica!

Difficultatem iam aliquo modo solvunt verba. quae immediate sequuntur: „Super quod (id est. duas in Christo naturas esse Christumque esse „duarum naturarum“) clara sunt divina testimonia. Unius autem operationis vel duarum esse vel fuisse, mediatorem Dei et hominum, Dominum Iesum Christum, sentire et promere satis inceptum est (*πάντα τούτα οὐ*)⁵⁸⁾: quae verba produnt difficultatem, quam sentiebat Honorius, percipiendi, quidnam sibi expressio „duae operationes“ vellet. Sergium et Sophronium sic intelligit, quasi in Sophronii sententia necessario haec formula loquendi admittenda esset „Christus est duarum voluntatum“; cum vero haec eius auribus omnino nova esset. Sophronio tamquam nimirum linguisticas tricas sequenti, non multum fidebat. In illis vero circumstantiis, nascentis sc. primum controversiae de una vel duabus operationibus, non ita facile fuisse, punctum saliens statim detegere, etiam abstrahendo a suggestionibus Sergii, rem studiose obscurantis. patet tum ex iis, quae de multiplici possibili sensu „unius“ et consequenter etiam „duarum“ voluntatum Iesu Christi diximus, tum ex iis, quae de titubatione Honorii circa significationem vocabulorum tum „unius“ tum „operationis“ in sensu Sergii exposuimus.

Ad rem quod attinet, Honorium duas operationes sensu omnino catholicis tenuisse, ex hac ipsa secunda eius epistola indubie ostensum est. Honorii „testimonium. Leonino tam simile. et aliquatenus manifestius⁵⁹⁾, ita Petrus Ballerini, nonne catholicam Honorii sententiam in tuto ponit, unde ipse Bossuetus fateri compulsus est. ea Honorii verba „orthodoxa esse maxime videri“⁵⁹⁾. Haesitasse vero Honorium ut duas naturas, sic duas operationes dicere, propterea quod sentiebat, „duas“ in utroque membro non eodem sensu sumi, cum de naturis dictum, duas naturas numerice et physice sumptas, de ope-

⁵⁷⁾ Cf. Colombier, Études 1870 I. 271.

⁵⁸⁾ Cf. quae supra de textu Leonis per Sergium et Honorium explicato diximus.

⁵⁹⁾ I. c. 282.

rationibus vero logicam tantum dualitatem significet, supremam latius exposuimus.

Si quaeras, quid tandem Honorius, etsi non sine haesitatione, putaverit velle Sergium voce „unius operationis“ significare, responsio simplicissima et verissima videtur haec esse: duas operationes consideravit tamquam aequivalens practice cum „duabus voluntatibus“ si enim in Christo fuisset oppositio inter divinam et humanam voluntates, fuisset etiam oppositio, defectus harmoniae, inter operationes alias quascumque, voluntatum imperio ex alterutra natura procedentes: divina enim voluntas impelleret naturam divinam ad resuscitandum e.g. Lazarum, cum e contra voluntas humana non consentiens niteretur dirigere humanam Christi mentem eiusque pedes ad recedendum potius longius a loco, in quo Lazarus mortuus iacebat, vel, ut exemplo a Sergio ipsi proposito utar: divina natura impellebat ad sacram implendam passionem, humana vero natura, ut voluntate sic ceteris potentias earumque actibus a patiendo refugisset et passioni se subduxisset.

38. Atque ex his, quae hucusque exposita sunt, unicuique facile erit indicare, qua veritate assernerit loco citato Běljaev: „Frustra quoque scriptores ultramontani epistolæ Honorii in tali sensu explicant, ut in ipsis nihil insit nisi iudicia sanata et optimata“: non enim secundum praeconcepta quaedam præiudicia, sed unice ex se ipsis secundum solas hermeneuticae regulas easdem epistolæ explicavimus. Neque veriora sunt haec alia eiusdem auctoris verba: „Qui eas (epistolæ sc.) perlegerit, ei facile persuasum erit, papam anathematizatum in eis omnino non illas sententias exposuisse, quas ei theologi Romani huius temporis subdere conantur, verum doctrinam Monothelitarum nullo modo mitigatam. Catholicum, non Monothelitam fuisse epistolæ Honorium indubie demonstrant.“

V Silentium Honorio indictum quomodo diiudicari debeat.

39. Iam ad novam quaestionem festinat calamus, ad indictum ab Honorio de una vel duabus operationibus silentium. Textus incriminati hi fere sunt: „Non oportet ad dogmata haec ecclesiastica retorquere, quae neque synodales apices super hoc examinantes neque auctoritates canonicae visae sunt explanasse, ut unam vel duas operationes aliquis praesumat Christi Dei praedicare“ „Utrum autem propter opera divinitatis et humanitatis una an geminæ operationes debeant derivatae dici vel intelligi, ad nos (id est: me Honorium, te Sergium et Cyrum) ista pertinere non debent, relinquentes ea grammaticis. Qui alterutrum vocabulum definite adhiberi volunt, sunt in eius oculis vani naturarum ponderatores, otiose negotiantes, turgidi vocibus ranarum in ipsum insonantes philosophi“ „Hortatur“ Sergium, „ut, unius vel geminæ novae vocis inductum operationis voca-

bulum aufgiens“ unum Dominum nostrum Iesum Christum secum praedicet, in duabus naturis operantem. In secunda dein epistola ait, se scripsisse etiam Cyro „quatenus novae adinventionis unius vel geminae operationis vocabulo refutato, „unius vel geminae operationis vocabulum noviter introductum ex praedicatione fidei erimatur. „Non unam vel duas operationes in Mediatore Dei et hominum definire debemus. „Aufrentes ergo scandalum novellae adinventionis non nos oportet unam vel duas operationes definientes praedicare. Idem „scripsit“ ad Cyrum et Sophronium, sic legatos Sophronii „instruxit“, qui ipsi promiserunt sine dubio Sophronium non amplius duas voluntates praedicaturum, si Sergius unam praedicare desineret.

40. Non immoramus in refutanda sententia Honorium hic ipsum dogma catholicum de duabus in Christo voluntatibus negasse eandemque negationem aliis commendasse, cum ipse utraque epistola aperte prodat, se totum statum quaestioneis in causa Monothelitica non intellexisse.

Multo minus dici potest Honorius hic duas in Christo operationes, sensu catholico acceptas, negasse; non enim de duarum tantum operationum vocabulo abstinendum esse duxit, verum etiam de vocabulo unius operationis. Num quis igitur existimaverit, Christum Dominum ex mente Honorii, ne unam quidem operationem habuisse?

41. Commendavit vero Honorius, ut abstinetur ab usu illius vocabuli, quod postea tamquam tessera orthodoxiae contra Monothelitas esse coepit, „duarum scilicet in Christo voluntatum“. paris conditionis illud faciens cum alio, quod Monotheliticae haeresis tessera factum est „unius voluntatis.“ Ratio, cur sic procederet, proxima erat, quia, cum quo tenderet controversia non videret, eam ut litem de verbis, vel ad summum de rebus philosophicis considerabat, dogma ipsum non ita immediate tangentem; qui considerandi modus in utraque eius epistola ubique se prodit. Consideratio practica, quae eum praeterea movit, erat, quia pro notissimo illo Graecorum theologizandi pruritu⁶⁰⁾, timendum erat, ne novis altercationibus inter se scinderentur, ne, ut ipse ait, „quorum inania arma combusta sunt, eorum cineres redivivos ignes flammivomarum renovent quaestionum“⁶¹⁾.

Nec tantum timor indeterminatus erat, controversiam quamcumque demum novam orituram, sed omnino timendum erat, ne si unam voluntatem diceret, unam cum Eutychie naturam asserere ab orthodoxis simplicioribus bona fide crederetur et a Nestorianis malitiosa calumniaretur: si vero duas in Christo voluntates assereret, ne cum Nestorio duas personas admittere ab orthodoxis simplicioribus crederetur, ab Eutychianis traduceretur. „Ne parvuli aut duarum operationum vocabulo offensi, sectantes Nestorianos nos vesana sapere arbitrentur; aut certe, si rursus unam operationem Domini Nostri Iesu

⁶⁰⁾ Cf. Grisar Kirchen-Lexicon VI. 243.

⁶¹⁾ Ep. prima.

Christi fatendam esse censuerimus, stultam Eutychianistarum attonitis auribus dementiam fateri putemur“⁶²⁾.

Accedit, quod opus conversionis multorum haereticorum ad veram fidem, pro cuius sinceritate Sergius, ab Honorio nondum bene cognitus, se ipsi quasi vadem offerebat, referente eodem Sergio, inanibus de meris vocibus altercationibus intempestive perturbabatur. Intentio igitur Honorii erat optima; at num eius agendi modus probari potest, num fuit licitus, num opportunus?

42. Consideremus primum rem nude in se ipsa: num licite de utroque vocabulo ut abstineretur postulare potuerit? Ipsi Cyrillo Alexandrino male cessit, quod aliquando in uno ex suis anathematismis accurate non distinguens, vocabulo „natura“ pro „persona“ usus est. Tantum postquam ipse reclamantibus explicavit, quo sensu intelligeret, suspicio de eius orthodoxia evanuit⁶³⁾. Generatim tamen dicendum est, ubi de orthodoxia mentis constat, de vocabulis aliquantulum ambiguis non debere necessario ecclesiam litigare. Sic in re etiam definita condescendentia usus Basilius, ab episcopis expressam confessionem divinitatis Spiritus Sancti exigendam non putavit, modo rem ipsam se amplecti indubitatum ficerent. Sic „intransigentissimus“ ut hodie dixeris Athanasius tamquam genuinos ecclesiae filios consideravit tum eos, qui „hypostasim“ „unam“ in Trinitate, tum illos, qui „tres hypostases“ in eadem affirmarent, modo rei explicatio verborum apparentem contradictionem tolleret, cum nomine „hypostasis“ hi suppositum seu personam, illi substantiam seu naturam intelligerent⁶⁴⁾. Quid quod etiam ipse Hieronymus „in epistola ad Damasum censuit, non esse dicendas in Deo tres hypostases, cuius contrarium postea ecclesia non semel definivit“⁶⁵⁾. Immo ecclesia ipsa vocem „consubstantialis“ semel, in concilio scilicet Antiocheno contra Paulum Samosatenum habito, expresse reiecit, et eadem ecclesia eandem vocem in concilio Nicaeno tamquam tesseram orthodoxae fidei, alio scilicet et alio sensu definit⁶⁶⁾ reiecit eam in sensu communitatis mere logicae in eadem substantia, definitivit eiusdem substantiae unitatem numericam.

Verum enimvero etiam cum non de solis vocibus sermo est, sed controversia rem ipsam attingit, recte aliquando de duabus oppositis sententiis silentium imponi potest, certe tunc, cum res neque definita neque satis clivata est. Una ἐρέογεια tunc nondum erat expressio ab auctoritate ecclesiastica sancita⁶⁷⁾. Et „in quaestione, de qua ex parte ecclesiae nondum quidquam determinatum erat, poterat silentium — abstrahendo ab iis, quae in Oriente fiebant, et quae Honorio nondum satis perspecta erant, — aequo rationabiliter imponi atque in controversiis theologicis aetatum subsequentium“⁶⁸⁾. „Ex

⁶²⁾ Ep. prima.

⁶³⁾ Cf. Mansi nota in Hier. Natalem, H. E. V 527.

⁶⁴⁾ Cf. Colombier, Études 1870 I. 272.

⁶⁵⁾ Gonzalez l. c. 727.

⁶⁶⁾ Cf. Colombier l. c. 276.

⁶⁷⁾ Hergenröther K. G. I. 359.

⁶⁸⁾ ibid. 358.

hoe non magis haeresim definivisse sequitur, quam, si nunc temporis quaestio de auxiliis, universas christiani nominis academias tanto-pere exagitans, definiretur, sequeretur, felicis recordationis Clementem VIII. in haeresim prolapsum esse, qui omnibus et singulis doctoribus, ne alterutram quaestionis partem condemnare, seu, ut eius verbis utar, qualificare auderent, Bulla expressa prohibuit: itemque Sextum IV si Conceptionis Beatae Virginis quaestio terminaretur, cum cap. Alma Mater, de treuga et pace prudenter vetuit, ne a quoquam alterutra eius pars damnaretur, aut tamquam haeretica et temeraria reprobaretur. Quod cum nemo sanae mentis dixerit, idem est de Honorio sentiendum, etsi postea quaestio duarum in Christo operationum et voluntatum contra Monothelitas fuerit definita. Quam rationem aliam assignant Bellarminus et Binius⁶⁹⁾.

Hic sc. est status aliquis obscuritatis dogmatis, qui cum concessa ab omnibus possibili dogmatum evolutione organica seu explicatione quae sub assistentia Spiritus sancti fit, cohaeret: non nocet, cum utraque pars parata est, definitivo ecclesiae iudicio se statim submittere.

Atque hanc etiam ob causam nequit in perfectam parallelam adduci Sergii Ethesis et Constantini Typus, quia tempore, quo Ethesis et multo magis tempore, quo Typus in lucem editus est, maxime post tot conatus Sophronii et Maximi, et ut credibile est, ipsius etiam Honorii⁷⁰⁾ in elucidationem verae doctrinae positos, vera doctrina iam ad eum statum claritatis perducta erat, ut tunc tale silentium iam magis immediate in detrimentum ipsius fidei vergere videretur. Iam clare etiam apparebat, impossibile esse, „excitatam semel controversiam verbo quodam imperatorio exulare iubere; iam de tota doctrina de incarnatione agebatur et oppositio existens inter Dyothelitas et Monothelitas opera Sophronii et Maximi clarius semper se manifestabat“⁷¹⁾.

Atque haec, si de licetate silentii ab Honorio impositi in abstracto, id est unice naturam objecti considerando, quaeritur. Si vero de licetate silentii illius in concreto id est secundum omnes eius circumstantias spectata quaeritur, cum haec essentialiter cum utilitate et opportunitate huius silentii cohaereat, in sequenti quaestione tractanda est, in condemnatione scilicet Honorii a sexto synodo facta, quia cum hac inseparabiliter coniuncta est.

VI. *De anathemate a concilio sexto contra Honorium lato.*

43. Iam, quod concilium sextum spectat, imprimis certum est. Honorium in illo concilio revera esse, ut concilium se exprimit, tamquam „haereticum“ condemnatum. „In summa condemnatio Honorii attestata est omnibus documentis concilio aequalibus ibidemque omnibus documentis posterioribus per duo continent saecula. Usque ad Anastasium bibliothecarium descendendum est, ut invenias, non dico

⁶⁹⁾ Gonzalez l. c. 720.

⁷⁰⁾ Cf. quae p. 183 de emendatione Honorii innuimus.

⁷¹⁾ Hergenröther l. c. 361.

negationem facti, sed conatum explicationem dandi, in cuius fine se prodit desiderium aliquod negandi. Aut igitur omni certitudini historicae renuntiandum aut condemnatio Honorii concedenda est“⁷²⁾.

44. Postquam igitur in sessione XIII. epistolae Sergii ad Cyrum et ad Honorium et epistola prima Honorii ad Sergium lectae sunt, hoc de omnibus in cumulo⁷³⁾ pronuntiatur iudicium: „Hasque invenientes omnino alienas existere ab apostolicis dogmatibus et a definitionibus sanctorum conciliorum et cunctorum probabilium patrum, sequi vero falsas doctrinas haereticorum, eas omnino abicimus et tamquam animae noxias execramur. Aliis deinde „a sancta Dei ecclesia projectis“, sequitur „Cum his verosimul proici a sancta Dei catholica ecclesia simulque anathematizari praevidimus et Honorium . . . eo quod invenimus per scripta, quae ab eo facta sunt ad Sergium, quia in omnibus eius mentem secutus est et impia dogmata confirmavit“⁷⁴⁾. Et in eadem sessione postquam cum aliis haereticorum scriptis secunda Honorii epistola lecta est, de omnibus iterum simul hoc factum est iudicium: „comperimus ea in unam eandemque impietatem concurrere. Et praevidimus profana et animae perniciosa continua ob perfectum exterminium igne concremari. Et combusta sunt“⁷⁵⁾. In sessione XVI. conclamatum est: „Honorio haeretico anathema“⁷⁶⁾, item in sessione XVIII: „Sergio et Honorio anathema (Omnibus haereticis anathema)⁷⁷⁾. In sermone acclamatorio ad imperatorem, cum enumerasset sancta synodus haereses in prioribus conciliis damnatas, cum animadvertisset, contra orientem haeresim semper imperatorem simul et papam insurrexisse, ad Eutychem perveniens, haec addit: „Putasne necessarium erat silere, et non spiritales viros surgere, qui divinis verbis falsidicos compescerent? Et quomodo non indignaretur Deus, qui blasphemabatur et non defendebatur?“ Tandem Leonem et post eum Agathonem surrexisse, cum quo concilium ipsum haeresim condemnasset, et aliis excommunicatis: Et cum eis Honorium, qui fuit Romae praesul, utpote qui eos in his secutus est.⁷⁸⁾ Denique in epistola ad Agathonem dicit se „anathematibus interfecisse“ inter ceteros „Honorium“.⁷⁹⁾ Constantinus Pogonatus tandem imperator in suo edicto dicit se anathematizare et refutare eos, qui „supervacuorum et novorum dogmatum haeretici auctores atque fautores sunt. „Ad haec et Honorium, qui fuit antiquae Romae papa, horum haereseos in omnibus fautorem, concursorem atque confirmatorem συναιρέτηρ ταὶ σύρδογοιος ταὶ λελαυτήρ τῆς αἰρέσεως“⁸⁰⁾.

⁷²⁾ Colombier, Études 1870 I. 378.

⁷³⁾ Hoc imprimis contra Běljaev I. c. notandum est.

⁷⁴⁾ Mansi XI. 554 sq.

⁷⁵⁾ ibid. 582.

⁷⁶⁾ ibid. 622.

⁷⁷⁾ ibid. 655.

⁷⁸⁾ I. c. 662. 666.

⁷⁹⁾ I. c. 683.

⁸⁰⁾ I. c. 710.

45. Quaerunt hic, quo iure concilium sibi iudicium de Romano pontifice arrogare potuerit, cur legati sanctae Sedis contra anathema Honorio infictum protestati non sint, utrum Honorius, etiam a legitima concilii in Honorium potestate abstrahendo, iuste damnatus sit, utrum igitur Honorius aliquem defectum et quemnam praecise commiserit.

Quod primam quaestionem attinet, quam per modum unius considerare possumus, quo iure se concilium de Romano pontifice iudicaverit, potuit concilium putare, de Romano pontifice iam defuncto iam sibi iudicium competere, ut qui iam amplius non esset pastor et rector ecclesiae ideoque nec concilio superior: haec opinio posset eo expressa videri, quod concilium in condemnatione Honorii bis addat: „qui fuit papa antiquae Romae“ ut etiam Hadrianus II. in epistola mox citanda notat, Honorio post mortem anathema esse dictum.

Potuit etiam illa sententia duci, quae censet papam etiam vivum, cum haereticus fiat, eo ipso membrum ideoque etiam caput ecclesiae esse desinere, ideoque ut quemlibet haereticum iudicari a concilio posse⁸¹⁾. Haec opinio fundamentum quidem aliquod habet in epistola Hadriani II. ad concilium octavum, actione septima, ubi scribit: „Romanum pontificem de omnium ecclesiarn praeasnibus iudicasse legimus, de eo vero quemquam iudicasse non legimus. Licet enim Honorio ab Orientalibus anathema post mortem sit dictum: sciendum tamen est quod fuerat super haeresi accusatus, propter quam solum licitum est minoribus maiorum suorum motibus resistendi vel pravos sensus libere respuendi“. Verum tunc simul notandum est, haeresim notoriam esse debere et concilium tunc „haeresim“ satis largo sensu sumere debuisse, ut ex hoc sibi capite licere putaret contra Honorium procedere.

Alia tamen explicatio probabiliior videtur. Addit Hadrianus II. post verba allata: „Quamvis nec ibi, nec patriarcharum nec ceterorum antistitum cuiquam de eo fas fuerit proferendi sententiam, nisi ejusdem primae Sedis pontificis consensus praecessisset auctoritas“ Revera notissimum est, Romanos pontifices nullo iure coactos saepius libere se a suspicionibus contra ipsos existentibus eoram cardinalibus et episcopis purgasse, sic etiam sine dubio simul cum concilio de antecessore suo iam defuncto indicare possunt.

Tota igitur quaestio est, utrum consensus Romani pontificis, ut Hadrianus II. inuit, revera adfuerit et qua forma datus sit: si enim a testimonio Hadriani, aliquatenus positivo, abstrahimus, quo iure quaque forma huic consensum datum esse, spectatis fontibus, admittere possumus aut debemus? A priori enim potius verisimile non est, hunc consensum datum esse. Debuisset enim dari proxime ab Agathone tunc temporis Romano pontifice: verum num hic se dispositum ostendit ad talem consensum dandum, ipse qui in loco suae ad concilium epistolae notissimo Honorium etiam laudare videtur, eo quod Sergium monuerit, ut a novo dogmate praedicando „saltem tacendo

⁸¹⁾ Cf. Scheeben, Das ökumenische Konzil II. 113 sq.

desisteret"? Et cum Honorio etiam occidentales alii, postquam calumniam contra Honorium ut Monotheletam prolatam dissolutam viderunt, de ipso bene sentiebant. „Non igitur temerarium esset dicere, concilium, si in occidente celebratum esset. condemnationem Honorii nunquam propositurum fuisse, vel, si Graeci eam proposuissent, immensa votorum maioritate reiecturum fuisse“⁸²⁾.

Rationibus haud spernendis Colombier⁸³⁾ ostendere conatur, Agathonem durante concilio mortuum esse, Graecos quaestionem de Honorio Romana Sede vacante movisse. cum scilicet legati Agathonis, extincto priore, nondum electo novo pontifice, sufficienti auctoritate ideoque etiam animo ad resistendum carerent, interim vero Leonem II. vix electum Romanum pontificem, qui Honorio acutior, et Graeci idiomatis rerumque Graecarum gnarus erat. Honorii causam pro funestissimis effectibus, per eius epistolas productis, gravius diindicasse legatisque suis facultates necessarias communicasse. Unica, at seria difficultas contra hunc conceipiendi modum, quamque nec auctor ille sufficienter solvere videtur, in eo est, quod omnia concilii documenta usque ad ultimum Agathonem videntur supponere adhuc in vivis degentem⁸⁴⁾. Abstrahendo igitur ab hac hypothesi, putat Hefele, legatos in instructione Agathonis secuta facultates necessarias habuisse.

Supponere etiam possumus, legatos ipsos cum Constantinopolim pervenissent, ibique quantum Honorii nomen rectae fidei obfusisset cognovissent, mutasse circa eum sententiam, sibique, sive ex supposita propter has circumstantias Romae non cognitas Agathonis licentia, sive ex eodem petita interim et obtenta, Graecorum conatibus non iam amplius obsistendum indicasse. Hanc autem in gravissimis illis circumstantiis licentiam eos ab Agathone non immerito sperare et obtinere potuisse, ex sanctissimo pontificis illius animo ipsis notissimo reete deducimus, qui de uno fidei et ecclesiae bono sollicitum in epistola sua tota se ostendit.

Quodsi quis una ex parte sibi persuadeat, consensum Romani pontificis concilio omnino fuisse necessarium, altera ex parte huius consensus dati non apparere argumenta satis firma, is concedere poterit, aut consensum Agathonis generalem contra „haereticos“ procedendi etiam ad iudicandum „haereticum“ Honorium, qui „fuit quondam“ papa antiquae Romae, satis fuisse, aut negare potest, fuisse consensum praevium, concilium potius per meram viam facti processisse. Leonem II. postea per confirmationem et consensum subsequentem defectum illum iuris sanasse et sensum et extensionem condemnantis sententiae suis verbis authentice circumscrispsisse.

⁸²⁾ Colombier, Études 1870 I. 383.

⁸³⁾ I. c. 392 sqq.

⁸⁴⁾ Consentit auctori illi Hergenröther, Agathonem re vera iam 10. Ian. 681 mortuum esse (K.-G. I. 369), dum Hefele eodem die sequentis anni mortuum esse ait (K.-G. III. 262 Nota); Grisar (Kirchen-Lexikon VI. 248) sequens Duchesne (Liber Pontificalis CCLVII.) Agathonem revera 10. Ian. 681 mortuum esse tenet, Leonem II. vero tantum post 19 menses, die 17. Augusti 682 cathedram Petri ascendisse. Unde acta essent omnia „sede vacante“ et sine praevia Leonis II. licentia.

Ex his, quae iam exposita sunt, patet, immerito Běljaev loco citato scripsisse: „Concilium anathematizavit Papam. Unde directe et naturaliter sequitur, auctoritatem papae non esse supremam, etiam de eo posse esse iudicium“ Si enim de papa mortuo concilium iudicare potest, nondum sequitur, posse de vivo iudicare; si de papa sive vivo sive mortuo in casu haeresis notoriae potest iudicare, nondum sequitur, posse etiam extra casum haeresis de ipso iudicare: si denique de papa sive vivo sive mortuo sive de hacresi sive de alio quocumque defectu, quo ecclesiae nocuit, ex licentia Romani pontificis concilium potest iudicare, nondum sequitur, ut concilium in Romanum pontificem quidquam possit sine eiusdem Romani pontificis licentia. Atque haec ad solvendam obiectionem, quam ex causa Honorii facit Běljaev contra superioritatem Romani pontificis super concilia oecumenica. De obiectione, in quantum infallibilitatem eius respicit, statim sermo recurret.

Quoad superioritatem Romani pontificis vero super concilia gravissima sunt haec verba Colombier: „Quod secundum, tertium et quartum concilium attinet, velit mihi Gallicanus aliquis dicere, quomodo explicet in suo systemate modum procedendi ita uniformem Romanorum pontificum et harum magnarum synodorum, ad quas Romani pontifices scribunt: S. Damasus, S. Coelestinus et S. Leo agunt quasi concilia invicem contulissent. Definiunt, primus in suo concilio particulari, duo alii in epistolis dogmaticis punctum controversiae, mittuntque decisiones suas fratribus in episcopatu, non ut discutiantur, sed ut subscribantur, S. Agatho, Hadrianus I. et Hadrianus II. non aliter se gerunt relate ad Concilia sextum, septimum et octavum. Quintum inquisitionem nimis longam postularet; ceterum sex alia materiam sufficientissimam suppeditant, modo adversarii nostri paulisper reflectere velint. S. Coelestinus imprimis eo modo loquitur, qui nimis videretur singularis in ore alicuius subdijti relate ad potestatem aliquam superiorem: „Ad disceptationem si fuerit ventum, vos de eorum sententiis indicare debetis, non subire certamen“ Et quod notandum, concilia practice acceptant programma pontificum.

Hunc modum procedendi a Romanis pontificibus constanter servatum si mente contemplor, saepe ex me ipso quaesivi, non utrum Romani pontifices se considerarent tamquam concilio superiores neque utrum tamquam tales essent a conciliis agniti: puerilis mihi videretur fere hac quaestio: sed ex me ipso quaesivi et adhuc quaero, quonodo hie modus procedendi successorum s. Petri adeo auctorativus cum hac alia veritate catholica conciliari debeat, episcopos in conciliis vere fidei iudices esse: „Ego definiens subscripsi“. Etiam hoc ex me quaero, et, aperte dico, quin suspicer, quidnam adversarii responsuri sint, quaero, inquam, ex me, quonodo viri cetero quin docti imaginari potuerint potentiam Romani pontificis post quintum saeculum valde amplificatam esse. Modus agendi Romanorum pontificum saeculi XVI. erga concilium Tridentinum quantopere modestior modo agendi s. Coelestini et s. Leonis!“⁸⁵⁾

⁸⁵⁾ Études 1869 II. 830 sqq.

Ceterum etiam si actio concilii contra Honorium fuerit per se legitima, tamen pluribus non immerito videtur, in modo eius procedendi ob neglectam debitam iuris formam, non defuisse, quod sanatione per Romanum pontificem indigeret. „Actio in ipsum intenta, ait, Colombier, praeter omnes regulas iuris executioni data est“⁸⁶⁾. Nominatim cum Bellarmino notat Coriolanus: „Immo si reus obiecti criminis fuisse Honorius, priusquam damnaretur erat inquirendum, an errorem unquam revocaverit, vel potius in eodem usque ad mortem perseveraverit“⁸⁷⁾. Quod argumentum speciale vim habere liquet in sententia eorum omnium, qui Honorium a patribus concilii sexti propter haeresim proprie dictam condemnatum esse putant; eo magis, quod non desunt gravia indicia, Honorium ipsum, re melius perspecta, defectum suum, quicumque fuerit, emendasse et causam fidei satis strenue egisse: quae tamen longius persequi non necessarium esse ducimus.

46. Quodsi concilium legitime contra Honorium procedere potuit iurisque regulas saltem essentiales servavit, num iusta etiam est sententia ab eo in Honorium prolata? Namque enim, omnibus fere patentibus epistolae Honorii orthodoxae sunt et ab omni errore contra veritatem revelatam immunes. Praeterea „intolerabilis error foret, si unam atque alteram epistolam Honorii ducenti octoginta novem Patres non intellexissent, quave intentione ea scripta fuisse, ex circumstantia temporis loci ac personarum non advertissent, itemque quae locorum dubiorum foret interpretatio, ex vulgata illa et celebri disputatione Maximi cum Pyrrho habita non audissent“⁸⁸⁾, et tamen, his omnibus non obstantibus, certissimum est, Honorium ab hoc eodem concilio ut haereticum fuisse damnatum. Quae quomodo inter se, quomodo cum iustitia conciliari possunt? Et tamen debent, et tamen possunt.

47. Neve ullam quis hic suspicionem concipiatur, ad liberandum Romanum pontificem fieri explicationem aliquam, ut Hefele alio loco dixit. „suaviorem quam veriorem“. Primum enim non ad Honorium sed potius ad concilium macula aliqua liberandum vires intenddae sunt; non enim fuit Honorius „haereticus“ ut ex epistolis eius, propter quas solas a concilio condemnatus est, omnino indubie constat: quomodo potuit idem concilium propter litteras easdem eum tamquam „haereticum“ damnare? Hic Rhodus est, hic salta! Quare videant Romani pontificis adversarii, ne, urgendo cum Běljaev loco citato, Honorium fuisse ut Monotheletam proprie dictum a concilio damnatum, causam ipsius concilii omnino desperatam faciant. Corpus delicti enim, ipsis patentibus, sunt Honorii epistolae tales, quales præ manibus habemus; atqui hae epistolae ut unusquisque videre potest et luculenter ostendimus orthodoxae sunt quomodo igitur potuit eas infallibile concilium tamquam heterodoxas, tamquam haereticas damnare?

Deinde, labor si quis in hac re, ubi de Romano pontifice agitur, est, quod bene notandum est, multo minor eo labore est, qui aliquando-

⁸⁶⁾ Études, 1870, I, 533.

⁸⁷⁾ Apud Gonzalez I. c. 728.

⁸⁸⁾ Cum Bellarmino Coriolanus apud Gonzalez I. c. 727.

necessarius fit ad alia etiam concilia oecumenica certo talia et certo infallibilia a contradictione aperta liberanda! Sie, ut exemplo a Colom-bier allato⁸⁹⁾ utar, canon quartus concilii quinti anathema dicit omni, qui non defendit epistolam impiam Ibae ad Marim, nec reicit ipsam eosque qui eam iustificare, sive totam sive ex parte con-nantur. Ille canon decretus fuit die 2. Iunii anni 553. Iam vero die 24. Octobris anni 451. idem Ibas, ut orthodoxiam suam, de qua merito suspectus erat, probaret, concilio quarto se praesentavit, quod de hac eadem eius epistola tam vehementer tamque iuste condemnata hoc tulit iudicium: Legati Romani pontificis sic aiunt: „Postquam epistolam Ibae relegimus, eum orthodoxum esse cognovimus.“ Maximus, Antiochenus: „Ex relecto quoque rescripto epistolae, quae prolatum est ab eo, qui ad-versarius eius existit, orthodoxa eius declarata est dictatio“: quae omnes alii episcopi approbat Ibamque tamquam episcopum catholicum in suo consensu admittunt. En exemplum, ubi pariter concilium contra concilium stat, hac sola differentia, quod incommoda in causa Honorii multo facilius removeri possunt.

48. Quomodo igitur contradictio tollitur? Contradiccio in solo verbo est. non in re. Terminii „haeresis“ enim et „haereticus“ strictiore vel latiore sensu sumi possunt et tempore concilii sexti vario sensu sumebantur. Honorius non est condemnatus ut haereticus proprius dictus. cum haeresim non commiserit, sed tantum ut fautor haeresis.

Id certissimum est, si concilium spectetur, in quantum certe oecu-menicum est, utpote a Romano pontifice approbatum. Quamvis vero Grisar⁹⁰⁾ cum Pennacchi⁹¹⁾, cum antiquis omnibus et cum iis omnibus, qui authenticitatem actuum impugnarunt, existimet, patres concilii ipsos voluisse Honorium ut haereticum proprio dictum con-demnare, verba enim concilii, sine aliqua violentia, mitiore illo sensu explicari vix posse; tamen id non videtur omnino certum, et ex ratione mox adducenda saltem non intelligitur, quomodo Běljaev⁹²⁾ cum aliis orientalibus possit hoc urgere, quin propriam causam des-peratam faciat. Quare persequor hic potius eam sententiam, quae cum tanto pro orientalibus incommodo coniuncta non sit.

Quomodo significatio verbi „haeresis“ id est separationis, pro arctiore vel latiore significacione termini „fidei“, a qua quis se separat, et pro maiore vel minore gradu separationis a fide vel oppositionis ad ipsam, ex natura rei et ex usu loquendi varia esse possit, supra ostensum est. Cum autem concilia oecumenica VI., VII. et VIII. in cumulo tamquam „haeresis“ reos damnant viros diversissimos, nemo qui novit, qui et quales fuerint, nemo praeceps, qui epistolas Honorii sic damnatas examinaverit, omnes eodem modo et sensu damnatos esse indicabit, sed alios propter haeresim proprio dictam, alios propter favorem haeresi praestitum, ut fautores haeresis damnatos esse statuet.

⁸⁹⁾ Études 1869 II, 829 sq.

⁹⁰⁾ Kirchen-Lexikon² VI, 254.

⁹¹⁾ I. c. 275.

⁹²⁾ I. c.

Honorius igitur, sicut haereticus non fuit, sic, quidquid verba sonant, ut haereticus simpliciter non est condemnatus.

Hoc qui negare vellet atque cum Běljaev loco citato assertere et urgere, Honorium ut haereticum proprio dictum a concilio oecumenico sexto damnatum, is ex alterutro unum eligat oportet: aut debet, dicere, ergo concilium oecumenicum erravit, quod esset contra infallibilitatem concilii oecumenici; aut ergo si Honorius, ut ex epistolis eius constat et hodie ab omnibus conceditur, haereticus proprio dictus non est, si concilium eum tamquam haereticum proprio dictum damnavit, si tamen concilium oecumenicum errare nequit — ergo corpus patrum errans pro se solo non constituebat concilium oecumenicum; ut habeatur concilium oecumenicum illud, cui revera infallibilitatis proprietas convenit, debet sumi concilium simul cum suo capite. Nam Leo II. non condemnavit Honorium ut haereticum proprio dictum: ergo concilium sine Romano pontifice, non gaudet charismate infallibilitatis; vere igitur oecumenicum et infallibile est concilium tantum in unione cum dato sibi a Christo capite, Romano pontifice: Quam si Běljaev conclusionem admittere velit, libenter ei subseribimus.

Neque tamen deest argumentum aliquod positivum ex ipsa synodo petitum, quod aliquo modo suadeat, concilium etsi forte animositate aliqua contra Sedem Romanam abreptum, tamen non intendisse damnare Honorium simpliciter ut haereticum, sed tantum ut haeresis fautorem. Etsi enim eum constanter „haereticum“ nominat, tamen, qui concilio magna ex parte interfuerat et certe concilii mentem optime moverat, imperator Constantinus Pogonatus, in edicto suo distinguit inter novorum dogmatum „haereticos auctores et fautores“ deinde vero unice ad Honorium terminum „fautoris“ applicat cum vero ex natura rei omnis haeresis auctor etiam eius auctor sit non vero vice versa, terminum „fautoris“ invenisse et Honorio applicasse dicendus est praeceps quia eum ut fautorem haeresis tantum, non vero ut auctorem considerabat, cum alii omnes, qui haeresim positive defendisse noscuntur, inter haeresis auctores ab ipso numerentur.

Ceterum cum ex confirmationibus diversis per Leonem II. datis extra omne dubium positum sit, ab eo tantum anathema propter fauorem haeresi praestitum esse confirmatum, cum praesertim nullum concilii anathema alium valorem habeat, quam Romanus pontifex explicite vel implicite dederit⁹³⁾, tantum pauci loci considerandi sunt, in quibus videntur episcopi suum in Honorium anathema tamquam de haeresi propriam dicta interpretari.

In actione XIII. dicitur Honorius, quae verba a Glagolev valde urgentur, „in omnibus mentem Sergii secutus“ et „impia eius dogmata confirmasse.“ Vidimus iam adversarios potius causam propriam intricare, si condemnationem Honorii propter haeresim positivam factam esse urgeant. Verum verba sensum, quem

⁹³⁾ Cf. Granderath l. c. 537 sq.; Grisar l. c. 255 sq.

Běljaev ibi expressum putat, non videntur necessario postulare. Mens enim Sergii fuit, ut „de una vel duabus voluntatibus vel operationibus silentium indiceretur“ hanc igitur Sergii mentem Honorius secutus est; indixit silentium, non ex intentione haeretica ut Sergius, sed ex false intellecta et importuna oeconomia, a Sergio homine astutissimo deceptus. „Confirmavit eius dogmata“, non approbatione unius in Christo operationis et voluntatis sensu monotheletico, cum de ea ne somniaret quidem et orthodoxe omnino sentiret, confirmavit vero, quatenus imprudens ipsius modi agendi in causa fuit, cur catholic i impedirentur aliquomodo, ne veram duarum operationum fidem defenderent, cum verbo ad defensionem aptissimo abstinere iuberentur: et cur haeretici, eius auctoritate in suum sensum detorta abutendo, animos viresque semper maiores contra rectam fidem sibi sumperserint. — In eadem actione XIII. Honori litterae cum haereticorum scriptis comburi iubentur, eo quod cum ipsis „in eandem impietatem concurrat“: quod optime intelligitur de effectu diffusionis Monotheletismi obtento, ad quem obtainendum epistolae Honori concurrerant, non per haeresim, quam ipsae continerent, sed propter modum loquendi in illis circumstantiis importunum et importunius consilium, „unius vel duarum operationum“ vocis usu abstinenti. — Edictum Constantini non tantum vocem „fautoris“ ipsi applicat, sed etiam „concursoris“ propter operam scilicet, quam, aliud agens, haeretici dogmatis seminatoribus praestitit, et confirmatoris, cui scilicet haereticum dogma debebat, quod ipsius imprudentia tam firmas radices impune agere potuerit, eo sc. quod „siluit“, quod Deus „blasphemabatur et non defendebatur“, ab eo scilicet, a quo imprimis defendi debebat, ut habent episcopi in sermone acclamatorio.

49. Neque tamen tacendum est, ut iam innuimus, fuisse et esse auctores catholicos, qui Honoriū ut haereticum proprie dictum condemnatum esse a concilio existimarent⁹⁴⁾. Ex iis, quae in statu quaestionis dieta sunt, patet, etiamsi Honorius vere haereticus fuisse et ut talis a concilio condemnatus esset, nihil seqni contra infallibilitatem Romani pontificis, quamdiu haeresim non definitiva sententia ecclesiae obtruderit et quamdiu a concilio non insuper tamquam falsae definitionis ex cathedra reus condemnatus sit.

Cum vero Honorius tantum absit, ut definitionem haereticam ediderit, ut neque haereticus omnino fuerit, ex auctoribus illis alii in ipso concilio Honoriū de haeresi condemnante errorem facti admittunt; etsi enim in facto dogmatico definiendo nec ecclesia nec Romanus pontifex errare possit, error tamen simplex facti non est impossibilis. Hic error in eo fuisse, quod concilium non genuinas Honoriū epistolas prae manibus habuisse, sed alias, suppositias, revera haeresim positive continentis. Iam vero concilium errare non posse, quando decernit, epistolam, quam prae manibus habet esse haereticam, posse vero errare, ut quilibet homo, in illo alio iudicio, utrum talis epistola sieut

⁹⁴⁾ Granderath, l. c. 526.

iaeet, revera ab illo auctore scripta sit necne⁹⁵⁾. Grisar vero⁹⁶⁾, ut iam diximus, qui verba condemnationis non putat, sine violentia, de haeresi latiore tantum sensu posse intelligi, epistolarum genuinitatem sustinet, in concilio vero non errorem facti admittit, sed difficultatem ex eo potius solvit, quod anathema a concilio latum tantum in sensu, ad quem a Leone II. restrictum sit, valorem habeat.

Quae sententia robur non spernendum in eo habet, quod sicut idem auctor ibidem ostendit, vetus in occidente erat sententia, Graecos, id est patres concilii sexti, acerbiorem in Honorium eamque iniustam tulisse sententiam, eamque a Leone II. solum in sensu modificato esse approbatam. Leonem II. ipsum sensum anathematis in Honorium lati vere modificasse, tenet etiam Funk⁹⁷⁾. Patet vero in hac sententia necessario admittendum esse, patres concilii sexti per se solos sumptos circa Honorium in iudicio ferendo graviter errasse, veram autem et legitimam esse tantum eam condemnationem Honorii, in qua cum concilii corpore caput eius consentiat, ideoque tamquam veram et infallibilem Honorii condemnationem tantum eam considerari posse, quae per Leonis II. approbationem robur obtinuerit. Quare cum Honorii condemnatio a Leone II. tantum de haeresi latiore sensu confirmata sit, etiam in hac sententia, ut iam diximus, dicendum. Honorium a concilio oecumenico legitimo non esse de haeresi proprie dicta damnatum.

50. Iam si culpa in Honorio a concilio vindicata non haeresis fuit, sed tantum favor haeresi praestitus, videndum est, in quoniam praeceise culpabilis ille favor constiterit. In unum colligendo verba, quibus Leo II. hanc culpm accurati circumscribit, videmus eum Honorio vitio vertere, in epistola quidem confirmatoria ad imperatorem, quod Honorius „hanc apostolicam ecclesiam non apostolicae traditionis doctrina lustravit, sed profana proditione immaculatam maculari permisit (*παρεχώσηε*)“; deinde in epistola ad episcopos Hispaniae, quia „flammam haereticorum dogmati non, ut decuit apostolicam auctoritatem, incipientem extinxit, sed negligendo confovit“: tandem in epistola ad regem Ervigium, quia „immaculatam apostolicae traditionis regulam, quam a praedecessoribus suis accepit, maculari consensit. Addenda est hic explicatio, quae in libro diurno, in professione fidei Romanorum pontificum habetur, ubi Honorio anathema dicitur, quia „pravissorum assertionibus fomentum impedit.“

Omnes hae assertiones, ut ex una parte merum favorem haeresi praestitum, non haeresim ipsam significant, ita eam accurati in negligentia Honorii reponunt, qua omisit id facere, quod in illis circumstantiis facere debuit. Quod autem facere debuit et non fecit, non fuit aliquod officium, quod ipsi ut homini privato incumbebat, sed ut publico, ut pastori et doctori totius ecclesiae. Quare non recte videntur loqui, qui Honorium ut personam

⁹⁵⁾ Cf. Grandenrath I. c. 528.

⁹⁶⁾ Kirchen-Lexikon² VI, 254 sq.

⁹⁷⁾ Kirchengeschichtliche Abhandlungen I. Paderborn, 1897 p. 114.

mere privatam errorem illum practicum commisisse existimant: ut personam privatam enim eum Sergius non consuluit, nec ut persona privata eidem quidquam praescribere, aut etiam tantum cum auctoritate quadam consulere potuit⁹⁸⁾). Nec tamen inde immediate sequitur, id quod Honorius facere debuerit et non fecerit, fuisse definitionem ex cathedra duarum in Christo voluntatum⁹⁹⁾.

Solum id necessario facere debuit, quod ad flamman haeretici dogmatis incipientem extinguidam satis erat: ad hoc autem non statim usus auctoritatis apostolicae supremo intentionis eius gradu, id est definitio infallibilis ex cathedra necessaria erat, sed sufficere poterat, ut in epistola ad Sergium, loco earum rerum, quae scripsit, ei praedicationem claram et indubiam duarum in Christo voluntatum instanter inculcaret.

Hoc igitur omisso dicendum est. Cum quo defectu cohaeret alius, quaedam scilicet socioria et defectus cautionis et diligentiae debitae, eo quod, insidiosis Sergii verbis nimis credulus, tam facile se ab ipso circumveniri permiserit, quod satis multa obscura immo et haeretica Sergii in sua epistola dicta non attentius consideraverit, quod Sergio semper adhuc crediderit etiam postquam Sophronius, quem utique Sergius ei ut hominem turbulentum depinxerat, per syndicam suam et legatum suum statum tum doctrinae tum rerum in Oriente clarus exposuit, quod tandem ipse patrum et conciliorum doctrinam una cum congregatis episcopis non melius examinaverit et nimis perfunctorio modo negotium tractaverit, in quod summan diligentiam impendere debuerat, ut certiore remedio periclitanti Orientis ecclesiae posset occurrere.¹⁰⁰⁾ „Habitus est a patribus concilii sexti tanquam pontifex, sic Palma, qui muneric sui partes non expleverit et dignus est iudicatus, qui damnaretur, quod catholicae ecclesiae causam, qua necesse fuit diligentia non egisset, quodque haereticorum comitia, conniventia sua iuvasse visus sit.“¹⁰¹⁾

VII. *Sententia a concilio sexto lata non obest infallibilitati Romani pontificis.*

51. Iuvat iam omnia fila tractationis nostrae ad illud punctum reducere, a quo exorsa est, et relationem inter concilium sextum et infallibilitatem Romani pontificis paucis oculos ponere. Initio demonstravimus, Honorium in suis ad Sergium epistolis definitionem ex cathedra nullam edidisse, ex quo immediate sequitur, eum neque a concilio oecumenico, utpote infallibili propter falsam definitionem damnari potuisse: de quacunque vero alia re concilium Honorium damnaverit, hoc cum infallibilitate Romani pontificis, qualis a concilio Vaticano definita est, iam nihil com-

⁹⁸⁾ Cf. Grisar, Kirchen-Lexikon² VI, 243.

⁹⁹⁾ Sic Ballerini l. c. 285.

¹⁰⁰⁾ In eundem sensum Civiltà 1870 IX, 452. 456. Colombier, Études 1870 I, 534; Grisar, Kirchen-Lexikon², VI, 245.

¹⁰¹⁾ l. c. 152.

mune habet, iam extra quaestionem versatur, ideoque negotium facessit.

52. Sed nonne, ut Homjakov loco citato opinatur, thesis catholica iam conclamata est eo ipso, quod concilium sibi licere putavit tractare causam Honorii? Quod illam quaestionem attinet, qua auctoritate omnino concilium de Romano pontifice indicaverit, id supra satis superque explicavimus. Si vero illud quis magni momenti existimat, quod praecise in rebus fidei, de haeresi, de Honorio concilium indicaverit, distinctione clara et simplici nobisque iam nota haec difficultas solvitur. Contra nos esset utique, si concilium hanc sibi quaestionem etiam tractandam tantum suscepisset, utrum Honorius falsam definitionem ex cathedra edidisset tunc enim necessario censendum esset, concilium supposuisse, hoc saltem fieri posse, ideoque Romanum pontificem in definiendo non esse infallibilem. Aliud omnino autem est, ubi de aliis effectibus quaeritur, qui sicut accidere, ita supponi aut suspicari a concilio possunt, etiam in eo, qui in definitione edenda ab ipso creditur non posse errare; atque hic, ut abunde ostendimus, fuit casus Honorii.

Quid igitur mirum, si patres concilii Honorium errare potuisse in illis circumstantiis indicabant, in quibus ipsa Romana ecclesia nunquam negavit Romanum pontificem posse errare? Bellarminus putavit et nos omnes hodie cum ipso, Romanum pontificem posse errare ut personam privatam, posse errare etiam ut personam publicam, cum scilicet pro officio suo pastorali praeceptum aliquod sive practicum sive etiam doctrinale dat, ita tamen ut suprema auctoritatis suae intensitate ad quidquam irrevocabiliter aut irreformabiliter definiendum iti nolit: quid igitur mirum, si patres sexti concilii nobiscum iam idem putaverunt?

53. At nonne, id quod urget iterum Běljaev, ad agendum contra infallibilitatem iam satis est, quod Romanus pontifex, cum definitionem ex cathedra edere deberet, eam non edit? Nonne am eo ipso censendus non-infallibilis, quod in iis circumstantiis, ubi definire deberet, non definit, non loquitur ex cathedra? „Desunt vaticinia, ita Běljaev, ergo deest oraculum. Ad quid servit tota infallibilitas, si Romanus pontifex, saltem silentio dogma infama proditione naulari permittere potest?“

Ut a fine incipiamus, aliud sane est, Romanum pontificem ita esse infallibilem, ut in hypothesi, ab eius voluntate pendente, quod definit, definit sine errore, aliud, ita esse infallibilem, ut nunquam omittat definitionem infallibilem dare, quando talis sit utilis vel etiam necessaria. Iam vero dogma catholicum, infallibilitatem a Christo collatam Romano pontifici definiens, primam quidem infallibilitatem ei adscribit, non vero secundam, altem non ita, quasi Christus ecclesiae non tantum pro easu necessitatis sed iam pro easu solius utilitatis promiserit, definitionem talem ex parte Romani pontificis non defutaram.

Et sufficit profecto ad fidem illibatam servandam, si Romanus pontifex est infallibilis, quotiescumque definit, et si saltem definit, quo-

tiescumque omnino necessarium est. An forte concilium oecumenicum, profecto infallibile, quoad omnes quaestiones, quoad quas tempore concilii definitio valde opportuna, immo etiam necessaria fuisset, definitiones infallibles edidit? Et si nou fecit, num ideo concilio oecumenico infallibilitatem denegabimus? In nostro autem casu definitionem ex cathedra necessariam absolute fuisse falsissimum est; immo est omnino contra ordinariam gubernationem ecclesiae ex parte Dei, qui omnia aliquo modo et tempore naturali causarum evolutioni permittit; unde etiam omnes definitiones, quae tum a Romanis pontificibus tum a conciliis datae sunt, semper tunc datae esse videamus, quum res, prius discussae, iam aliquo modo naturae erant.

54. Quod si nimis urgeas, charisma infallibilitatis posse ex sola definitionis absentia ostendi etiam ipsum non adesse, hoc evidenter in ipsum concilium sextum et in concilia priora retorquetur. Cum enim in omnibus ante oecumenicis conciliis auctoritas Romani pontificis in controversiis dogmaticis terminandis mirum in modum effulserit, tamen vix aliud tam sollempne huius infallibilitatis testimonium est, quam epistola dogmatica Agathonis, quae totius huins concilii quasi anima fuit quaeque summa reverentia ab illis patribus accepta est.¹⁰²⁾ Quare si silentium tunc auctoritati infallibili necessario solvendum est, cum secus aliquid falsum creditur, sane cum ex tam sollemni in concilio oecumenico facta protestatione infallibilitatis Romani pontificis necessarium omnino consequens esset, ut pastores et oves Romanum pontificem infallibilem esse crederent, nisi fortiter obviam iretur et aequa sollemnisi protestatio fieret, iterum de tribus unum eligendum est aut nobiscum statuendum, omissionem definitionis non esse contra infallibilitatem, cum haec promissa sit ecclesiae et capiti eius tantum pro hypothesisi quod aliquid definiat, aut patres illos non contradicentes non fuisse infallibles aut tandem ideo patres infallibles non contradixisse, quia nihil contradicendum erat, sed Agatho, infallibilitatem Romani pontificis urgendo, ex mente illorum patrum ipsissimum dogma catholicum proponebat.

Atque sic potius revera esse patet ex superioribus conciliis, quae nunquam Romanum pontificem cum tanta auctoritate, etiam in rebus fidei definiendis, loqui passa essent, si eum non tamquam proprium dictum superiorem suum et ducem in recta fide proponenda infallibilem reveriti essent.

55. Quodsi quis obiciat, concilium sextum Romano pontifici infallibilitatem sibi vindicanti revera efficacissime obstitisse,

¹⁰²⁾ Textus praecipius habetur Mansi XI, 239, ubi notandum: verba illa [nunquam a via veritatis in qualibet erroris parte deflexa est, cuius auctoritatem, utpote apostolorum omnium principis, semper omnis catholica Christi ecclesia] et universales synodi fideliter amplectentes in cunctis secutae sunt dico verba uncinis inclusa, quae in Latino habitur in Graeco vero desiderantur, in Graeco ex mero errore oculi describentis excidisse optime ex ipso superstite textu Graeco ostendit Kleutgen, Zeitschrift für kath. Theologie, Innsbruck, 1881, V, 768 sqq.

condemnando sc. eius antecessorem Honorium, primo ex dictis recolendum est, concilium, salva sua ipsius infallibilitate, non potuisse damnare tamquam haereticum proprie dictum, multoque minus propter haeresim ex cathedra definitam, cum, qui neque haereticus fuit neque definitionem ullam edidit. Deinde ad infallibilitatem, falso ex hypothesi, sibi arrogatam, retundendam omnino necessarium fuisset assertioni pontificis negationem suam immediate opponere. Nam illa negatio aequivalens, quae in condemnatione Honorii sita esset, nequaquam satis facile intellecta esset: cuius rei signum evidentissimum est, quod non obstante hac condemnatione, posteriores Romani pontifices neque in ea infallibilitatem suam negatam credebat, neque candem sibi attribuere cessabant.

Et num patres concilii sexti virtualiter infallibilitatem Romani pontificis negasse dici possunt, qui etiam post condemnationem Honorii ad Agathonem haec scripserunt: „Sie utique et omnium synodorum hucusque conventus effecti sunt adversus id, quod tumultabatur, et reluctabatur, tam principibus, quamque priscis patribus semper armatis. Arius divisor atque partitor Trinitatis insurgebat: et continuo Constantinus semper Augustus, et Silvester laudabilis, magnam atque insignem in Nicea synodum congregabant, per quam ipsa Trinitas tamen fidei symbolum dictavit, quamque adversus Arianam malitiam sententiam promulgavit, et iusta poena errantem ecclesiae locis indignis. sed illi condignis cruciavit. Macedonius Spiritus denegabat deitatem, et dominantem conservum praedicabat; sed maximus imperator Theodosius, et Damasus fidei adamas, protinus obstiterunt, quorum solidam mentem aggressiones atque conflictus alienarum sectarum nullatenus sauciarunt, Gregorius et Nectarius in hac regia urbe conventum congregabant et sacrilegam quidem linguam a sacerdotio abscindebant, quae blasphemias exsecrables in Spiritum s. iaculabant. quod Deus est Spiritus confirmantes, per ea, quae manifestius exposuerunt. Sic igitur eos, qui Trinitatis unitatem solvebant, Trinitatis virtus destruxit. Multa vero valde et multifaria et super ipsa unigeniti dispensatione facta est oppositio, sed generalia sermo exequi festinat. Iterum Nestorius et iterum Caelestinus et Cyrillus, ille quidem Christum dividebat et partiebat, hi vero cum domino conspirantes una cum sceptrorum domino divisorem deiciebant, ut Ephesus et ibidem gestorum tabulæ per litterariam vocem dum ipsi sileant, causas ipsas loquuntur. Deinde Entychetis insania delirante alteram fabulam, ipsiusque salvatoris humanitatem penitus recusante et umbrosam quamdam eius et non veram similitudinem praestigiante, putasne necessarium erat silere, et non spiritales viros insurgere, qui divinis verbis falsidicos compescerent? Et quomodo non indignaretur Deus, qui blasphemabatur, et non defendebatur? Leonis igitur tuba tanquam leonis rugitus viriliter vociferans ex Roma, interim archimandritam bestiam perterruit, et a monachico grege proiecit eiusque phantasiam atque putationem reprobavit, et evanescere fecit. Hanc igitur divinitus scriptam tabulam Marcianus sacratissimus imperator et Anatolius Constantinopolitanus antistes cum omni Chalcedonensi a Christo congregata

collectione amplexi sunt atque manu et lingua consentiebant et pariter subscribebant et per eam consonam Eutychetis et Dioscori intelligentiam evanescerunt. Sieut et Vigilius post haec Iustiniano piissimo consonuit, et quintum concilium constitutum est, ut eorum opuscula, quae latenter reperta sunt repleta abominatione anathematizarentur.

His ita se habentibus, necessarium existebat et vestram Christo amabilem mansuetudinem sacratissimum hunc et copiosum congregare conventum. Proinde inspiratione sancti Spiritus conspirantes et ad invicem omnes consonantes atque consentientes et Agathonis sanctissimi patris nostri et summi papae dogmaticis litteris ad vestram fortitudinem missis consentientes nec non et suggestioni sanctae, quae sub eo est, synodi CXXV patrum concordantes, unum de sancta Trinitate dominum nostrum Iesum Christum etiam incarnatum praedicamus in duabus perfectis naturis indivise, inconfuse laudandum.“

Profecto, si patres illi, anathemate in Honorium lato, ipsam Romani pontificis infallibilitatem se confixisse existimassent, sic scribere non potuissent, sed potius diligentissime studere debuisserint, ne ullo modo doctrinae de infallibilitate Romani pontificis favere viderentur.

Tandem certe in concilio Ephesino nulla neque virtualis repulso infallibilitatis Romani pontificis ulla probabilitatis specie locum habuisse dici potest, cum tamen etiam in hoc concilio Coelestinus et auctoritatem suam super concilium et infallibilitatem suam altissime proclamasset. Sic enim instructio, quam Coelestinus legatis suis dedit, habet: „Et auctoritatem sedis apostolicae custodiri debere mandamus. Siquidem et instructiones, quae vobis traditae sunt, hoc loquantur, ut interesse conventui debeatis, ad disceptationem si fuerit ventum, vos de eorum sententiis iudicare debetis, non sub ire certamen“¹⁰³⁾. Patres vero Ephesini ipsi confitentur: „Coacti per sacros canones et epistolam sanctissimi patris nostri et comministri Coelestini Romanaeque ecclesiae episcopi lacrimis subinde perfusi ad lugubrem hanc sententiam necessario venimus“¹⁰⁴⁾.

56. Atque his positis quivis facile indicare potest, utrum saltem ab eo, qui infallibilitatem conciliorum oecumenicorum confitetur, haec verba Běljaev sustineri possint: „Ponamus praeterea, papam non propter haeresim damnatum esse, sed ut ita dicam, propter negligentiam et infirmitatem, non-usum potestatis. Sed num saltem talis sensus anathematis a concilio lati concordat cum idea infallibilitatis papae? Papa cum passivo silentio haeresis progressum intuetur. Vel ipsum eius silentium tali tempore, cum verbum auctoritatis necessarium est, est negatio huius ideae [i. e. infallibilitatis]. Desunt vaticinia: deest etiam oraculum“ Videlicet: aut papa

¹⁰³⁾ Mansi IV, 556.

¹⁰⁴⁾ Mansi IV, 1211.

silendo se non esse infallibililem ostendit, et tunc a pari vel a fortiori concilia oecumenica non sunt infallibilia, ut quae pariter siluerint; aut conciliorum oecumenicorum silentium eorum infallibilitati non officit, ergo silentium nec officit infallibilitati Romani pontificis. Ceterum „idea“ infallibilitatis non a quopiam pro lubitu configenda, sed simpliciter ab ecclesia Romana mutuanda est: haec vero nunquam dixit, Romanum pontificem esse ita infallibilem, ut certissime definitionem infallibilem editurus sit, quotiescumque haec utilis esse videatur¹⁰⁵⁾.

57. Utinam tandem, quo rsum haec tota nostra disputatio spectet, spectent Romani quoque pontifices, infallibilitatem suam Dei munere sibi collatam vindicantes, omnibus magis magisque perspectum fiat! Non enim libidine dominandi haec infallibilitas a Romanis pontificibus inventa et in exercitum deducta est. Quomodo ipsi Romani pontifices hanc suam praerogativam nunquam non consideraverint, pulcherrime ipse sanctus Agatho in epistola ad concilium expressit: „Nec post inoliti erroris diuturnitatem a commonitione siluerunt, sed semper hortati sunt ac contestati et hoc ex fraterna caritate, non per malitiam vel pertinaciam odiosam (absit, absit a corde christiano, ut in alterius lapsum grassetur, cum Dominus omnium doceat: Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat: qui gaudet super unum paenitentem magis quam super nonaginta novem iustos: qui ad liberandam ovem perditam suae maiestatis inclinans potentiam, de caelis ad terras descendit) sed et expansis spiritualibus ulnis optantes atque exhortantes eos in orthodoxae fidei unanimitate remeantes amplecti, eorumque conversionem ad integrum orthodoxae fidei restitutionem praestolantes: quatenus de nostro consortio, immo beati Petri apostoli, cuius licet indigni ministerio fungimur et traditionis formulam praedicamus, seipso non facerent alienos sed concorditer nobis eum immaculatam hostiam pro stabilitate fortissimi ac serenissimi imperii indesinenter Christum Dominum exorent“¹⁰⁶⁾. Profecto qui ita loquitur, ita sentit, non fur est, non mercenarius est, sed pastor est, sed heres eius est, cui post trinam amoris protestationem a Christo Domino dictum est: Pasce agnos meos, pasce oves meas.

58. Quaeri solet, errorem Honorii, qui etsi infallibilitatem Romani Pontificis nullo modo in discrimen vocet, tamen ob effectus tristissimos sane dolendus est, cur Deus, supremus Ecclesiae Pastor et Rector, accidere permiserit. Possemus, responsum directum declinando, Petrum ostendere, quem, cum esset certissime in docendo infallibilis, tamen Deus in errorem practicum non multo dissimilem errori Honorii incidere permisit, ita ut Paulus ei in faciem resistendum sibi putaverit. Si hoc in principe apostolorum permettere potuit Deus, cur non in eius successore? Si autem responsum directum tentamus: fuerit in divinis consiliis, Romanum pontificem ipsum monere, commissum sibi quidem

¹⁰⁵⁾ Cf. quae initio No. 4 diximus.

¹⁰⁶⁾ Mansi XI, 279.

esse infallibilitatis charisma, at ipsius tam operam requiri, ut in ecclesiam inde omnis utilitas redundet, quam inde in eam redundare vult. Voluerit etiam Deus Romanum pontificem, in tam alto constitutum loco, eautum facere et humilem, ut cum sancto Dei timore commisso sibi munere fungatur. Intenderit denique Deus deducere Romanum pontificem illam sapientiam carnis, quae, ubi simpliciter et sine respectu humano ullo veritas revelata tota et plena praedicanda esset, importunis opportunitatis considerationibus a via rectissima sinat se aliquantulum abduci¹⁰⁷⁾. In Honorio ponitur nobis ante oculos pontifex, qui, ut ait Colombier¹⁰⁸⁾, „non omnem vigilantiam adhibuit, quam munus eius postulabat, dormire sivit in manibus suis gladium ipsi a Deo commissum. Quare Deus eum anathematis gladio tradidit; unde videre possumus, quantum zelum habeat Deus pro fide ecclesiae conservanda; et omnes Romani pontifices sciunt, Providentiam divinam summo rigore punire in Romano pontifice defectum, qui pastorem cuiuscumque alias ecclesiae vix impediret, quominus caelitum ab ecclesia honores consequatur.

Romae 12. Aprilis.

P. Sinthern.

EXTERNA AD NOS PERTINENTIA.

G. Hölscher, Kanonisch und Apokryph. Ein Kapitel aus der Geschichte des alttestamentlichen Kanons. Lpzg. 1905. M. 2.

Hoc libro impugnatur sententia circa a. 130 a. Chr. n. iam extitisse canonem quendam absolutum librorum Hebracorum et statuitur libros canonicos a non canonicis distinctos esse inter 130 a. Chr. n. et actatem Hillel et Sammai.

A. Lehmkuhl, Probabilismus vindicatus. Friburgi Br. 1906. VIII + 126 p. De systemate morali multae sententiae propositae sunt, et non nullis damnatis ne in ecclesia catholica quidem lis dirempta est: inter probabilismum et aequiprobabilismum. Cur illi diffidaat ratio est, quia videtur esse contra rationem, ut opinionem in usu sequamur, quam minus probabilem iudicamus. Conatum ex intimis rationibus probandi, solam eam legem obligare posse, quae subiective ut certa cognoscatur, nostrae Slavorum litterae iam attulerunt I, 68—9. *L.* evertit principium tutiorismi de conformanda voluntate humana cum lege aeterna. Decreto Innocentii XI. (a. 1680), de eius ortu Gonzalez in praefatione ad tractatum succinctum (Dilling. 1691) narrat, quodque praeceptum disciplinare tantum est idque valoris particularis, non universalis, potius probabilismo favere ostendit.

K. Grass, Die russischen Sekten. I. Bd.: Die Gottesleute (Chlüsten). Leipzig 1905.

Chrest Andrutsos, Αἱ περὶ ἐγώσεως τῶν ἐκκλησιῶν βάσεις. Constantinop. 1905.

Dictionnaire d' archéologie chrétienne et de liturgie t. I. 1903—6.

Haud scio an nullum aliud opus aptius sit ad progressus doctrinae catholicae demonstrandos quam hoc. Pauca quidem nomina invenies subscripta — propterea fortasse opus lentius procedit — sed doctissimus

¹⁰⁷⁾ Cf. Scheeben, I. c. 117.

¹⁰⁸⁾ Etudes 1870 II, 548.

quisque electus est. Nec editorum laus celanda est, qui opus omnibus artis subsidiis large instruunt, licet neque haec res humana a mendis libera sit.

In tanta rerum copia, quae hic comprehenditur, nihil mirum est, si etiam res, quae ad nos pertinent, doctissime tractatae, crebro inveniantur.

H. Leclercq sub voce *Ame.* IX. L'introduction de l'âme dans le paradis (c. 1513—9) egregie composuit, quae alibi disiecta hac de re reperiuntur. Ex inscriptionibus ibi allatis notamus hanc, circiter a. 275, quae martyrem testatur statim caelo frui (*De Rossi, Inscript. christ. urb. Romae. 1888 t. II., p. I., proem. p. X.*): „Iam videt et sentit magni (spectacula regni) et bene pro meritis gaudet sibi praemia reddi, tecum Paule tenens calcata morte coronam; nam fide servata cursum cum pace peregit.“

Ab eodem scriptore tractatur Le séjour de l'âme dans le sein d' Abraham (c. 1522—42). Haec quaestio, de qua hic iam actum est (II., 309—313) controversa est inter Graecos et Latinos. Ultimus Anthimus patriarcha in encyclica a. 1895 Latinis sententiam quam tenent exprobavit.

L. communem fuisse persuasionem existimat martyres sine mora caelum intrare; de aliis autem fidelibus defunctis alios sensisse, caelum clausum eis esse ante resurrectionem, alios iustis animabus statim post mortem aditum ad Deum patere. Eodem fere tempore, quo Tertullianus scripsit: „Nulli patet caelum terra adhuc salva.“ (*De anima* 55. M. II., 789), Romae inscriptio facta est: „Marcianus, neophytus, recessit. Caeli tibi patient. Vive in pace.“ (*Cabrol et Leclercq. Monum. eccl. liturg. Paris. 1902, I., n. 3435.*)

Sententia de beatitudine demum post resurrectionem iustis concedenda coniungebatur cum sententia chiliastica et cum ea per liturgias divulgabatur. In sinu Abrahae esse significabat gratiam primae resurrectionis exspectare; id invenimus in *Sacramentario Gelasiano* (Muratori, *Liturgia Romana vetus. Ven. 1748, I., 749, 750*), in *Missali Gothicum* (ibid. II., 578, 655), in *Sacramentario Gallicano* (ibid. p. 950): „In Abrahae sinu eum digneris excipere et in consortio primae resurrectionis suscitare iubeas“. Simili modo secundum *L.* sentiebant *Papias* (*Euseb., H. e. 3. 39. M. 20, 296 s.; Pitra, Spicil. Solesm. Paris 1852, I., 1. 2. 3; prolog. IV. V VI.; Hieron., De vir ill. 18. Lips. 1896, p. 17. 88. 89; Cerinthus* (*Euseb. H. e. 3, 28; 7, 24. 25*), *pseudo-Barnabas* (ed. Funk, Tüb. 1887, I., 47), *s. Iustinus* (*C. Tryph. 80, 81*), *s. Irenaeus* (*C. haer. 5, 31. M. 6, 1208*; cf. Petavius, *De Deo* 7), *Tertullianus* (*Adv. Marc. 3, 24. M. 2, 384*), *s. Hippolytus* (*Photius, Bibliotheca cod. 202. M. 103, 673*), scriptores librorum *Sibyllinorum* (*Alexander, Excurs. ad Sibyllina. Paris 1841, 476 . 533. 534*), *Commodianus* (*Instruct. 2, 3. Cp. ser. eccl. p. 63*), *s. Methodius* (*Conviv. 10 virg. 9, 5. M. 18, 189*), *s. Victorinus M.* (*De fabr. mundi* M. 5, 309; *Schol. in Apc. 20. M. 5, 342*), *Lactantius* (*Instit. divin. 7, 14. M. 6, 780*), *Apollinarius* (*Hieron., In Is. 18, 65. M. 24, 653*), *Greg. Naz.* (*Ep. 102. M. 37, 197*), *s. Ambrosius* (*M. 14, 995, 589*), *s. Augustinus* (*De civ. D. 20, 7. M. 41, 666 s.*), *Iulius Hilarianus* (*De durat. mundi* 16—19. M. 13, 1104 s.), *s. Gaudentius* (*tract. 3. M. 20, 861 s.*), *Marius Victorinus* (*Gal. 1. 2. ap. Mai, Script. vet. nova coll. 3, 2, 39*), *Sulpicius Severus* (*Hieron., De vir. ill. c. 18. Lips. 1896, 19; Ezech 1. 11, 36. M. 25, 336 s.*).

Quam late patuerit haec opinio, multae inscriptiones testantur. Etiam ubi non excluditur expresse sententia opposita, aliqua praesumptio stat pro illa, si adhibentur voces, quibus alias manifesto exprimebatur, etsi verum sit, voces illas e Iudacorum ritu sumptas esse potuisse, quod certe nonnulla monumenta eum Iudaicis (*Garrucci, Cimitero ebreo di vigna Randanini Roma 1862, p. 35. 44. 56. 68*) comparata ostendunt (cf. Kaufmann, *Die sepolcralen Jenseitsdenkmäler. Mainz 1900 p. 56*). In epitaphiis anima dicitur versari in sinu Abrahae (*Rossi, Inscript. christ. urb. Rom. 1857, I., p. XXVI.*) in gremio Abrahae („[felici merito] hic sociabitur ante tri[]bunal interea] in gremio Abraham cum pace quiescit]. Cp. inser. Latin. X., 1370); ἐν τόπῳ ἀναπαύσεως (Rivista di filologia 1874, t. II., p. 213, nota 1); ἐν κέλποις Ἀρράβῃ

καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ (De Clarac, Inscr. grecques et rom. du musée du Louvre, Paris 1839, pl. LXIX., n. 858); expetitur eis τόπος ἀναψύξεως (Corp. inscript. Graec. t. IV., 9533); Ὁ θεὸς ἀγάπουσον τὴν ψυχὴν αὐτοῦ εἰς κόλπον Ἀρραζῆ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ (Cp. inscr. Graec. t. IV., 9128, 9130, 9132, 9133, 9135); ἀγάπουσον τὴν ψυχὴν. ἐν τόπῳ φωτεινῷ ἐν τόπῳ ἀναψύξεως (Op. inscr. Graec. t. IV., 9121; sim. C. Kaufmann, Die sepulcr. Jenseitsdenkmäler, Mz. 1900, 68 sq.; eadem oratio est in euchologio Graeco, Rom. 1873, 252).

In liturgia similia occurunt. De Graeca cf. Goar, Euchol. Ven. 1730, p. 428. 434. 442. 452. 465. 469. 472. 474 (de infantib.). 478. — Et Graeca quidem liturgia nec martyres excipiebat: Renaudot, Liturg. orient. coll. Paris 1716, II., p. 444 sq. (consolare eos in habitaculis, in quibus requiescunt).

In liturgia Romana legimus formulam: „Tribuas eis, Domine, delictorum suorum veniam in secreto receptaculo, ubi iam non est locus poenitentiae“ (Muratori, Liturg. Rom. vet. t. II., p. 951).

In liturgia Syriaca notat *L.* non videri idem teneri.

Ceterum, quid sinus Ahrahæ significaret, clarum non erat; cf. Augustinus, Conf. 9, 3; Greg. Naz. Or. 7, 17 (M. 35, 776); Prudent. Cathemer. 10, 149. M. 59, 886; Renaudot, Liturg. orient. coll. Par. 1716, II., 267; Goar, Euchol. Ven. 1730, p. 569.

Epitaphia, quae caelum (mercedem obtentam) clare designant, rara sunt. Ubi de pace (sed cf. Kaufmann, Die sepulcr. Jenseitsdenkmäler p. 44 [„in pace cum Deo“], p. 49 [„εἰρήνη σοι ἐν οὐρανῷ“; „sub aeterna pace“]), de commemoratione cum sanctis mentio occurrit, dubia esse *L.* dicit; sed certe non concedemus *L.*, formulam „in bono“ indicare sententiam de beatitudine demum post resurrectionem concedenda, secundum „authenticam“ (?) interpretationem Cassiodori (Cf. Kaufmann, l. c. 56). Quanta certitudo sententiae catholicae iam saec. VI. tributa sit, ex epitaphio papae Felicis IV. († 530) appareat; „Certa fides, iustis caelestia regna patere.“ (Le Blant, Inscr. chrét. de la Gaule II., 411; De Rossi, Inscr. christ. urb. Rom. 1888. II., 126. 57). In aliquibus epitaphiis ipsa quoque dubitatio exprimitur: „Quisquis post mundum aetherias concendere plagas posse putat iustos, Marcellinum quoque credat presbiterum caeli sedes habitare quietas“ (Gazzera, Delle iscrizioni cristiane del Piemonte. Torino 1849, p. 105. 106).

F. Cabrol sub voce Anamnèse (1880—96) tangit quaestionem de epiclesi. Epiclesis enim nonnunquam commiscentur cum anamnesi in variis liturgiis, in aliis sequitur eam. Anamnesis autem inscribi solet: Post secreta, Post mysteria. In eadem saepe exprimitur consecratio perfecta (De liturgia Romana cf. Baumstark, Lit. romana e lit. dell' Esarc. Romae 1904 p. 116; de aliis Thomasi-Vezzosi, Opera t. VI., p. 245. 269. 338).

Invocatio Spiritus s. in multis liturgiis deest vel paene ad nihil redacta est (quod tamen etiam de verbis consecratorii in nonnullis liturgiis dicendum est; cf. C. in hoc opere col. 1914).

Canon historicum processum exhibet: relationem de cena, consecrationem panis et vini, memoriam passionis, mortis, descensus ad inferos, resurrectionis, ascensionis, pentecostes, quae missionis Spiritus s. mentio locum dat invocationi, qua, cum duarum personarum functiones iam expressae sint, Spiritus s. functio commenmoratur: „C'est le Fils, qui est immolé en sacrifice pour les péchés du monde. La victime est offerte au Père et l'Esprit-Saint vient, par son operation sanctifiante,achever, compléter, parfaire la sainteté du Sacrifice“ (1895).

Eadem quaestio de epiclesi tangitur ab eodem viro doctissimo in capite, quod inscribitur Anaphore (1898—1918), col. 1915. Cum Neale (A history of the holy eastern Church t. I., p. 496) dicit in universum aestimanti ecclesiam orientalem credere panem et vinum in corpus et sanguinem Christi transformari verbis institutionis aequae ac Spiritus s. invocatione; si alterutrum desit, Eucharistiam invalidam esse*). Concedit autem

*) Similiter K. Zaruckij, Nedavnyja javlenija v rimsko-katoličeskom i protestantskom mirě. M. 1878, p. 130 sentit: „Schema (propositum vetero-

in liturgia Ioannis Chrys. et in liturgia Nestorianorum aliisque epiclesin talibus verbis compositam esse, ut negari nequeat invocationem Spiritus s. haberi causam transubstantiationis. Etiam in nonnullis Post pridie Gallicis vel Mozarabicis similia occurunt. Notandum est etiam hoc, Gallianum vetus (Thomasi—Vezzosi, opera t. VI., 371), anaphoram Serapionis (post verba institutionis: Verbum sanctum tuum, Deus veritatis, inhabitet hunc panem, ut fiat corpus Verbi etc.; cf. Duchesne, Christian worship 1903, 75), anaphoram ritus praesanctificatorum in liturgia Iacobitarum (Journal of theolog. Studies oct. 1902, 69 s.; avril 1904, 369 s.) in epiclesi habere invocationem Verbi.

Rel. deine. pers.

La Civiltà Cattolica. Anno 57º. 1906 — Vol. 3. (15 sett.)

Della evoluzione del dogma. P. 641—661. Contra evolutionistas ponitur 1º omnem veritatem revelatam habere suam exsistentiam obiectivam, depositam a Deo in mentibus primorum discipulorum et ab his traductam scripto vel ore tenus. 2º Hanc exsistentiam esse realem, dogma non esse in statu meri germinis, antequam definitur 3º Internam rationem, cur veritas aliqua revelata sit, non esse definitionem ecclesiae sed auctoritatem Dei revelantis. 4º Veritatem revelatam transcendere omne lumen intellectuale creatum; unde conclusionem syllogismi qua tales non esse revelatam. 5º Dogma non pati evolutionem, quia et veritati omni mutatio repugnat et dogma ut verbum Dei iam extra causas exsistat. 6º Proclamationem novorum dogmatum in ecclesia non esse introductionem novae rei sed novam expressionem veritatis implicito modo exsistentis, latentis. — Evolutionistis dogmaticis non favere Newman, ad quem provocant, diligenter ostenditur.

Stimmen aus Maria-Laach. 1907, I. Jul. Bessmer, Scholastik und moderne Philosophie. (p. 125—142.)

Novimus, etiam Russos passim praeiudicatis opinionibus hae in re aestimanda teneri. Eadem res a nobis iam tractata est saltem quod ea, quae maximi momenti sunt, attinet (a. I [1905] p. 225—232).

Haec commentatio respicit duas priores, alteram conscriptam ab Ed. Le Roy in »Demain« (15./VI 1906), alteram a L. Günther in »Natur und Offenbarung« (1906 febr., mart.). Primum propositum et methodus philosophiae scholasticae exponitur. Deinde vis eius laudatur; quae nec iure negligitur, nisi argumenta eius refutantur, et a quo cumque ei opera datur, eum praestantiam suam sibi devincit. Huius temporis litterae philosophicae et logica laborant. — Tum ea, quae exprobantur, examinantur et ad veritatem revocantur; inquiritur sitne

catholicis) možet vnušit', budto naša Cerkov' proiznesenija slov ustavovlenija ne sčitaet suščestvenno-neobhodimym dlja soveršenija tainstva, čego starokatoliki ne primut i čego nikogda ne dopuskala, ne dopuskaet i ne dopustit vseleuskaja cerkov" — P. 131 argumentatur ex instructionibus de eis, quae inter sacram faciendum accidere possunt (Služebnik, gl. „O slučajah v služenii liturgii priključitisa moguščih v veščeh, v soveršenii i v služitelej“): „Ašče v samom pričašenii, potrebiv čast', poznaet blěb byti rastlennyj i t. p., sice da tvorit, siest vzem svěžju pšeničnuju prosforu, i pročitav nad neju i sotvoriv vsja proskomidijnaja, da izmet agnec, zakalaet že i probodaet i ot sego města načnet: „V noč, v njuže predan byvaše“, i slovesa Gospodnja jaže nad lyčom tok mo glagolati (nad čašju že ničto že glagolja, da preminet, poneže vsja i zrečena by ša); čtja že molitvu: „Pominajuše ubo“ i „lvoja ot Tvojih“, da podneset točiju diskos s Božestvennym agnem“ etc. — Ex antiquo quodam missali Russico manifestum est, antiquitus consensum cum ecclesia Romana hac in re fuisse. Cf. Commentarius authenticus II. Congr. internat. Archeol. christ. (Roma) n. 5. L. Duchesne, Auton. ecclés. — Égl. séparées. Par. 1896, p. 98—101.

scholastica auctoritati Aristotelis obnoxia, sitne infecunda, sitne methodus logica, formulis gravidata, commutanda methodo psychologica, sitne scholastica experientiae inimica, progressus in veritate cognoscenda ignara.

Revue de l' Orient chrétien 1906, N. 1: *Mangenot*, L' origine espagnole du Filioque.

Revue Internationale de Théologie. 1906, Octobre—Décembre. Réponse de Son Exc. A. Kiréeff au R. P. Malvy sur l' union des Eglises. p. 787—91.

A. Kiréev, nomen in Russia clarissimum, ad tractatum: »L' Union des Eglises« editum ab A. Malvy a. 1906 Tournai, haec fere rescripsit.

A. Kiréev, generatim consentiens cum auctore, unionem tamen impeditam esse putat.

Ut singula sequamur, de modo procedendi, de necessitate perficiendae unionis eiusque impedimentis agitur

Modus procedendi praesto est duplex, alter exclusive scientificus, alter praeterea quandam comprehendens consuetudinem et amicam benevolentiam, qua fit, ut partes non solum disputent sed etiam sibi fidant. Num posterior sit melior, quis dubitet? Sed consequimur semper propositum, quando bene coepimus? Sperandum est in nostra re, modo ne desperetur de sincera inquisitione veritatis.

In necessitate perficiendae unionis inquirenda non est, cur immoratur. Clamat missio ecclesiae, lucta eius continua cum atheismo et indifferentismo atque ipsa Salvatoris voluntas.

Denique exponitur, quid opportunum huic negotio sit, quid obstet. Maior opinandi libertas, mutatis iam temporibus modo permittitur, quam antea unquam. Propterea etiam utrum »ex Patre solo« an »ex Patre Filioque« procedat Spiritus s. conveniri poterit — »Sed semper«, inquit Kiréev »erit obstaculum insuperabile inter christianos Orientis et catholico-Romanos: illud obstaculum est dogma de infallibilitate Rom. Pontificis »definitum« tristissima praevisione, forma insanabiliter categorica (p. 790).« Idem optat: . confederationem ecclesiarum sui iuris (d'Eglises autocéphales) »unitarum vinculo eorumdem dogmatum, sed communio liberorum in opinionibus theologicis, suaque administratione, non habentium aliud caput praeter solum Christum (p. 791).«

Sed quis in ecclesia catholica, destinata pro universo orbe, puritatem et integritatem servabit fidei? Ad hoc obtainendum aut unum commune singulis coetibus caput supremum iuridicum non honoris tantum (v. ibid.) aut immediatum continuum influxum divinum versus singulos coetus independentes statuere cogeris. Alterutrum necesse omnino. Sed utrum elegit fundator ecclesiae? Ipsa facies terrae et historia coetuum a Roma separatarum tibi respondet, omissis interim fontibus theologicis.

Ubi est puritas et identitas fidei in coetibus autonomis et separatis a centro supremo? Dissensione sua in fide evincunt divinam institutionem primatus. — Neque solet Deus, omissis mediis naturalibus continuo adhibere miracula. Omnino nequit insuperabile esse impedimentum, ubi quaeritur vera ecclesia, quae catholica seu destinata omnibus hominibus, certo cognosci debet.

O. Ž.

MISCELLANEA.

De usu linguae slavicae in sacra liturgia.

Duo prodierunt ultimis temporibus Sacrae Rituum Congregationis decreta, quae relate ad quaestionem de usu linguae slavae

vicae in liturgia glagolito-romana magni sunt momenti: primum de die 5. Augusti 1898, alterum de dato 18. Decembris 1906. In utroque decreto usus linguae slavicae in liturgia privilegium reale declaratur itemque statuitur, quaenam lingua, palaeoslavica an slavica vulgaris, in liturgia adhibenda sit. Quae ut omnino mode in proposito sint, optimum ducimus, laudata S. R. Congregationis decreta verbotenus hicce adducere, unde simul patebit, quae sit utriusque decreti ad invicem relatio.

I. S. Rituum Congregationis ad Archiepiscopos, Episcopos et Ordinarios Provinciarum Goritien, Iadren. et Zagrabien. Litterae de usu linguae slavicae in S. Liturgia.*)

Quae praecipue observanda sunt, vel cavenda, circa usum palaeoslavici idiomatis in sacra liturgia, Sacra haec Congregatio jam edixit die 13. Februarii 1892; atque iis opportune significavit Slavorum Meridionalium Episcopis, qui ecclesiis praesunt, ubi ejusmodi praxis invaluit. Quum vero, hac super re, Apostolicae Sedi nova proposita sint dubia, SSmus D. N. Leo Div. Prov. Papa XIII, pro sua erga Slavos paterna sollicitudine, ad praedictas normas enucleandas et firmandas, omnemque removendam perplexitatem, grave hoc negotium peculiaris coetus S. R. E. Cardinalium examini submitti jussit.

Re igitur in omnibus mature perpensa, attentisque Summorum Pontificum Constitutionibus et Decretis, praesertim Innocentii IV, qui Episcopis Senien., a. 1248, et Veglen., a. 1252, slavica utendi lingua concessit licentiam, in illis dum taxat partibus, ubi de consuetudine observantur praemissa, dummodo ex ipsius varietate litterae sententia non laedatur; item Urbani VIII, cujus jussu a. 1631 libri liturgici glagolitice editi sunt, ad usum ecclesiarum, ubi hactenus praefato idiomate celebratum fuit, nisi maluerint latino; nec non Benedicti XIV, qui novam ipsorum librorum editionem, a. 1754, authenticam declaravit, pro iis, qui ritum slavolatinum profitentur; ac demum Pii VI, qui a. 1791 Breviarum ejus auspiciis denuo impressum recognovit, iidem Emi Patres eas quae sequuntur regulas statuerunt, iliasque Sanctitas Sua ratas habuit, adprobavit et in posterum ab omnibus inviolate servari mandavit:

I. Usus palaeoslavicae linguae in sacra liturgia considerari et haberi debet velut reale privilegium certis inhaerens ecclesiis, minime vero ad instar privilegii personalis, quod nonnullis sacerdotibus competit.

Episcoporum igitur officii munus erit, in unaquaque dioecesi quam primum confidere indicem seu catalogum ecclesiarum omnium et singularum, quas certo constet, in praesens ea concesione rite potiri.

Ad dubia porro amovenda, asserti privilegii probatio desunatur ex documentis ac testimoniis, quae in tuto ponant et probe demonstrent, illud invaluisse et reapse vigere triginta saltem abhinc annis; quod temporis spatium in re praesenti tamquam sufficiens habetur ex indulgentia speciali Sanctae Sedis.

Si quae deinceps controversiae aut difficultates in ejusmodi probationum negotio oriuntur, illas Episcopi Sacrae Rituum Congregationi subjiciant, rerum adjuncta explicante et distincte exponendo, pro singulorum casuum solutione.

*) Canoniste contemporain 1899 pag. 49—52.

II. Praedicto ecclesiarum privilegiatarum indice semel confecto et publicato, nulli prorsus licet, in aliis ecclesiis, quacumque ratione vel quovis praetextu, linguam palaeoslavicam in sacra liturgiam inducere: si quid vero secus aut contra contigerit attentari, istiusmodi ausus severa coercitione reprimantur.

III. In ecclesiis, quae supra memorato gaudent privilegio, Sacrum facere et Officium persolvere publica et solemnitate, permisum exclusive erit palaeoslavicō idiomate quacumque seclusa alterius linguae immixtione. Libri ad Sacra et ad Officium adhibendi characteribus glagoliticis sint excusati que ab Apostolica Sede recogniti et approbati: alii quicumque libri liturgici, vel alio impressi charactere, vel absque approbatione Sanctae Sedis, vetiti omnino sint et interdicti.

IV. Ubicumque populus sacerdoti celebranti respondere solet, aut nonnullas Missae partes canere, id etiam non nisi lingua palaeoslavica in ecclesiis privilegiatis fieri licet, idque ut facilius evadat, poterit Ordinarius fidelibus exclusive permettere usum manualis libri latinis characteribus, loco glagoliticorum exarati.

V. In praefatis ecclesiis, quae concessionē linguae palaeoslavicae indubitanter fruuntur, Rituale, slavico idiomate impressum, adhiberi poterit in sacramentorum et sacramentalium administratione, dummodo illud fuerit ab Apostolica Sede recognitum et probatum.

VI. Sedulo carent Episcopi in suis Seminariis studium provehere cum latīnae linguae, tūm palaeoslavicae, ita ut cuique dioecesi necessarii sacerdotes praesto sint ad ministerium in utroque idiomate.

VII. Episcoporum officium erit, ante Ordinationem sacram, designare clericos, qui latīnis, vel qui palaeoslavicis ecclesiis destinentur, explorata in antecessum promovendorum voluntate et dispositione, nisi aliud exigat ecclesiae necessitas.

VIII. Si quis sacerdos, addictus ecclesiae, ubi latīna adhibetur lingua, alteri debeat ecclesiae inservire, quae palaeoslavici fruitur idiomatis privilegio, Missam solemnē ibi celebrare, Horasque canere tenebitur lingua palaeoslavica; attamen illi fas erit privatim Sacra peragere et Horas canonicas persolvere latīna lingua.

Ide m̄ vicissim dicatur de sacerdote, palaeoslavici idiomatis ecclesiae adscripto, cui forte latīnae ecclesiae deservire contigerit.

IX. Licebit pariter sacerdotibus latīni eloquii ecclesiae inscriptis, in aliena ecclesia, quae privilegio linguae palaeoslavicae potitur, Missam privatam celebrare latīno idiomate.

Vicissim sacerdotes, linguae palaeoslavicae ecclesiis addicti, eodem idiomate Sacrum privatim facere poterunt in ecclesiis ubi latīna lingua adhibetur.

X. Ubi usus invaluit, in Missa solemnī Epistolam et Evangelium slavice canendi, post eorumdem cantum latīno ecclesiae ipsius idiomate absolutum, huiusmodi praxis servari poterit, dummodo adhibeat lingua palaeoslavica. In Missis autem parochialibus fas erit, post Evangelii recitationem, illud perlegere vulgari idiomate ad pastoralem fidelium instructionem.

XI. Si forte in paroeciis, quae linguam habent palaeoslavicā, aliquis e fidelibus prolem renuat sacro sistere fonti, nisi Rituallatīno baptīsum conferatur; vel si qui matrimonium recusent celebrare, nisi latīna lingua sacer absolvatur ritus, Parochus opportune illos instruat, moneatque; et si adhuc in propria sententia persistant, baptismum, aut benedictionem nuptialem privatim latīna lingua ministret.

Vicissim agatur, in paroecia latīnae linguae, si quis slavico idiomate ritus praedictos omnino peragi similiter exigat.

XII. In praedicatione verbi Dei, aliisve cultus actionibus, quae stricte liturgicae non sunt, lingua slavica

vulgaris adhiberi permittitur ad fideliū commōdū et utilitatem, servatis tamen generalibus Decretis huius S. Rituum Congregationis.

XIII. Episcopi illarum regionum, ubi eadem in usu est lingua vernacula, studeant uniformi curandae versioni precum et hymnorū quibus populus indulget in propria ecclesia, ad hoc ut qui ex una ad aliam transeunt dioecesim vel paroeciam in nullam offendat precationum aut canticorum diversitatem.

XIV. Pii libri, in quibus continetur versio vulgata liturgicarum precum, ad usum tantummodo privatū christifidelium, ab Episcopis rite recogniti sint et approbati.

Datum Romae, ex Secretaria S. Rituum Congregationis, die 5 Augusti, anno 1898.

C. Card. MAZZELLA, S. R. C. Praef.

D. PANICI, S. R. C. Secret.

II. De crētū de usu linguae Slavonicae in Sacra Liturgia^{**)})

Acres de liturgico palaeosla vi seu glagolitici sermonis usu controversias, quae diu iam in provinciis Goritiensi, Iadrensi et Zagrabensi dioeceses plures commoverunt, compositas atque adeo sublatas omnino esse oportuit, post ea quae Sacrum hoc Consilium itemque illud extraordinarii Ecclesiae negotiis praepositum, Pontificis Maximi nomine et auctoritate, decreverat. Sed tamen nondum ipsas conquevisse dolendum est; siquidem hic sermo etiamnunc multifariam contra praescriptum usurpat in perfunctione sacrorum; id quod non modo magnam affert et admirationem et offensionem pietati publicae, verum, cum gravi etiam caritatis pacisque christianae detimento, Christi fideles fidelibus, vel intra domesticos parietes, hostiles facit.

Tanta obtemperationis debitae oblivio quantae sit aegritudini SSmo D. N. Pio PP. X, facile aestimari potest; Isque, Apostolici officii sui esse intelligens, huiusmodi controversiis imponere finem, nuper huic Sacrae Congregationi mandavit, ut, datis ad R̄mos Archiepiscopos, Episcopos et Ordinarios ceteros provinciarum memoratarum litteris, quae cumque Decreto diei 5. Augusti 1898 aliisque deinceps praescripta fuissent***), omnia, nonnullis opportune mutatis revocaret, eaque sancte inviolateque, onerata ipsorum Antistitutum conscientia, observari iuberet.

Primum igitur, quum eo ipso Decreto cautum fuerit, ut Ordinarii singuli in dicem conficerent atque exhiberent omnium suae dioecesis ecclesiarum, quas certum esset privilegio linguae glagolitiae in praesens uti; quumque ei praescriptioni satisfactum non sit, quippe talis index, licet studiose expeditus, desideratur tamen adhuc, cumdem Sacrae Congregatio praecipit ut Ordinarii omnes intra mensem Iulium anni proximi Apostolicae Sedi exhibeant, his quidem legibus confectum:

ut eae dum taxat ecclesiae, tamquam hoc privilegio auctae, notentur, in quibus non coniecturā aliqua sed certis monumentis attestibus constiterit, linguam glagoliticam ab anno 1868 ad praesens tempus sine intermissione in sacris peragendis adhibitam esse:

**) Acta Sanctae Sedis 1907 pag. 54—58.

***) Cfr. Acta S. Sedis, vol. 31, pag. 310.

ut, eiusdem privilegii nomine, nullae istis adscribantur ecclesiae, ubi in solemnibus Missis latina lingua celebrandis Epistolam et Evangelium cantari glagolitice mos fuerit, eoque minus ubi ista sermone croatico vulgari canantur.

Praeterea, Sacra haec Congregatio, quae infra scripta sunt, approbante item Summo Pontifice, religiosissime observanda edicit:

I. Quandoquidem Apostolica Sedes de usu glagolitiae linguae liturgico opportunum factu censuit, certis terminare finibus quod olim indulserat, usus huiusmodi considerari et haberi ab omnibus debet ut privilegium locale, quibusdam adhaerens ecclesiis, minime vero ut personale, quod ad nonnullos secerdotes pertineat. Quamobrem sacerdotes, qui palaeoslavicæ dictionis periti sint, eam adhibere non poterunt, Sacrum facientes in ecclesia, quae hoc privilegio careat.

II. Semel confecto et publicato ecclesiarum privilegiatarum indice, nulli prorsus licebit in aliis ecclesiis, quacumque causa aut praetextu, linguam palaeoslavicam in sacram liturgiam inducere. Si quis vero, saecularis aut regularis sacerdos, secus fecerit, aut id attentaverit, ipso facto a celebratione Missae ceterorumque sacrorum suspensus maneat, donec ab Apostolica Sede veniam impetrabit.

III. In ecclesiis, quae privilegio fruuntur, Sacrum facere et Officium persolvere publica et solemnī ratione, permisum exclusive erit palaeoslavico idiomate, quacumque seclusa alterius linguae immixtione, salvis tamen praescriptis ad § XI huius Decreti. Libri autem ad Sacra et ad Officium adhibendi characteribus glagoliticis sint excusi atque ab Apostolica Sede recogniti et approbati: alii quicumque libri liturgici, vel alio impressi charactere, vel absque approbatione Sanctae Sedis, vetiti omnino sint et interdicti.

IV. Ubi cumque populus sacerdoti celebranti respondere solet, aut nonnullas Missae partes canere, id etiam non nisi lingua palaeoslavica, in ecclesiis privilegiatis fieri licebit. Idque ut facilius evadat, poterit Ordinarius, fidelibus exclusive, permettere usum manualis libri latinis characteribus, loco glagoliticorum, exarati.

V. In praefatis ecclesiis, quae concessionē linguae palaeoslavicæ indubitanter fruuntur, Rituale, slavico idiomate impressum, adhiberi poterit in Sacramentorum et Sacramentalium administratione, dummodo illud fuerit ab Apostolica Sede recognitum et approbatum.

VI. Sedulo current Episcopi in suis Seminariis studium provehere cum latinae linguae, tum palaeoslavicæ, ita ut cuique dioecesi necessarii sacerdotes praesto sint ad ministerium in utroque idiomate.

VII. Episcoporum officium erit, ante Ordinationem sacram, designare clericos qui latinis vel qui palaeoslavicis ecclesiis destinentur, explorata in antecessum promovendorum voluntate et dispositione, nisi aliud exigat ecclesiae necessitas.

VIII. Si quis sacerdos, addictus ecclesiae, ubi latina adhibetur lingua, alteri debeat ecclesiae inservire, quae palaeoslavici fruitur idiomatis privilegio, Missam solemnem ibi celebrare Horasque canere tenebitur lingua palaeoslavica: attamen illi fas erit privatim Sacra peragere et Horas canonicas persolvere latina lingua.

Sacerdos vero, palaeoslavici idiomatis ecclesiae adscriptus, cui forte latinae ecclesiae deservire contingit, non solemnem tantummodo, sed privatam etiam Missam celebrare itemque Horas canere tenebitur latina lingua; relictā illi solum facultate Officium privatim persolvendi glagolitice.

IX. Licebit pariter sacerdotibus, latini eloquii ecclesiae inscriptis, in aliena ecclesia, quae privilegio linguae palaeoslavicae potitur, Missam privatam celebrare latino idiomate. Sacerdotes vero, linguae palaeoslavicae ecclesiis addicti, eodem hoc idiomate ne privatum quidem Sacrum facere poterunt in ecclesiis, ubi latina lingua adhibetur.

X. Ubi usus invaluit in Missa solemni Epistolam et Evangelium slavice canendi, post eorumdem cantum latino ecclesiae ipsius idiomate absolutum, huiusmodi praxis servari poterit. In Missis autem paucisochialibus fas erit post Evangelii recitationem illud perlegere vulgari idiomate, ad pastoralem fidelium instructionem.

XI. In ipsis paroeciiis, ubi viget linguae palaeoslavicae privilegium, si quis fidelis ostenderit se cupere aut velle ut Baptismus vel sacramenta cetera, Matrimonio non excepto, sibi suisve administrentur secundum Rituale Romanum latinum, et quidem publice, eademque lingua habeantur rituales preces in sepultura mortuorum, huic desiderio aut voluntati districte prohibentur sacerdotes ullo pacto obseruire.

XII. In praedicatione verbi Dei, aliisve cultus actionibus quae stricte liturgicae non sunt, lingua slavica vulgaris adhiberi permittitur ad fideliūm commodum et utilitatem, servatis tamen generalibus Decretis huius Sacrae Rituum Congregationis.

XIII. Episcopi illarum regionum, ubi eadem in usu est lingua vernacula, studeant uniformi curandae versioni precum et hymnorūm, quibus populus indulget in propria ecclesia: ad hoc ut qui ex una ad aliam transeunt dioecesim vel paroeciam, in nullam offendant precationum aut canticorum diversitatem.

XIV. Ii libri, in quibus continetur versio vulgata liturgicarum precum, ad usum tantummodo privatum Christifidelium ab Episcopis rite recogniti sint et approbati.

Datum Romae, ex Secretaria Sacrorum Rituum Congregationis, die 18 Decembris anno 1906.

S. Card. CRETONI, Praefectus.

† D. Panici, Archiep. Laodicen., Secretarius.

Velehradii in Moravia

unde per ss. apostolos Cyrillum et Methodium Slavis
lux exorta est, ad sepulcrum s. Methodii
tempore feriarum (mense Julio vel Augusto) proxime
accuratius determinando
triduum

paratur exponendis nexibus inter ecclesiam
Romanam et Graeco-Russicam.

Ut quam plurimi eo convenient, qui praelectionibus intersint, rogamus.

Exponetur de tentaminibus unionis; de liturgia ss. Cyrilli et Methodii; quid theologi catholici praestare possint et debeant de ecclesia Rossiaca; de Russorum ad ecclesiam Romanam debita relatione et similibus quaestionibus.

Praelectores invitati sunt et magna ex parte iam promise-runt Dr. F. X. Grivec, M. Haluščuškyj, Dr. J. Pachta, F. Snopěk, Dr. B. Spáčil, A. Špaldačák, J. Urban. Quicumque alius *utriuslibet* ecclesiae theologus idem gratificari voluerit rogatur ut brevi nomen dare velit.

Praeparantes conventum

Dr. A. C. Stojan.

Dr. A. Podlaha.

Въ Велеградѣ (въ Моравії)

откуда чрезъ Преподобныхъ Кирилла и Меѳодія возсіѧть Славянамъ свѣтъ Святой Вѣры, у мощей Преподобнаго Меѳодія, состоится съ 25аго іюля текущаго года по 27оø число включительно
съѣздъ лицъ интересующихся вопросомъ о связи между Церквами: Римской и ГрекоРусской.

Нечатая настояще обѣявлениe, мы выражаемъ наше горячее желаніе, да бы число участниковъ въ этомъ съѣздѣ было, по возможности, велико!

Предмѣтомъ занятія съѣзда будуть вопросы: „Попытки единенія“; „Литургія Преподобныхъ Кирилла и Меѳодія“; „Въ чемъ заключается обязанность католическихъ богослововъ по отношенію къ Русской Церкви“; „Нормальныя отношенія Русскихъ къ Римской Церкви“ и другіе подобные.

Въ качествѣ докладчиковъ (лекторовъ) приглашены Dr. F. X. Grivec, M. Haluščuškyj, A. Palmieri, F. Snopěk, Dr. B. Spáčil, A. Špaldačák, J. Urban, изъ которыхъ большая часть уже дала свое согласіе.

Если кто либо изъ богослововъ той, или другой Церкви пожелаетъ своимъ докладомъ посодѣйствовать великому дѣлу Единенія Церквей, онъ настѣ до крайности обажетъ, сообщивъ намъ (Прага-IV, 35) объ этомъ въ возможной скорости.

Dr. A. C. Stojan.

Dr. A. Podlaha.

Slavorum litterae theologicae.

Conspectus periodicus.

Dirigentibus

Dr. Jos. Tumpach, Dr. Ant. Podlaha. Ad. Špaldák, Pragae.
J. Urban, Cracoviae. Dr. F. Grivec, Labaci. Dr. Luc. Jelić, Jadrae.

Annus III. (1907)

Pragae Bohemorum.

Nr. 3.

BOHEMICA.

P. František Žák T. J. O modlitbě pro sebné. (De precatione.) Vzděl. knihovna katolická sv. XLII. V Praze 1907. 100 p.

„Bibliotheca eruditionis catholicae“ dirigentibus Dr. Jos. Tumpach et Dr. Ant. Podlaha complures iam apologeticos libros magni pretii edidit. Ad quos opusculum citatum, fructus serii studii atque commentatio gravis momenti accedit. Nam et possilitas impetrationis rei a Deo petitae a multis doctisque viris negatur, eorumque placita scriptis et sermonibus divulgantur, et gratiarum actiones pro impetrazione, quae in foliis catholicis legi consueverunt, etiam a nonnullis catholicis aegre feruntur atque impugnantur.

Hanc igitur duplicem quaestionem 1. „de vi precum et possibilitate impetrationis“ et 2. „de certitudine impetrationis et gratiarum actione pro ea“ scriptor hic optime meritus modo nec a doctrina alieno et populari tractat, explicat, demonstrat singulari dexteritate.

Praemissis precum in genere et in specie petitionis notionibus non solum e s. Scr., sed etiam ex hominum sensu communi impetrationis possibilitatem ostendit. Genus humanum enim semper et ubique precatum est et precatur. Ratio huius rei manifesto et in ipsa natura humana est quaerenda, quae ut de sua inopia ita de Dei omnipotentia persuasione tenetur; et in ipsa experientia, preces saepe esse auditas. Vix enim, ita iure merito auctor censet, genus humanum universum oraret, si numquam potentibus satisfactum esset. „Medicina, quae nunquam probatur, abicitur.“

Potiorem partem opusculi (pg. 18—68) Z. obiectionibus radicitus et cum populari explicatione solvendis explet. Primam sumit e conceptu immutabilitatis Dei. Quam solvens simul modo populari ostendit, precationem ex Dei consilio unam e causis esse in ordine praesenti, causalitatem veram (moralem quidem) e promissione Dei habentem, nec precibus admissis decretum Dei mutari, sed illud solum fieri, quod Deus fieri vult, si homines sint precaturi. — Apte adiungit auctor explicationem, cur modus petendi id, quod Deus vult, sit optimus, et qua ratione non sit inanis petitio rerum, quae Deus absolute — ante praevisam precationem — statuit. — Deinde exponuntur, quae e naturae legibus obici consueverunt. Posita vera Dei Creatoris, causae primae, e qua omnes aliae pendent, notione ostenditur leges naturae

minime ita esse immutabiles quemadmodum ii, qui contra dicunt, existimant. Causae enim secundae e Deo ut causa creante, conservante et ad actiones earum concurrente pendent. Deus eas naturaliter et praeternaturaliter dirigit. Praeterea efficacia causarum secundarum pluribus conditionibus continetur, quarum si una necessaria deficit, ipsa efficacia deficit. Legum contingentia aptis exemplis illustratur et præter alia notatur discriminis inter legem naturalem in se spectatam et eius exercitium particolare neglectum fontem esse obiectionum huius generis. —

Modos, quibus Deus, precibus prævisis motus, in mundum et in nos vim exercere possit, hos affert (pg. 39.): „*a*) potest miraculum patrare *b*) concursum suum denegare (sive hoc est miraculum sive non est), eum augere, minuere vel aliter dirigere *c*) providentiâ sua causas existentes ad determinatum finem dirigere *d*) intellectum et voluntatem hominis movere sive hoc miraculum est sive non, quo modo saepe in homine et extra eum multa mutantur: similiter potest puros spiritus movere; *e*) ab aeterno potest ad hoc aliquam legem specialem statuere, quin etiam, determinatam materiae quantitatem, quae secundum naturae leges desideratum effectum habitura sit.“ Uberius haec explicantur duobus capitibus, quibus agitur de dependentia mundi a Deo in concurso generali et in providentia physica et morali. Eis, quae Chwolson (contra Häckel) de „lege energiae“ exposuit, innixus Ž. ostendit, argumenta e dicta lege ducta ignorantiam huius legis arguere, quae ad spiritualia non pertinet. — Paucis tangit etiam id, quod obicitur, nos preantes miraculum petere, quod saepissime non fieri explicat, neque cum fiat, improbari posse, quippe cum recta et iusta petitio vel miraculi tentatio Dei vocari nequeat.

In altera parte opusculi Ž. explicat et probat certitudinem impetrationis totam promissionibus Dei inniti. Quare illam e s. Ser. deducit, unde etiam amplitudinem efficacie cognoscit atque condicione, quibus obnoxia est, sive id quod petitur sive modus, quo id fiat, spectatur. Nihilominus etiam rationes philosophicas affert: e testimonio generis humani, e fine et naturâ petitionis. Summam explicationis de infallibili efficaciâ precum, de condicionibus, de petitione donorum naturalium et supernaturalium, de deprecatione pro aliis his verbis comprehendit p. 85: „Efficacia petitionis donorum spiritualium [v. g. perseverantiae, caeli] est infallibiliter certa — ad ea enim dona, exceptis eis, quae sunt (per se et directe) fructus actionum aliarum v. g. paenitentiac, sacramentorum, precatio natura sua fertur. Donorum temporalium impetratio est infallibiliter certa sed multis condicionibus obnoxia, maxime vero relationi ad finem hominis supernaturalem. — Efficacia precum peccatoris certa est in rebus cum ipsius conversione coniunctis, non tamen in aliis. — Efficacia deprecationis hominis iusti pro aliis item videtur esse infallibilis.“ —

His expositis rebus Ž. probandam esse defendit publicam gratiarum actionem pro impetratione, non tantum summatim exhibitam sed etiam de casu aliquo particulari; est enim etiam ea grati erga Deum animi hominum amantis, quos ad fiduciam et ad Dei implorationem movet. Difficultas, quae in casu particulari in statuenda certitudine

efficaciae precationis adest, ut magni sit momenti et prudentiae admoneat, tamen reiciendi ratione dictas gratiarum actiones ius non dat. Nam et votis particularibus Deum adesse est manifestum, et res donum a Deo petitum accipientis tales nonnumquam sunt, ut morali certitudine conici possit, inter donum acceptum et supplicationem adesse nexum causalem. Id quod Ž. aptis exemplis illustrat. Itaque, si hoc reapse contigerit, gratiarum actio est commoda et humana fide digna. Neque maiorem postulat, cum is, qui in publico gratias agit, suam solum persuasionem de precum efficacia exprimit. Periculum scandali in illis, qui ipsi orant, nullum, in infidelibus pharisaicum est. Cautelae tamen in vulgandis gratiarum actionibus adhibendae sunt. *F. Kubíček.*

Fr. Snopek, Studie Cyrillo-Methodějské. (Studia Cyrillo-Methodiana). V Brně 1906.

Cl. auctor duas sibi potissimum quaestiones enucleandas proponit, et quidem: I. Quisnam auctor legendarum, quae Pannonicæ dicuntur, fuerit? II. De orthodoxia sancti Methodii Moraviae archiepiscopi.

Quaestio prior de legendarum Pannonicarum auctore, quas nonnulli nihili facere (Götz), alii nimis forte extollere (Voronov) vellent, in praesens a cl. prof. Venc. Vondrák nuper tractata est qui auctorem ipsarum Clementem Bulg. episcopum Velicensem esse existimat. Cl. vero Snopek, licet in aliis cum prof. Vondrák consentiat, Clementem illum discipulum b. Methodii fuisse negat, inter Clementem Moraviae archipraesulis discipulum et Clementem episcopum Velicensem — qui alias monachus Hrabr, auctor scripti „de litteris Slavicis“, vocatur¹⁾ — distinguens. Cf. Slav. l. th. I., 77. Sententiam suam comprobat:

1^o) ex vitae b. Methodii cap. X⁰, ubi auctor legendae in iis, quae, si discipulus ipsius fuisset, ipse ut testis probare potuisset, ad testimonium Moravorum appellat;

2^o) ex § 10 scripti de „Litteris Slavorum, ubi auctor testes oculatos SS. Fratrum adhuc vivere affirmat;

3^o) ex eo, quod in locis s. Scripturae afferendis, versione antiqua a SS. Fratribus confecta minime utatur;

4^o) ex eo, quod in legendis complura asserit, quae discipulus b. Methodii eo modo narrare vix potuerit; ut in cap. V b. Methodii post triennium Apostolos reversos esse (quo?), in VI. vero Papam, postquam nuntium de ipsis accepisset, eos accersisse (undenam?). Cf. nebulosam et obscuritate plenam narrationem c. XII—XIV., ubi modo nimis oratorio et declamatorio de b. Methodii adversariis et calamitatibus sorteque scribens, consilia partesque suas imperatori et Photio favendi prodit.

¹⁾ Cl. Snopek inter „legendas Pannonicas“ et libellum „de litteris Slavicis“ affinitatem videt ita ut legendae nonnisi continuatum opus de lit. Slavicis sit. Sicut hic libellus apologia quae-dam litterarum Slavicarum, sic „legendæ Pannonicae“ apo-logia liturgiae Slavicae ei videntur esse.

5^o) ex eo, quod auctor legendarum sese non solum amicum Photii sed errore quoque ipsius de Spiritus Sancti processione infectum ostendit (Cfr. Sermonem Clementis in Nativitatem et Baptismum Domini), quod a b. Methodio discipulisque eius, ut paulo inferius videbimus, longe aberat.

Hinc el. Snopék legendam Italicam consequenter negat opus esse Clementis-Chrabri, eamque cum P. Martynov S. I. Gaudericho episcopo Veliterno adscribit. ²⁾

II. Non minoris momenti est quaestio de orthodoxia b. Methodii, post ea praesertim, quae prof. Brückner in vulgus proferre ansus est, in cuius suspicionem, saltem quod ad Spiritus Sancti processionem attinet, plures Slavistae legendis Pannonieis plus aequo innixi, inelinant. Cl. Snopék doctrinā catholicā de hae re ex Patribus cum Latinis tum Graecis collectā, item quaestione de inserendo „Filioque“ in Symbolum praemissa, orthodoxiam b. Methodii probat (cf. Sl. l. th. II., 177).

1^o) ex processu informativo (quem non ex ratione futili factum esse supponit) Hadriani Papae II., qui b. Methodium in episcopum unxit;

2^o) ex litteris Ioannis Papae VIII. ad Suentoplucum „Industriae tuae“, ubi laudatus Pontifex b. Methodium orthodoxum appellat („Nos autem illum in omnibus ecclesiasticis doctrinis et utilitatibus orthodoxum et proficuum reperientes, vobis iterum ad regendam commissam sibi ecclesiam Dei remisimus, quem veluti pastorem proprium ut digno honore et reverentiā laetaque mente recipiatis iubemus.“);

3^o) item ex epistola eiusdem Pontificis b. Methodio a. 881 profide data „Pastoralis sollicitudinis tuae curam, quam in lucrandis animabus fidelium Domino Deo nostro exhibes, approbantes, et orthodoxae fidei te cultorem strenuum existere contemplantes, nimis in eodem Domino iucundamur“

Item discipulos b. Archiepiscopi el. Snopék affirmat ipsos eiusdem fidei orthodoxae fuisse, ac magistrum eorum. Sententiam hanc confirmat et ex instructione Papae Stephani VIII. legatis ad principem Suentoplucum a. D. 885 data „Cum Deo propitio, et ex altera epistola ad principem ipsum „Quia te zelo“, in quibus omnino nullam erroris Photii de processione Spiritus Sancti mentionem facit, auctoritate apostolica licere inserere Filioque“ in Symbolum docens. Quod vero attinet ad verba eiusdem epistolae ad principem: „Absit enim, ut Spiritus sanctus credatur de patre in filium et de filio ad sanctificandam creaturam quasi quibusdam gradibus procedere .“ in vituperium doctrinae b. Methodii discipulorum cedere non posse notat S., cum diversissima sint ab haeresi hyopatoria,

²⁾ Cl. Wilpert (Le pitture della basilica primitiva di San Clemente Roma 1906) vult dictam legendam s. XII. ab aliquo monacho monasterii b. Clementis Romae completam esse; cl. Rešetar opinionem hanc audacem appellat. Cfr. Archiv für slav. Philologie Berlin 1906 pag. 427.

cuius notam ipsis ut Photianis aliqui inurere vellent! Pontifex verbis sancti Augustini (De Trinitate XV, 27. 48) usus doctrinam catholicam de SSma Trinitate profert. („Spiritus autem sanctus non de Patre procedit in Filium et de Filio procedit ad sanctificandam creaturam: sed simul de utroque procedit“); verba autem „quasi quibusdam gradibus,“ pontificem in epistolam fortasse ideo inseruisse S. iudicat, quod adversarii, cum nil aliud haberent, hoe saltem discipulorum doctrinae obiciebant.

Minus nobis probatur salva reverentia tanto viro debita, quod auctor affirmat pag. 120., Ioannem VIII. aequo atque Hadrianum II. in consultis vel omnino insciis episcopis liturgiam Slavicam permisisse vel confirmasse; non enim hypothesis aliqua propterea est verosimilior, quod eā res facilius explicantur.

Ut non omnes rationes a cl. auctore allatae iam ex natura rei tales esse, ut nihil dubii relinquant, dici possint, tamen nonnullae vere graves firmaque sunt; hinc maxima vis opusculi in eo nobis videtur esse, quod sententiae a S. prolatae indirectum quasi responsum sunt ad ea, quae de legendis Pannonicis, earumque argumento prof. Brückner asserere non dubitavit. Rationes a cl. Snopek allatae admittunt auctorem ipsarum errore Graecorum de Spiritus Sancti processione infectum fautorem fuisse Photii, produnt studia eius commendandi liturgiam Slavicam, simulque fidei orthodoxae beatorum Fratrum eorumque discipulorum consnlitur; quod ultimum, cum authenticis diplomatis pontificiis non semel roboretur, ut iam alias annotavimus (Cfr. Časopis Katol. Duch. 1907 fasc. I. pag. 36), quaecumque demum difficultates ex textibus legendariis exortae obfuscare proculdubio nequeunt: „*Admittitur testis, excluditur hostis.*“ V

Dr. Ant. Podlaha et Kamil Hilbert, **Metropolitní chrám sv. Vítia v Praze.** (Soupis památek historických a uměleckých v království českém od pravěku do počátku XIX století.) V Praze, 1906. 4⁰, 296 str.; s 404 vyobrazeními a 22 tabulkami. (**Ecclesia metropolitana S. Viti Pragensis.** Pragae 1906.).

In Austriae imperio unius Bohemiae regni artis monumenta fusius topographice descripta sunt — liber enim de Carinthia editus nimis summarie scriptus est — eaque dupli lingua, Bohemica, qua iam 24 volumina edita sunt, et Germanica 17 voluminibus. Volumen cuius titulum indicavimus, vicesimum secundum prioris seriei est et totum descriptioni celeberrimae ecclesiae cathedralis s. Viti dedicatum. Certe, non est in Europae partibus ecclesia, quae habeat tam succinctam et scientifice propositam descriptionem, tot in textu impressis imaginibus ornatam, quae quo parvo pretio ab omnibus, quorum interest, facile comparari possit.

Conspectum operis breviter p̄ae oculis ponemus. Initium fit ab architectura illustranturque venerandae illae reliquiae binarum cryptarum, quae ex ecclesia Romanico structurae genere concepta supersunt; se-

quitur descriptio presbyterii, capellae s. Venceslai et altae turris, quae genere Gothico exstructa sunt, in fine agitur de paucis illis operibus, quae saec. XVI.—XIX. addita sunt (oratorium regium, chorus cantori- bus destinatas et duae capellae).

Ad architecturam pertinent etiam multae e lapidibus sculptae, intus forisque ecclesiae collocatae figurae, inter quas celeberrima et quasi unica in arte series illa architectorum et fundatorum, quae in porticu superiore presbyterii conspicitur.

Praeterea nobis prae oculis ponuntur veteres delineationes pro hac basilica factae, deinde signacula magistrorum lapidibus insculpta et architecturam commemorans inscriptio.

Inter cetera e lapidibus fabricata opera praeprimis enumerantur sepulcralia principum regumque Bohemicorum monumen- ta, non solum vetustate veneranda, sed etiam artis perfectione conspicua et quasi quoddam musaeum constituentia; sequuntur alia funebria monumenta et epitaphia; in fine describuntur mensae nonnullorum altarium et statua s. Venceslai Gothicō genere elaborata. Inter ornamenta e ligno sculpta etiam nonnulla opera eminent.

Inter parietum picturas primo loco ponenda est celeberrima imaginum series in capella s. Venceslai passionem Salvatoris illustrans opusque musivum olim in externa facie predictae capellae existens. Pulcherrimae sunt icones quaedam in ligno vel tela depictae, inter quas praecipue habentur quaedam Veraicon cum patronis regni Bohemici et imago s. Lucae Ev. a notissimo pictore Mabuse facta.

Deinde describuntur opera ex argento et aere confecta; antipendia, statuae, cruces, calices, sepulcrum s. Ioannis Nep. cum pluribus statuis totum ex argento conflatum, cancelli. Nonnullae acu depictae telae expositae operis nostri, uti patet, sapienter dispositi, finem faciunt.

Magnum pretium scientificum huius voluminis fundatur praeprimis in exuberanti numero elegantique perfectione verbis interpositarum imaginum, quae non per occasionem factae, sed per complures annos ad id praeparatae sunt. Pars, quae ad architecturam spectat, uberior est quam illa, qua de picturis statuisque agitur. Dolendum, quod non omnes inscriptiones (praesertim fig. 105 et 355) transcriptae sunt nec valor internus aliquorum monumentorum accuratius explanatus. Spero fore, ut in sequenti editione copia detur scriptoribus rem plenius atque copiosius perscribendi.

In calce voluminis post opificum indicem conspectus etiam iconographicus addendus erat et sanctorum et historicarum personarum (e. gr. Caroli IV cuius imago saepius occurrit) imagines continens.

Nonnulla ad haec breviter notamus. P. 239 loco „Portus Monus“ legendum est „Portus Naonis“ (— Pordenone in Foroiuliensi comitatu); in eadem pagina inscriptio „Salinarum“ explicanda erat (= Salzkammergut); fig. 357 imago s. Ioannis clavis affixa quoad stylum posterior videtur quam pulcherrima ornamenta, fig. 382. deest stemmatum explanatio.

Dr. Fr. Kordač, Theologie v organismu věd universitních. Theologiae locus inter disciplinas universitate comprehensas. Pr. 1907 pp. 21.

Ius loci proprii in universitate theologiae catholicae vindicari potest vel ita, ut ostendatur theologiam catholicam et veram esse et fontibus verae revelationis inniti atque utroque modo considerata in inter disciplinas a mente humana cultas primum tenere locum, vel ita, ut demonstretur disciplinarum in universitate tractandarum et non tractandarum criterium non esse dissentientium inter se philosophorum sententias sed unice modum verae doctrinae proprium, quo eruditus, subtiliter, accurate omnis quaestio tractatur, nec divisionum in facultates rationem esse divisionem disciplinarum ab hoc vel illo philosopho statutam, verum rei utilitatem ac necessitatem. Cum prior via ab aggressoribus quoque ineatur, scriptor huius libelli, rei catholicae defensor optimus, totus versatur in demonstrando theologiam catholicam, si vera sit — quod utique hoc libello demonstrandum non est — esse fundamentum omnium aliarum disciplinarum. Praeterea argumenta, quibus adversarii docere conantur, rationem theologiae a doctrina alienam esse, refutat. Qui adversarii caeci studio et ira videntur esse, cum, si prodesse vellent, a munere docendi plebeim eos potius arcere deberent, qui minore, quam quae universitatem decet, accuratione doctrinae de Deo operam dant, non subtilioris eruditionis copiam velle impedire; scientiae penuriam exprobrarent, non copiam eius augmenti eripere conarentur. — Simile huic libello argumentum tractatur in eiusdem scriptoris libello Germanico »Theologie und Philosophie in ihrer organischen Verbindung mit dem gesammten Wissen und Leben der Menschheit« Prag 1907 pp. 22.

v

POLONICA.

Maurycy Straszewski Filozofia św. Augustyna na tle epoki, (Philosophia s. Augustini in luce epochae). Kraków, Spółka wydawnicza polska, 1905, pagg. 386, mag. 8⁰, pretium 5 cor.

Auctor, professor ordinarius philosophiae in universitate Jagellonica Cracoviae, libro hoc preelectiones suas, quas a. 1902/3 habuerat, collegit et edidit forma etiam preelectionum retenta. Liber constat 12 preelectionibus, quarum quattuor priores sunt quaedam introductio ad philosophiam s. Augustini melius intelligendam. I. Describitur historia et character philosophiae Graecae ante Christum natum. II. Religio christiana eiusque primitiva habitudo ad philosophiam. Necessitas defendendi religionem christianam a philosophis aggressoribus genuit philosophiam christianam. Describitur eius evolutio saeculo II et III, eiusque relatio ad gnosticismum, manichaeismum, neoplatonismum. III. Quale momentum ad philosophiam christianam habuerit vita monastica ostenditur, maximus progressus speculationis christiana in saeculo IV describitur. IV. Res politicae et sociales ab Alexandro M. usque ad finem saeculi IV p. Ch. n.

Praelectione V iam incipit tractatus de ipso Augustino. Descripto primum statu Africæ septentrionalis, vita s. Doctoris exhibetur, educatio eius, influxus variii, praesertim neoplatonicorum et manichaeorum. VI. Theoria cognitionis Augustiniana, doctrina de veritate, certitudine, mediisque hanc certitudinem acquirendi. Iudicio auctoris, s. Augustinus, homo criticus usque ad scepticismum, nihilominus certitudine subiectivi facti existentiae propriae scepticismi doctrinam prostravit.

In quodam sensu ut antecessor Cartesii considerari potest. VII. Agitur de psychologia Augustini, qui hac de parte philosophiae optime meruit, utpote qui primus philosophorum experientia interna maxime usus sit, item qui secus ac Graeci intellectualistae facultati voluntatis eiusque libertati locum suum vindicavit. Propterea et „pater psychologiae experimentalis“ dici potest. VIII. Exhibitetur theodicea s. Augustini, eiusque relatio ad theodiceam Plotini, aliorum neoplatonicorum. Augustinus et Spinoza. Pulehre ostenditur praestantia doctrinae Augustiniana de ideis divinis pree simili doctrina Platonis. Doctrina de sss. Trinitate, in qua s. Augustinus mentem christianam duxit inter tritheismum et modalismum ac doctrinam neoplatonicam de Trinitate. Prof. Straszewski pluris, quam fas est, aestimat argumenta seu methodum Augustinianam demonstrandi existentiam divinam. Immo, iudicio auctoris, argumenta pro existentia divina s. Doctor non quaerebat, quia „idea Dei erat ipsi evidens et existentia Divina necessaria.“ Nihilominus eadem p. 215 exhibit auctor veri nominis argumentum Augustini pro existentia divina, a posteriori nempe ab existentia propria desumptum.

IX. Cosmologia Augustini. Exhibitetur Augustiniana theoria de actu creationis, de initio mundi, de sex diebus, de temporis natura, de materia et forma, de conservatione mundi. Biologia s. Doctoris cum hypothesi Darwiniana de origine specierum comparatur. In quaestione de temporis et spatii natura immerito auctor s. Augustinum antecessorem Kantii nominat. Ipse enim p. 254 concedit tempus apud Augustinum esse formam quidem subiectivam intellectus cognoscentis, formam tamen quae habeat fundamentum in mutabilitate rerum creatarum, cum Kantius etiam mutabilitatem inter formas subiectivas intellectus referat. — Discrepancia videtur esse inter assertum, quo prof. Str. s. Augustinum idealistis adnumerat et aliud assertum, quo dicit (p. 265): „Etiamsi concedamus mentes humanas apprehendere ordinem (qui est scil. in mundo) suo subiectivo modo, tamen sine dubio ordo ille debet ipsis creatis rebus inesse, alioquin enim neque in mente nostra adasset. Si s. Augustinus esset idealista (sensu communi) nunquam tali modo argumentari potuisset. Pari modo immerito p. 199—200 s. Augustinum subiectivistis adnumerat.

X. De anthropologia Augustiniana disserens, auctor exhibit doctrinam de relatione hominis ad reliqua creata; de malo eiusque momento in morali ordine mundi; de providentia et praedestinatione; de libertate, responsabilitate morali, de gratia divina, de fine vitae humanae. — Cum Graeci philosophi materiam existimarent aliquid potentiale tantum, apud Augustinum est ipsa aliquid actuale. Materia sicut et spiritus sunt pariter opera Dei, quorum nexus in humana natura habetur. Unde in christiana religione non potest materia ita contemni sicut in manichaeismo. — Ratione mali in mundo existentis continuo crescit etiam summa boni (p. 281). — Theologicas quaestiones de libero arbitrio, gratia, praedestinatione, aliis id genus, prof. Str. vix attingit. Solutio difficultatum (p. 292—295) vix potest censeri sufficiens. XI. Philosophia historiae impossibilis erat in mundo ethnico. Ad ipsam construendam necessaria erat clara cognitio finis existentiae

generis humani, eiusque unitatis. Religio christiana prima haec docuit. Ad historiosopham insuper opus est quadam scenographia („perspectivâ“) historicâ, nimirum ut mens totam aliquam epocham uno intuitu ex quadam distantia apprehendere valeat. S. Augustinus in confinio duarum epocharum nimirum cultus ethnici iam labentis et christiani, qui tunc oriebatur, invenit condiciones necessarias, ut primus historiosophus esse posset. — Laudatur methodus historica et aposterioristica s. Augustini, et opponitur falsis aprioristicis methodis Hegelii, Comtii, Marxii. Instituitur analysis operis de Civitate Dei. Auctor obseruat s. Augustinum non sperare fore, ut regnum Dei plene ad verum in hac terra perducatur. Septima epocha pacis non incipit, nisi post iudicium universale; nihilominus opera danda est, ut historia generis humani quam proxime ad imaginem regni Dei in hoc mundo accedat. — Praelectio ultima exhibet repetitionem quandam et ultimas conclusiones ex supradictis. Agitur item de vi, quam philosophia s. Augustini in posteriores generationes habuerit.

Totus liber elegantissimo sermone scriptus probat id, quod in prologo cl. auctor observavit (p. 9): Nie jednemu się zdaje, że Augustyn to jakiś zastygły w martwozie teolog, którego poglądy przeżyły się całkowicie, tak że one dla nas ludzi nowożytnych żadnej już nie mogą posiadać wartości. Otóż tym wszystkim, którzy tak myślą, rzucam wyzwanie i powiadam, że Augustyn to na schyłku starożytności pierwszy człowiek nowożytny. To umysł, który w chwili, kiedy świat klasyczny już ginął, strzelił w góre jak szczyt olbrzymi i patrzy po przez całe wieki średnie aż w nasze czasy. β.

St. Załęski T. J. Jezuici w Polsce. Tom V. Jezuici w Polsce porozbiorowej 1773—1905. (*Iesuitae in Polonia discepta.*) Cracoviae 1906. Pars I. 517 + XXI; pars II. 1300.

Hoc tomo finitur ingens opus, quod ante decem annos publicari coeptum est. Eius momentum ad historiam ecclesiae in Polonia est summum, spectata amplissima vi, quam Societas Iesu in vitam religiosam pristini regni Poloniae exercebat. Tomus quintus, complectens volumen X. et XI. totius operis, narrat sortem Societatis post Breve abolitionis Clementinum, historiam servatae in Alba Russia Societatis et res gestas in Galicia usque ad nostra tempora. Ea, quae de Alba Russia dicuntur, magnopere illustrant documenta, quae edere coepit anno 1906 canonicus Godewski in opere „Monumenta Ecclesiastica Petropolitana“ Petropoli. Elenchum rerum cointertarum his quinque tomis elaboravit ipse auctor in libello Latine conscripto, qui 34 paginas complectitur. Libellus hic tamen non venum it.

Dzisiejsze zadania katolicyzmu w Polsce. Ankieta „Przeglądu powszechnego.“ (*Publica inquisitio (enquête) de iis, quae catholicismo in Polonia praestanda sint*) Kraków 1906. maj. 8⁰ (XVI + 30* + 513 pag.)

Amplum hoc opus complectitur 84 responsa, quae non solum ab episcopis et clero, sed etiam a laicis e statu nobilium aequae ac ei-

vium ad redactionem periodici „Przegląd powszechny“ anno 1906 missa sunt. Thēma generalis inquisitionis hoc fuit: „Quaenam catholicismo in Polonia nostra aetate praestanda sint?“ Inter auctores responsorum cernimus e tribus regionibus Poloniae disceptacē decem episcopos, permultos professores Universitatum, scriptores laudatos aliosque auctoritate excellentes viros. Non obstante diversitate individuali tot statuum et classium nationis apparet mira unitas in principalibus conclusionibus, quas dictat ubique viva fides, reverentia erga ecclesiam, sincerus amor patriae.

Inter gravissima officia catholicorum in Polonia primario elucet necessitas catholicæ actionis socialis, de qua permulta sapienter et practice proponuntur. Cum activitate sociali iungitur in Polonia quaestio nationalis et maxime in Galicia quaestio Iudaica. Emancipatio mulierum iamiam attentionem diligenter postulat, eo magis quo negligentius hucusque catholici hanc flagrantem quaestionem tractabant. Quaedam responsa necessitatē reformationis scholarum et institutionis religiosae, sive theologicae in seminariis, sive popularis in scholis indicant. Neque ea praetermittuntur, quae ad fovendam et promovendam scientiam et artem catholicis facienda sunt. Attamen catholicismus sincerus, naturā suā apostolicus, Polonus etiam extra limites propriae nationis excurrere instigat. Una quidem vox Polonis labores ad unionem ecclesiarum conciliandam susceptos exprobravit, simulque adhortata est, ut tutelā unionis relictā, abrogatio prohibitionis transeundi ad ritum Latinum procuraretur. Ipse auctor huius postulati iam subiunxit, redactionem utique huic sententiae assensuram non esse. Mutuam conversationem et commercium inter clerum utriusque ritus iam tempore studiorum eamque in rebus theologicis proponit studiosus theologiae in seminario rit. gr. Premisliensi tanquam viam ad futuram amicam conversationem inter utrumque clerum in parochiis laborantem. Pro imperio Rossiaco iucubbit Polonus grandis missio cum in re oeconomico-sociali tum in re mere religiosa.

Accurior delineatio harum singularum quaestionum ad mentem generalis huius inquisitionis limites „Litterarum“ transgrederetur. Lectores e nostro brevissimo compendio supra exarato iam cognoscent librum hunc esse quasi quandam encyclopaediam praesentium necessitatum et desideriorum, quam diligenter pervolvere debeat, quicumque operi catholico in Polonia vires suas impendere velit. Faustissimus successus huius publicae discussionis, sicut vitalitatem catholicismi in Polonia manifestat, ita fructus solidos exspectare permittit. *M.*

Ludwik Kubala, Stanisław Orzechowski i wpływ jego na rozwój i upadek reformacyji w Polsce. (Stanislaus Orzechowski eiusque influxus in evolutionem et cladem reformationis in Polonia.) Leopoli 1906.

Monographia haec de eximio scriptore in re politica saec. XVI. multum lucis affert historiae reformationis et ecclesiae catholicæ in Polonia, cuius studiosissimus defensor Orzechowski fuit. Ceterum bene meritus auctor pessimistice tractat de unione inter ecclesias separatas.

Postulare unionem a Graecis, Moscoviticis, Ruthenis idem esse fabulatur ac poscere extirpationem illorum nationalitatis et characteris individualis.

Ad historiam reformationis in Polonia spectant insuper nuper editi libri :

J. Warmiński, Andrzej Samuel i Jan Seklucyan. Poznań 1906. XVI + 550.

Opus canonici Warmiński mense Maie 1907 ab Academia Scientiarum Cracoviae praemio dignum est iudicatum ut optima monographia historica, edita anno 1906.

Tad. Troskolański, Dzieje reformacyji polskiej w latach 1556—1560. (De reformatione in Polonia ab a. 1556—1560) Pars I. 8^o. pag. 184.

Opus hoc alterum tomum constituit libri „Andrzej Radwan Zebrzydowski, biskup włocławski i krakowski 1496—1560.“ Leopoli 1905.

M.

Libri recentiores Polonici:

Ks. *Jan Urban, S. Józafat Kuncewicz.* Kraków 1906. 8^o pag. 279.

Ks. *J. Charszewski, Dyalog polemiczny o tolerancji religijnej.* (Dialogus polemicus de tolerantia religiosa) Warszawa 1906. 8^o pag. 55.

Czesław O. Bogdalski, Misye w królestwie Polskiem w r. 1906. (Missiones habitae a Patribus O. Fr. M. provinceiae Galicianae in regno Poloniae anno 1906.) Kraków 1907 8^o pag. 101.

Ks. Dr. *Górka, Cześć Maryi. O pobudkach i środkach nabożeństwa do N. M. P.* (De motivis et mediis devotionis B. M. V.) Tarnów, 1907. 8^o IV + 479 pag.

Al. Jelski, Dzieje diecezyi Mińskiej w zarysie. (Conspectus historiae dioecesis Minskensis) Mińsk 1907. 8^o pag. 26.

Ks. *W. Miś, Czy małżeństwo jest nierozerwalne?* (Estne matrimonium indissolubile?) Stanisławów 1907. 8^o pag. 75.

Ks. *P. Semeneńko C. R., Credo. Chrześcijańskie prawdy wiary (Veritates catholicae fidei).* Kraków 1907. 8^o pag. 285.

Ks. *A. Pleszczyński, Dzieje Akademii duchownej Rzymsko-katolickiej Warszawskiej.* (Historia Academiae religiosae Romano-catholicae Varsoviensis) Warszawa 1907. 8^o pag. 253 + LV

RUSSICA.

E. Golubinskij. „Къ нашей полемикѣ съ старообрядцами. (Къ нашеj polemikѣ s staroobrjadcamj). Изданіе второе, исправленное и дополненное. (Ad certamina nostra cum vetero-ritualistis). Mosc. 1905. pp. 260, 1·70 R.

Russi praesertim primis decenniis saec. XVII in ritibus a Graecis paulum differebant librosque liturgicos habebant non in omnibus

cum Graecorum libris concordantes. Quam rituum disreparantiam cum Nicon, patriarcha post Iosephum factus, tollere decrevisset, causa novae sectae (старообрядцы, qui sequuntur veteres ritus — ab aliis пакольники, schismatice nominati) exstitit. Quod Niconis opus sectaeque originem alii aliter explicant. Mutatis nunc rerum et temporis circumstantiis Golubinskij articulos, quos in variis commentariis periodicis, praesertim in Moscovensi Bogoslovskij Věstnik (anno 1892) de hac quaestione scripsérat, in unum collegit et separato libro iam secunda vice edidit. Finis, quem auctor hoc libro prosequitur, hic est: α) argumentationes, quas polemici contra staroobrjadcy faciunt, partim corrigere; β) eis novam lucem affundere; γ) de differentiis inter orthodoxos et sectae asseclas indicare; δ) auctorem a conniventiae erga schisma obiectione liberare.

Liber in duas dispescitur partes. In prima parte (p. 1—152) de quaestionibus generalibus; in secunda (p. 153—238) de specialibus sectae ab orthodoxis differentiis sermo est. In priore parte praeprimis de separatione ab orthodoxis Niconis tempore facta et de causis huius divulsionis disseritur. Qua in quaestione auctor diversam a multis polemicis tenet sententiam. Opinionem eorum, qui huius sectae originem a privata quorundam contra patr. Niconem animi abalienatione derivant (cf. p. 81 sq.), futilem esse firmis argumentis ostendit (p. 76 sqq.) suamque multis rationibus innixam proponit. Secundum ipsum res ita sese habuit:

Russi simul cum fide etiam ritus officiumque divinum a Graecis acceperunt. Tunc autem temporis, cum Russi a Graecis in rebus divinis initiati sunt, ritus nondum evoluti erant magnaque diversitas in ritibus librisque liturgicis vigebat. Temporis vero successu cum episcopi Graeci maiorem urgebant unitatem, tum in libris liturgicis praesertim post artis typographicae inventionem maior uniformitas inducebatur. Russi vero quia erant imperitia et ignorantia detenti, ritus cum fidei dogmatibus identificantes, ultro Graecos recentiores de haeresi accusabant ritusque uniformitatēm hac de causa ab iis accipere recusabant (cf. p. 3 sqq., 13 sqq., 25 sqq., 145 sqq.). Russi autem (intellige Moscovenses, cf. p. 34 sqq.), ut ita de posterioribus Graecis iudicarent, sequentibus rationibus adducti sunt: α) ignorantia, qua ritus cum dogmatibus identificabant; — β) factis quibusdam historicis, quae suo arbitrio explicabant. Erant autem haec facta, quae ipsos in hac persuasione retinebant et firmabant: interitus Constantinopolis, synodus Florentina, impressio librorum liturgicorum Venetiis apud catholicos facta (p. 15 sqq.). Immo ex devotionis externae apud Graecos defectu vel moderatione Russi fidem ipsam apud Graecos oppressam esse concludebant (p. 14).

Golubinskij ostendit hanc ratiocinationem hancque ad facta historica appellationem nullam vim habere. Etenim quod synodus Florentinam attinet, Graeci exceptis iis, qui synodo intererant, synodi decreta dogmatica recipere recusarunt, in rebus autem ritualibus synodus Graecis plenam libertatem reliquerat (p. 110 sqq.). Idem de rebus liturgicis dicendum est. Quia „вообще творения восточныхъ отцевъ изданы западными учеными вполнѣ добросовѣстно и такъ хорошо»,

какъ самимъ грекамъ, а равно и намъ русскимъ, никогда бы ихъ не издать, такъ что отъ грековъ и отъ насъ русскихъ они заслуживаютъ величайшей благодарности.“ (*Opera orientalium patrum ab occidentalibus universim tam bene et critice edita sunt, quam a Graecis atque etiam a Russis edi nullo modo potuerint*) (p. 121). Et alio loco: Что греки долгое время печатали свои богослужебные книги въ Венеции, это совершенная правда; но чтобы венецианские латинские типографии, печатавшие для нихъ книги, повреждали послѣднія во время печатанія и вносили въ нихъ свои латинскія ереси и погрѣшности, это совершенная неправда.“ (*Latinos typographos, qui Venetiis pro Graecis libros imprimebant, impressionis tempore libros vel corrupisse vel opiniones Latinorum in eos induxisse, falsissimum est*) (p. 123).

Quam Russorum opinionem, qua Graecos quasi haereticos esse existimabant, communem fuisse, multa argumenta comprobant (p. 83 sqq.). Tamen in veris haereticis Graecos, licet eos fidei orthodoxae depravatores iudicaverint non numerabant (p. 101 sqq.).

Sectae igitur origo inde ortum suum dicit, quod, cum patr. Nicon ritus librosque liturgicos iuxta recentiorum Graecorum exemplaria ad uniformitatem iam redacta corrigerem iussisset, — multi homines, qui Graecos falso fidei depravatores declarare non desistebant, contra Niconis decreta insurgentes, schismatis patres effecti sunt (cf. 13 sq., 92 sq., 107 sqq.).

At quomodo maior Russorum pars eaque sanior suam de Graecis ut haereticis opinionem mutavit? Patr. Nicone praeente id factum est; — is enim, cum a patr. Hierosol. Paisio (p. 28 sqq.) et a metropolis Kiovensis (quae hac opinione infecta non erat) professoribus, — respective ab Epiphanio Slovinezkij, librorum liturgicorum interprete, — quos imperator ad docendum in Academiam Moscovensem invitaverat (p. 34 sqq.), — de eiusdem opinionis falsitate ipse edocitus esset, huic fortiter restitit eamque omnibus viribus debellavit.

Licet autem Russi vel potius Nicon iniuriosam suam in Graecos opinionem deposuerint, ritus tamen dogmatibus annumerare non destiterunt (p. 58 sqq.); quae opinio etiam hoc tempore, licet minore ambitu, suam exercet vim. Eam autem de Graecis persuasionem fuisse iniustum, tum ex ritus notione, tum ex rituum apud Graecos evolutione, manifeste patet. Russi enim eo tempore, cum apud Graecos et rituum diversitas vigeret, unam ritus ab ipsis formam acceperant. Cum vero Graeci postea ritus ad unitatem redegissent, eo ipso diversitatem a Russis in ritibus induxerunt. Russi vero ob suam de Graecis opinionem, cum manuscripta ritualia imprimebant, non ad recentiorum Graecorum libros liturgicos impressos, sed ad antiquiora manuscripta, quorum alia ab aliis differebant, recurrebant. Nicon vero, cum suam de Graecis opinionem mutavisset, non ad manuscripta, sed ad recentiorum Graecorum libros liturgicos recurrit (p. 27 sqq., 59 sqq., 107 sqq.).

Quae Niconis reformatio, licet necessaria non fuerit, tamen ob ritus cum Graecis identitatem summopere utilis atque conveniens fuit (p. 58 sqq.).

Ex dictis sponte sequitur, modum polemicum contra hanc sectam usque ad praesens tempus adhibitum in multis mutandum esse, — et quod maxime contra „raskolniki“ urgendum sit, id praeprimis esse, ut ostendatur, posteriores Graecos a praedecessorum suorum fide non recessisse ritusque tantum ad uniformitatem reduxisse (p. 76 sqq.).

In parte speciali (p. 153—238) de crucis signo, de cantico „alleluja“, de nomine „Iesus“, ac de verbo „vero“ in 8^o articulo in Russorum symbolo adhibito, (per quae orthodoxi a „raskolniki“ distinguuntur,) Golubinskij disserit.

Per prima septem saecula christiani crucis signum in fronte, uno digito (ordinarie) imprimebant (p. 155 sqq.). Saec. vero VIII^o decurrente crucem duobus digitis faciebant (probabiliter, ut sese a Monophysitis distinguerent (p. 158 sqq.). Saeculo autem XII^o ad finem vergente et XIII^o incipiente crux tribus digitis formabatur, — qui mos usque ad praesens tempus viget. Cuius rei causa prima erat symbolica, ut ss. Trinitatis mysterium significaretur — β) secunda (probabilis), ut a Nestorianis, qui duobus digitis utebantur, different (p. 161 et p. 163 nota).

Russi autem a religionis christianaे incunabulis duobus digitis crucem formabant (p. 163), a saec. XV eos, qui crucem tribus digitis faciebant, anathemati tradebant (p. 164); at hisce non obstantibus multi erant, qui tres digitos in crucis signo adhibebant (p. 168 sq). Tandem a Niconis tempore exceptis schismaticis, qui raskolniki vocantur, Graecorum posteriorum consuetudo recepta est (p. 6 sqq.).

Quod vero crucis signum in benedictionibus adhibendum attinet, haec evolutio locum habuit: a saec. IV^o benedictionem impertiebant christiani per plenam crucis positionem in vel super benedicendi capite (p. 174 sq.), idque usque ad initium saec. VI uno tantum digito (p. 175). A saec. autem VII^o digitos ad modum crucis disponebant simili modo atque hodie Graeci in benedictione faciunt (p. 176). Tempore decurrente (saeculis XII—XVI, cf. p. 176 sq.) huic digitorum dispositioni symbolica significatio addita est.

Quod „alleluja“ attinet, inde a saec. V. in Oriente consuetudo inducta est, bis vel ter „alleluja“ decantandi, donec tandem saec. XVII. decretum est, ut ter cantaretur (cf. praesertim p. 201).

At in Russia, ubi dogmata ac ritus aequali in aestimatione erant, per multum temporis spatium dissidia hac de causa excitabantur (praesertim in Pskov), donec a synodo, quae „Stoglav“ dicitur, ut bis recitaretur, statutum et trina recitatio ut Latina haeresis reiecta est (p. 205 sqq.). Quam consuetudinem „raskolniki“ etiam hoc tempore retinent. Nicon vero saniore Russorum parte approbante trinam recitationem induxit (p. 218).

Nomen vero Iesus apud Russos (de Graecis non potest esse quaestio) antiquitus usque ad saec. XVI.^{um} dupli modo pronuntiabatur et scribatur: Иисусъ et Иеусъ (Iesus et Isus); a saec. XVI^o solum una forma, Иесъ (Isus) adhibebatur (camque „raskolniki“ etiam praesenti tempore servant); — a Niconis autem patriarchatu pronuntiatur: Иисусъ (Isus).

In octavo articulo symboli, iuxta verba „Spiritum S.^c occurrit in Graeco textu „κύριος“, quod verbum aliqui ex Russis vertebant: и́стинный (ἀληθινός cf. validus“). At a) nullum adest documentum, in quo loco κύριος positum sit αληθινός (истинный); b) quod vero ἀληθινός iuxta κύριος ponitur, id solum saec. XV. in Russia locum obtinet (p. 237). Sin loco κύριος in Russia usurpabatur и́стинный, huius rei ratio habebatur (cf. Filaret, Istorija russkoj cerkvi, period III, § 30). (p. 235 sqq.)

Post p. 238^{am} Golubinskij addit decretum imperatoris de die 17 ('30) aprilis 1905, quo statuitur, ut huius sectae membra, quae omnia orthodoxae ecclesiae dogmata recipiunt, non „раскольники“ (raskolniki), sed „starobrjadecy“ (старообрядцы) nominentur.

Laudandus est igitur Golubinskij, quod sectae originem eiusque causas, meliore, atque veriore, quam hucusque factum est, modo proposuit. Inde sequitur alium abhinc contra sectam modum polemicum esse usurpandum.

Ut historicus vero optimae notae auctor rem solide multisque documentis innixam egregie tractat. — Maior solum nexus inter singulos (saltē in prima parte) articulos desideratur ultimaque manus operi, ceteroquin solido, apponenda est. Nonnullae quoque res obscuriores cf. v. g. p. 121) clarius evolvendae erunt.

M. Haļuščynskyj.

Věra i Razum 1906.

I. V., Protoierej Th. Th. Sidonskij i ego filosofskie zvgljady (Πρωτοερεὺς Θ. Θ. Σιδόνσκις εις τις φιλοσοφικές), VII., p. 230—256 (sectio II—philosophica). Theodorus Theolorović Sidonskij ortus est anno 1805 in pago Arhangelsk (gub. Tver). Alumnus Academiae Ecclesiasticae Petropolitanae postea ibilem primum docuit idioma Anglicum, deinde philosophiam, atque ut acilius ad eam addiscendam iuvenibus explanaret viam, anno 1833 in ucem edidit Introductionem ad scientiam philosophiae (Vvedenie nauku filosofii). Propter doctrinas, quas hoc in opere tutatus est, Academiam reliquit ac pastorali ministerio sese addixit; sed anno 865 ad docendi munus revocatus in Petropolitana universitate philosophiam, deinde theologiam docuit usque ad annum 1873, quo vita lefunctus est. Systema philosophicum Sidonskii hic accurate examinatur. Tria is praecipue in philosophia examini subienda tenebat: determinationem formae τοῦ esse substantiarum mundi realis; explicacionem valoris et formationis conceptuum nostrorum; expositionem eum fundamentalium activitatis nostrae: ex his tribus innumeribus philosophia distinguitur in logicam, metaphysicam, physicam. Prae-erit utilia sunt, quae Sidonskij docet de non repugnantia inter eritates revelationis et rationis et de methodo verae religionis discernendae.

D. Leonardov, Teorija bogovdohnovennosti Bibliai aleksandrijskoj školē (Theoria inspirationis biblicae in schola alexandrina), VIII., p. 375—404. Erudite et copise auctor disserit de modo, mediis, ambitu divinae inspirationis iuxta Clementem Alexandrinum, de eius sententia quoad libros deuterocanonicos et apocryphos, uoad sensum et exegesim Sacrarum Scripturarum. Septemdecim propositionibus totam doctrinam Clementis de divina Inspiratione breviter nucleat. Auctor diligenter evolvit scripta philosophi Alexandrini, et ecentiorem litteraturam patristicam plane cognitam habet.

N. Linskij, O větlozavětnom elementě v našem ogošluženii. (De elemento Veteris Testamenti in nostra liturgia),

VIII., p. 405—418. Huic scriptioni ansam praebuerunt censurae, quibus Docens A. P. Kadlubovskij in Veteris Testamenti lectiones et psalmos, qui in liturgia orthodoxa leguntur, invectus est. In quodam articulo, qui editus est in Церковной Газете (n. 7) anno superiore orta, et post breve tempus, iussu gubernatoris militaris Harkovii, suppressa, Kadlubovskij singularem emisit sententiam de pravis doctrinis contra caritatem, lenitatem animi, iniuriarum remissionem, quae contineantur in Veteri Testamento, praesertim in psalmis, hosque ex liturgia expungendos duxit. Sententiam eius pluries nigro lapillo notat auctor huius articuli.

A. Бѣлѧев, О народовластіи (De potestate populari). IX., p. 419—444. Presbyter Gregorius Petrov, qui propter liberalismum suum et graves in orthodoxam occlesiam obiurgationes multa a Synodo passus est, in ephemerede Русское Слово (1905, n. 280) scripsit articulum hoc titulo: Cur nobis necessaria est libertas? In eo hanc sententiam exponit: populum esse verum dominum regionis, et regiminis munus esse populo inservire. Theologicis argumentis hoc axioma tuitus est Petrov, eique theologicice respondet Бѣлѧев dolens, quod facundus presbyter misceat divina et humana, et falso politicas aberrationes verbis evangelii nitatur confirmare. Acerrimo calamo scribit auctor huius articuli.

A. Вертеловский, Любовь к Богу и близним в жизни первых христиан по свидетельству истории церкви (Amor in Deum et proximum, qualis fuerit primis temporibus religionis christiana secundum testimonium historiae ecclesiasticae), IX., p. 445—461; X., 515—538; XII., p. 640—664. Probat auctor genus humanum, etiamsi fastigium civilis progressus attigerit, sine religione christiana, quae innititur amori Dei et proximi, verae perfectionis moralis expers mansisse. Hoc primum per viam remotionis demonstrat, exponens condicionem societatis civilis ante Christum natum apud Paganos, Buddhistas, Pharisaeos. Praesertim miserandum statum mancipiorum et feminarum in societate Romana oculis subicit. Deinde ex Evangelio eruit, quaenam sit doctrina de proximi amore, et exquirit, quomodo caritas christianorum aetate apostolica et primis saeculis exhibita sit. Praesertim disserit de prodigiis illius caritatis, quae saevientibus persecutionibus edita sunt, pluresque exponit modos, quibus Christiani fratribus suis tum materiale tum spirituale auxilium praebabant.

S. T. Buddijskaja moral' po buddijskomu katihijsisu (Doctrina moralis buddhistica et catechismus buddhisticus), X., p. 365—382 (sectio II., philosophica). Auctor rationes enumerat, cur nostra aetate diligenter inquirere oporteat in religionem buddhisticam, quae tam ingentem sectatorum numerum habeat, ac systema religiosum pulchritudinis non expers exhibeat. Cum religio buddhistica praesertim propter doctrinas, quas habet, morales a multis laudetur, eius placita auctor examini subicit, usus versione catechismi buddhistici, quam A. S. Petrunkevič anno 1887 in lucem edidit in commentariis periodicis Russkaja Mysl' (n. VIII). Fundamenta doctrinae moralis buddhisticae innuit, et in quo ascensis christiana ab ascensi buddhistica distinguitur, accurate disserit.

D. Brjancev, Izbranie episkopov vizantijskoj cerkvi (Electio episcoporum in ecclesia Byzantina); X., p. 479—488. Confirmat quae fasciculo VI archimandrita Georgius dixit de electione episcoporum in antiqua ecclesia. Pastores ecclesiae eliguntur a ceteris pastoriibus eiusdem provinciae; populus tantum exprimit desiderium habendi aliquem sibi gratum ut episcopum. Inquirit deinde, quaenam mutationes ab hierarchia Byzantina saeculo XII. in hunc usum ecclesiae inductae sint et desiderat, ut proximum concilium leges statuat, quibus electio episcoporum in Russia meliore methodo perficiatur.

A. Spasskij, Metody missionerskoj propovědi христианства в первые три века (Methodi praedicationis a missionariis

religionis christianaee primis tribus saeculis observatae, XI., p. 553—592. Optima et erudita dissertatio. Ex scriptis Apostolorum et primaevorum Patrum eruit auctor obiectum praedicationis fidei christianaee in eccllesia primitiva. Inquirit deinde, quibus nominibus Christiani tribus primis saeculis designati sint, sive a Iudeis sive a paganis, ac sensum investigat vocis φιλος, quae apud Apostolum Paulum reperitur. Denique de nominibus propriis, quae in baptimate a primis christianis adoptabantur, disserit, praesertim de nominibus biblicis atque ethnicis, in quae offendit apud scriptores ecclesiasticos.

P. Anzerov, Patriaršij sud v drevne-russkoj cerkvi (Tribunal patriarchae in vetere ecclesia Russica), XII., p. 593—606. Tribunal patriarchae in Russia iuridicam formam organizationis exhibebat, quae apud Byzantinos vigebat, adiunetis tamen mutationibus, quae ex peculiari condicione ecclesiae Russicae oriebantur. In ecclesia Byzantina exempli gratia tribunal patriarchale erat tribunal trium appellationum; nam divisio administrativa Byzantina continebat παροντας, ἐπαρχιας, διοικησις: in Russia e contra erat tribunal duplicis appellationis, cum non haberentur metropolitae. Auctor determinat relations inter patriarcham et episcopos, et demonstrat supremam auctoritatem iuridicam in ecclesia Russica tempore regiminis patriarchalis non fuisse synodus, sed ipsum patriarcham. Synodus erat tanquam duma patriarchae, qui consilium inibat cum ceteris episcopis de rebus agendis, sed sibi ius vocis deliberativae vindicabat.

A. Spasskij, Obščinyj stroj drevnih christianizacenie ego dlja missii (Constitutio socialis veterum christianorum eiusque utilitas pro missionibus), XIII., p. 18—37. De sociali aedificio christianismi primaevi auctor eruditus disserit. Tenet antiquas ecclesias fuisse particulares atque autonomas, neque in exordiis religionis christianaee quemquam suspicatum esse fore aliquando, ut ecclesia tamquam societas universalis totum orbem amplectetur (!) Colligit deinde, quae veteres scriptores de constitutione communitatum fidelium nobis tradiderunt, de muniberibus episcoporum et presbyterorum in praedicatione fidei; de obstaculis, quae diffusio societatis christianaee invenit ex legislatione Romana.

D. Romaškov, Carskoe samoderžavie po učeniju cerkovnoj molity v den' Koronovanija i v den' Vosšestvija na Prestol (Autocracy imperialis secundum preces ecclesiasticas, quae leguntur in die coronationis et in die ascensionis in thronum), XIII., p. 1—17. — Loquitur de titulis, quibus liturgia Russica decorat Imperatorem in precibus suis, eosque explicat praesertim ex interpretatione metropolitae Philareti. Dein ex eis deducit, quaenam sint munera Caris, ac necessitatem tutatur eius praerogativas servandi, ut prosperitas populi obtineatur.

T. I. Butkevič, Ob otměně smertnoj kazni (De abrogatione poenae mortis), XIV., p. 1—12. — Πρωτερεῖς Butkevič declarat suis principiis consonam non esse poenam mortis: eam tamen malum necessarium vocat in difficillimis temporum condicionibus. Quapropter si Duma poenam mortis nititur abolere, nullum huic propositioni suffragium dabit, neque positivum neque negativum.

A. Spasskij, Suždenija jazyčeskoy filosofii o hristianstve (Iudicia philosophiae ethnicae de religione christiana), XV., p. 124—139. Plurimi aestimandae sunt eruditae dissertationes, quibus sl. vir Spasskij in primaevam religionem christianam inquirit. Loquitur in hoc articulo de obiectonibus, quibus Celsus et Porphyrius christianismum aggressi sunt. Deinde ex purioribus fontibus notitias recolligit de diffusione fidei christianaee apud divites, litteratos, magistratus Romanos.

I. Ajvazov, Russkoe sektanstvo (De Russicis sectatoribus), XVII., p. 217—237. Asserit sectas, quae in Russia pullulant, gravissimum esse morbum totius ecclesiae orthodoxae, eumque promulgata

lege tolerantiae religiosae peiora mala nunc minari. Breviter ab exordio Russicae ecclesiae variarum haeresum origines enarrat earumque placita religiosa exponit usque ad nostram aetatem.

A. Snegirev, VI. S. Solov'ev i ego religiozno-nravstvennye idealy (Vladimirus S. Solov'ev eiusque doctrinae religiosae ac morales), XVII., p. 143—161; 179—189 (seccio II, philosophica). — Diligenter vitam narrat praeclari philosophi, qui de fide catholica in Russia optime meritus est. Opera philosophica enumerat, ac doctrinas in eis contentas lucide exponit. Praesertim laudat fidem eius, quac totum systema philosophicum informat. Dolet tam praeclarum virum scandalum dedisse orthodoxis, Latinorum dogmatis ac doctrinis inhaerendo, licet tamquam fidelis orthodoxus mortuus sit.

D. Brjancev, O pred sobornym sověščanijah pri Sv. Sinode i o predstaviteľstvē episkopov (De consiliis ad concilium parandum, quae apud synodum habentur, ac de praesidentia episcoporum), XVIII., p. 269—286. — Falso asseritur, ait Brjancev, ecclesiam Russicam paralysi laborare. Si hoc verum esset, iam actum esset de vita huius ecclesiae; sed inter omnes constare, plurimos episcopos, qui nervi sint organismi ecclesiastici, sanos ac vita praeditos se praebere. Theorias mitigatas ac traditionales defendit contra illos, qui omnia miscere cupiunt in ecclesia orthodoxa. Plura proponit de electione episcoporum et de numero eparchiarum augendo.

A. Palmieri O. S. A.

Simeon Nikol'skij Исторія церквей Антіохійської и Константинопольської за время святого Іоанна Златоуста по его твореніямъ (Istorija cerkvej Antiohijskoj i Konstantinopol'skoj za vremja svjatago Ioanna Zlatousta po ego tvorenijam) Historia ecclesiarum Antiochene et Constantinopolitanae tempore s. Chrysostomi secundum eius opera. Отдѣлъ I-й и II-й. стр. XXXV + 164 + 184. Ставрополь-Кавказскій. 1906.

Finis, quem auctor hoc libro prosequitur, est, ecclesiarum Antiochenae et C-politanae statum tempore s. Chrysostomi vigentem, prout in operibus eiusdem s. Chrysostomi describitur, enarrare, testimoniorumque huius patris cum documentis historicis conformitatem ostendere. In ipsa disquisitione aliorum auctorum opera historica ei nonnisi negativam normam praebent (cf. praef. p. IV sq.). Ad hunc finem suum assequendum Nikol'skij operum s. Chrysostomi nonnisi Russicas versiones Russicasque patrologias adhibet, aliis patrologiis utitur, ut ipsem fateatur (cf. p. IV.), valde raro — alia documenta tantum ut indirectum testimonium ad rem illustrandam citantur (cf. ibidem).

In praefatione de s. Chrysostomi vita, de eius operum chronologia porro de quaestione utrum Antiochiae an C-poli conscripta sint, disserit. In operum chronologia Migne (P. G. t. XLVII) sequitur.

Totum auctoris opus in duas dispescitur partes. In prima parte de ecclesiae Antiochenae statu (I., p. 1—164), in secunda parte de C-politanae ecclesiae statu (II., p. 1—184), sermo est. Quod auctor in utraque parte intendit, est, utriusque ecclesiae statum moralem et religiosum depingere; utraque pars primum de ecclesiae morali statu (I., p. 1—48; II. p. 1—114), deinde de religioso statu (I. p. 49—164; II. p. 115—183) agit. In morali autem parte de cleri (I. p. 6—13; II. p. 13—47.), monachorum (I. p. 13—25; II. p. 47—73), societatis (I. 25—47 II. 73—113) vita disputatur; in secunda parte religiosa

de fide, haeresi (I., 49—75, 92—135; II., 115—165), de schismate (I., 75—92; II., 65—177), de Iudeis (I., 135—154), de paganis (I., 154—163) inquiritur.

Quod religiosum utriusque ecclesiae statum attinet, secundum s. Chrysostomi opera, utrobique, Antiochiae nempe et Constantinopoli, templorum visitatio, orationis amor — C-poli paulo minor, — contentionum frequentatio simul cum plausibus oratori tributis magni habebatur et observabatur.

In aberrationibus a fide tum C-poli tum Antiochiae iidem cernuntur errores: frequentiora emituntur iuramenta etiam cum veritatis laesione, — caedem habentur superstitiones: — eaedem quoque haereses grassantur. Antiochiae magis ad cultum externum quam ad vitam internam attendebatur, — fatum quoque observabatur (cf. I., 59, 67): — Constantinopoli vero propter cleri perversam vitam populus fidem et sacramenta parvi habebat (II., 120 sqq.), — baptismum nonnumquam usque ad mortem differebat (II., 126 sq.).

Differentias, si quae erant, in excessibus, locales circumstantiae efficiebant. Velut Constantinopoli Novatianorum secta suos discipulos habebat, Antiochiae non habebat (II., 155 sqq.). Et contra Antiochiae alter alterum anathemati tradebat. Quae consuetudo ex hoc fonte originem dicit: Eustachio, orthodoxo episcopo, pulso, Arianus episcopus eligitur; at catholici, Eustachiani dicti, Arianorum episcopos admittere recusant, immo et Meletium, cum et ipse ab Arianis electus esset, quaedam Eustachianorum pars recipere renuit. Meletio ab Arianis ex urbe fugato, catholici a duobus presbyteris regebantur, Eustachiani nempe a Paulino, Meletiani a Flaviano. Cum Meletius Antiochiam rediisset, Paulinus dignitatem suam deponere noluit; hicque rerum status diutius durasset, nisi tandem res sic composita esset, ut alterutro mortuo (i. e. Paulino vel Meletio) alter ab omnibus orthodoxis ut legitimus episcopus agnosceretur. Ne vero quisquam episcopalem dignitatem futuro tempore ambiret, anathema dictum est ei, qui hanc dignitatem duobus illis viventibus ambiret vel electionem acceptaret. At Meletiani, anathemate non obstante, post Meletii mortem, Paulino vivente, Flavianum in episcopum elegerunt; eorum exemplum post Paulini mortem et Pauliniani seuti alium (Euagrium) ad episcopalem dignitatem eixerunt. Post Euagrii mortem Flavianus quidem ab omnibus ut verus episcopus agnitus est, — at hic anathematis usus eiusque neglectus fixus in Antiochenorum mentibus mansit atque similem agendi modum propagavit (I., 86 sqq.). Constantinopoli pauperes, ut cleemosynam efflagitarent, saepe adiurationibus utebantur.

C-poli et Antiochiae schisma habebatur: hic Meletiani et Eustachiani (cf. supra), — illic Ioannitae eorumque adversarii. Chrysostomo secunda vice in exsilium misso, qui cum ipso tenebant, ab eius successoribus Arsacio et Attico severe tractabantur (II., 172 sqq.).

Antiochiae — non C-poli — iudaizantium secta erat (I., 135 sqq.). Antiochiae quoque pagani sua iura plenamque libertatem in suis ritibus exercendis postulabant et pro iis acerrime certabant; — C-poli paganis suaviter idque cum successu euangelium praedicatur.

Quod moralem utriusque ecclesiae statum attinet, sequentia e Chrysostomi operibus erui possunt. Clerus et monachi Antiocheni vitae sanctitate, proximi amore et zelo populo praeluecent (cf. I., 6 sqq. et 16 sqq.): contra C-politanus clerus una cum monachis pecuniae avidus erat, externa pompa, morumque corruptione (cleri cum diaconissis cohabitatione) populo scandalo erat (II., 15 sqq.). Diaconissae quoque C-politanae aliaeque virgines Deo dicatae virginitatis votum sine ullo conscientiae remorsu non servabant (II., 47 sqq.); — monachi vero otiosi, vagantes aliisque vitiis etiam peioribus dediti erant (II., 59 sqq.). Populi autem mores utrobius fere iidem fuisse videntur: ex una parte epulæ, potus, theatri licet pessimi nimia frequentatio, gravis morum corruptio: — ex altera parte summa pauperies, ad quam tollendam divites manum admovere nulla ratione volunt (I., 26 sqq. et II., 73 sqq.).

Auctor, ut iam supra adnotatum est, non adhibet nisi Russicos auctores, — alios vero, qui de s. Chrysostomi operibus eorumque textu, argumento, sensu scripserunt, cum summo ipsius disquisitionis damno, minime consuluit. Opus ipsum nondum, ut videtur, omni ex parte limatum est: plura enim, ut influxus, quem haec ecclesiae de fide, ritibus, sacramentis, doctrina in alias ecclesias exercebant, earum ad imperatores relatio — licet in s. Chrysostomi operibus multa de hisce inveniantur, — in auctoris inquisitione desiderantur. Quae de communismo habet, minime ad veritatem quadrare videntur (cf. II., 93 sqq.). Homiliam quoque, quae sub titulo „Iterum insanit Irodiada“ inter Chrysostomi opera invenitur, sancto patri adserbit, licet argumenta firmissima contrarium sentire cogant (cf. Monfaucon, opp. s. Chrysostomi. t. XIII. p. 151; F. Ludwig, Der hl. Joannes Chrystomus in seinem Verhältnis zum byzantinischen Hof, Braunsberg. 1883, p. 115 sqq.; Bardenhewer Patrologie, Freiburg, p. 287).

Inter alia auctor basilicam, in qua s. Chrysostomus populum C-poli fidem revelatam edocebat sacramentaque distribuebat, describit Historicum A. Lebedev sequens Antiochenorum, seu synodi Antiochenae (ex a. 378) in concilium oecumenicum II (a. 381) magnum influxum affirmit (I., 97 sqq.) Secundum auctorem per Luciani scholam principia rationalistica fidem evertentia, Antiochiae quoque seita ut rivulus e suo fonte pullulavit (I., 79 sqq.).

Hisce tamen non obstantibus, in libro, quae tum at s. Chrysostomi opera melius intelligenda tum ad ecclesiarum Antiochenae et Cpolitanae historiam distinctius cognoscendam iudare possunt, multa inveniuntur.

M. Haļuščynskyj

Труды Киевской духовной Академии. (Trudy Kievskoj duhovnoj Akademii) 1905. (p. t.)

A. Bulgakov: Francuzskoe duhovenstvo v koncë XVIII. v. (v period revoljucii) (De Gallico clero in fine XVIII. saec.), II., 10—29. Secundum Bulgakov praelati Gallici multiplici ratione ad rebellionem promovendam contulerunt: ipsi enim, licet ob divitias suas et privilegia hoc potuerint — ut fidei christianaæ splendor augeretur atque conservaretur, ne manum quidem admoverunt, sed toti rebus politicis vacabant, immo complures ex iis, sic dicti „liberi cogitatores“ fuerunt. Quae cum ita sint, mirum sane non est, quod inferior clerus vel potius.

multi ex eo, qui magna penuria premebantur, rebellionis duces facti sunt. Secundum multos rebellio abusibus remedium allatura erat. Verum praelati hoc intelligere noluerunt, — inferior tantum clerus libere ‘Constitution civique du clergé’ acceptans ad eamque observandam iureiurando adstringens, таким образомъ авторитетно заявили, что конституция не затрагиваетъ ни догматовъ вѣры, ни уставовъ богослужебныхъ, порядковъ и правилъ церковной дисциплины» (р. 18). Verbo, auctor ecclesiam plene potestati civili subditam supponens, eos, qui iuriandum emiserunt et ad novas circumstantias sese accommodaverunt, laudat eosque solos recte egisse per longum et latum demonstrat.

Greceskaja cerkov' v Italii (Ecclesia Graeca in Italia) II., 29—51.

Auctor an non y m u s de ecclesiae in Italia origine, utrum fuerit Graeca an Latina, inquirit. Praeprimis de Italia inferiore agit. Existimat autem ecclesias Italiae inferioris ritum linguamque Graecam habuisse, — saeculo vero III et IV ritum et linguam Latinam praevaluisse. Argumenta, cum historica documenta desint, ex eo desumit, quod primi principaliores episcopi Siciliae ex Oriente fuerint et Acta martyrum antiquiora lingua Graeca conscripta sint. Cum historici ecclesiarum inferioris Italiae demum saec. VIII, vel altero dimidio saec. VII. Graecum ritum maxime propagatum fuisse statuant, — auctor iam prius hoc factum esse contendit; idque ei opera lingua Graeca saec. IV—X. conscripta evincere videntur.

Quaedam animadvertisenda videntur: Primum nescio, an non legitima sit haec auctoris argumentatio: primis duobus saeculis lingua ecclesiastica fuit Graeca, ergo etiam ritus fuit Graecus, — Graeceque populus loquebatur. De rituum enim diversitate prius aerae christiana temporibus nequaquam sermo esse posse videtur. Similiter de altera auctoris opinione, vulgus lingua Graeca usum esse, iudicandum est.

Secundo nulli iniuriam factam esse censemus, si saec. III^o. lingua Latina ut ecclesiastica per totam Itiam introducta sit.

Et quae de ritus Graeci sorte et persecutione dicit, valde dubitandum est, num factis historicis convenient (cfr. p. 33 sq.).

N. Petrov: Kievskaja Akademija v getmanstvo Kirilla Gr. Razumovskago (De Academia Kiovensi dominante Cyrillo Razumovskij) II., 51—93.

Petrov de Academiae K. a. 1750—1763. statu disserens, ad haec pervenit: Razumovskij ipse cum cleri influxum et redditus deprimere et minuere conaretur, eo ipso etiam Academiae, quae futurum clerum educabat, non multum favebat nullaque subsidia ei specialia praebebat.

Metrop. Timothens Ščerbackij (1748—1757), Academiam tantum ut dioecesanum institutum considerans, eam sibi plene subiecit. Non obstante consuetudine ipse professores et rectorem eligebat; disciplinam ac methodum docendi ad libitum mutabat; professores iuxta libros impressos, non e suis scriptis, tradere cogebat; denique nec materialiter multum Academiam iuvabat. Eius successor, Arsenius Migilanskij (ab a. 1758) contrariam sequebatur viam: maiore donavit professores libertate tum in eligendis rectore et professoribus tum in preelectionibus habendis, multum quoque materialiter Academiae succurrebat.

Maximum malum, quo Academia hisce temporibus laborabat, fuit professorum atque ipsius Academiae paupertas, nec non, quod professores vel crebro mutabantur vel tales erant professores et rectores — idque saepius — qui antea aliis officiis defuneti erant. Professores generatim e monachis assumebantur.

Attamen, ut iusti simus, Academia nominato tempore, etsi iam paulatim influxum suum amittere incipiebat, nequaquam tamen omni valore et dignitate destituta fuisse censenda est.

Disciplinarum singularum solum status hoc tempore in Academia vigentis descriptionem libenter ac grato animo desideraremus.

V. Faminskij Moral' jazyčeskago filosofa Seneki i sovremennoe otношение k voprosam nравственности (De ethica Senecae, gentilis phil. et de recentiorum ad ethicas quaestiones relationibus) II., 94—123.

Descripta sat bene in prima parte Senecae ethica, transit auctor in secunda parte ad tempora haec, — et concionatorem agens, vehementer recentiorum indifferentismum ethicum increpat. Contendit vero Senecam christianismum ignorasse (cfr. 112 sqq.).

I. Četverikov: Učenie o ličnom Bogě s točki zrēnija etičeskoj cěnnosti (Doctrina de Deo personali in luce ethicae considerata) II., 147—158. In colloquio ^{17/30} martii 1905. ad magistri gradum obtainendum auctor hanc disquisitionem praelegit. In qua disquisitione, cum theoretica de rerum universitate doctrina valorem et influxum in ethicam habeat necesse sit positivistarum, idealistarum et monistarum hae in re consequentia ostensa metaphysicam de Deo personali probacionem omnibus ethicae principiis praemittendam esse dicit. Quae de Deo personali doctrina sicut omnibus hominis indigentiis et desideriis satisfacere, ita et moralitatis immobile et unicum fundamentum et norma esse debet. Hanc vero metaphysicam Dei personalis probacionem in opere »О Богѣ какъ лицомъ существѣ. Kiev, 1904,« quo magistri gradum obtainuit, exequitur.

N. Stelleckij: Socializm — ego istorija i kritičeskaja ocenka s hristianskoj točki zrēnija (Socialismus — eius historia et censura iuxta christianismi principia) II., 191—212, 560—605. — Exposita socialismi historia ad eius principia transit. Imprimis vero e revelatione ostendit socialistas non esse primos, qui in hunc rerum statum et in hominum sub omni fere respectu inaequalitatem inventantur. Etenim iam in V. T. homines spiritu Dei imbuti, hanc humani status miseriam intuentes, remedium ei afferre conabantur. Dein scriptores sacri miserae illius condicionis causam aliam atque socialistae assignarunt; historice enim rem considerantes in peccato omnis mali originem videbant. Altera vero inaequalitatis causa diversa hominum indoles diversa operans existit. Quam duplcem causam si prae oculis habuerimus, non omnem inaequalitatem omnino tolli posse facile intelligemus. Solum in ordine ad salutem aeternam omnes sine ulla exceptione aequales sunt. — Cum iuxta socialistas omnia communia esse debeant, nempe tum bona materialia tum uxores tum potestas regendi tum religio, auctor, singula diiudicans, demonstrat: principia nominata tum revelationi tum rationi nec non indoli hominum experientia cognitae repugnare.

Tota auctoris disquisitio in quibusdam partibus hoc defectu laborare videtur, quod rationes philosophicas non plene evolvat. Minus quoque clara sunt, quae de gubernio et de rerum statu nostri temporis loquitur,

V. Rybinskij: Zamětki o literaturě po sv. Pisaniju Vetyago Zavěta za 1904. g. (Animadversiones in litteraturam de scriptura V. T. ex a. 1904) II., 124—146.

Recentiores in Oriente excavations duplcem quaestionem nobis incere videntur: de relatione nempe s. scripturae ad Babylonem nec non de inspiratione. Cum multi multa hac de re anno 1904 scripserint, Rybinskij duo principaliora opera eligit eorumque argumentum late proponit. Primum quod de relatione s. scripturae ad Babylonem tractat, est: »*I. Jeremias*, Das alte Testament im Lichte des alten Orients. Leipzig 1904.« Relato huius operis argumento ait auctorem mitiores rationalistas sequi, cum facta historica admittat, formam autem historiae e mythis desumptam esse doceat (p. 129 sq.). Secundum Rybinskij opus a *Ieremias* editum, licet opere Schraderi, de eadem materia tractante, inferior sit, въ цѣломъ, несомнѣнно, это книга очень полезная, и сравнительно съ другими, по своимъ основнымъ принципамъ наиболѣе близкая къ традиционнымъ возврѣніямъ на содержаніе Библіи» (p. 130).

Alterum opus, quod de inspiratione agit, est monographia F. de Hummelauer: »Exegetisches zur Inspirationsfrage mit besonderer Rücksicht auf das A. T.,« — hoc opus Rybinskij latius quam primum recenset. Argumento eius exposito concludit: etiam a Russis theologis, apud quos non omnia de inspiratione clara sunt, nominatum opus speciali considerationi subiciendum esse (p. 146). »At, ut patet, non omnes Hummelaueri opiniones a Russis acceptabuntur« (Несомненно, не все въ воззрѣніяхъ Гуммеляуера можетъ быть принято) (p. 146), cum nimias Hummelauer concessions rationalistis faciat.

Articulus nondum est finitus.

P. Linickij: O trudoljubii (De labore) II., 175—190, 413—430, 495—514.

Linickij hisce in articulis philosophicam quaestionem de laboris notione eiusque divisionibus ac valore instituit. Et licet non omnia, quae dicit, teneri vel acceptari possint, in genere tamen satis bene rem pertractat.

Litteras in scholis Russicis multis versionibus inniti dicit. Secundum eius opinionem meliora opera (originalia) in maiore quantitate ad scientias naturales pertinent; — aliae autem scientiae, ut historia, ius, philosophia, philologia non multum eminent (поражаетъ скучностью и бесплодиемъ) (p. 511). Quin etiam in litteris (литературѣ) »самостоятельно выработанныхъ у насъ идеаловъ неѣтъ; идеалами для насъ служаютъ все еще примѣры и образцы чужеземные« (p. 512).

Quae vero de ecclesia tenet, mira sunt (cf. p. 508 sq.).

V. Rodnikov: Zabytyj dokument (De documento oblivioni tradito) II., 213—233.

Multi historici excepto Wilken, cum Constantinopolis occupationem a 1204 a crucigeris factam describant, opus attentione dignum omittunt, nempe: »Epistola anonymi — testis oculati de capta urbe Constantinopolitana. (A. 1204). Migne, P. L. t. 213.« Rodnikov praeter versionem Russicam, etiam de ipso auctore disputat. Censet epistolam hanc, ab uno e ducibus in epistola nominatis, scilicet Ioanne Fusieno, conscriptam esse. Potissimum argumentum ex diversitate desunit, quae inter hanc epistolam et inter Villehardouin „Par la Conquête de Constantinople“ in describendo loco, quo princeps Alexius ad crucigeros accessisse dicitur, habetur. Villehardouin affirmat iam Zarae in Dalmatia Alexium ad crucigeros cum petitione accessisse; epistola nominata autem in insula Corfu. Quae diversitas inde orta videtur esse, quod auctor epistolae unus e legatis fuerit, qui Innocentium III. propter Zarae occupationem male contra crucigeros dispositum reconciliaturi essent, et hinc Zarae Alexii adventum non viderit.

Cum vero auctor epistolae belli dux et consequenter laicus fuerit et cum alter e legatis laicus iureiurando neglecto in Syriam prefectus sit, unus restat: Ioannes Fusienus. Quod et interna argumenta comprobant: Auctor epistolae, ut ex ipsa patet, vir probus fuit; — crucigeri autem ad Papam „dignos“ viros mittunt; stilus epistolae Gallum prodit, — secundum Innocentium autem inter legatos ambo laici fuerunt Galli, cum duobus baronibus Gallicanis; (cf. p. 217 sqq.). Gallum auctorem fuisse sequentia quoque suadent: primo terrestri exercitu praeerat, ergo non fuit Venetianus vel Italus; secundo illa comparatio: »Pons vero ille (Constantinop.) potentior erat Parvo Ponte Parisiacensi« idem evincere videtur (p. 221 sq.).

Secundum Rodnikov epistola haec „cum auctor illam in bello campo“ conscripserit, aliis duobus operibus a Villehardouin et Niceta Choniatis de eadem materia conscriptis, consideratione dignior videtur (p. 224).

Animadvertisendum tamen videtur, auctorem sine ulla ratione minus recte de Innocentio III. sentire. Etenim licet ipse dicat, papam „formaliter“ (?) i. e. specie tenus contra Constantinopolis occupationem protestatum esse; — tamen ex eo, quod probus vir Romammittitur

et quod auctor epistolae de subiectione „imperii Graeci tamquam filiae sub potestatem Romani pontificis ut capitis‘, loquitur, aliud papam sensisse et imperasse concludit (cfr. p. 221).

M. Skaballanovič: Čto daet bogoslovu pervaja glava knigi pr. Iezekiilja, (Quid theologus ex I. cap. proph. Ezechielis habeat) II., 271—276 — Hic articulus non est nisi praefatio, quam ante colloquium ad magistri gradum obtinendum Skaballanovič praelegit.

P. Orlovskij: Čin blagoslovenija rektora na igumena učiliščnyja obiteli i učitelej v nej v učilišča otsylayemyh i vsej bratii monastyrskoj ot arhiereja podaemyj, II., 277—284. Orlovskij ritum, quo olim rector et professores benedicebantur, ex exemplari ad cathedram Kioviensem s. Sophiae pertinenti, de-sumptum, proponit.

D. Bogdaševskij: Ekzegetičeskija zamětki (Quaedam exegeticae adnotaciones) II., 253—270. — Difficilioribus nonnullis textibus, quos in aliis suis operibus tractat, quasdam explicationes et animadversiones addit.

Th. Titov: O zagraničnyh monastyrjakh Kievsкоj eparchii XVII—XVIII. vv.) De monasteriis Kiov. dioecesis saec. XVII—XVIII. extra eius territorium sitis I., 459 97; 607—65 II., 284—331.

A. 1686 Kiovia et cum ea Kioviensis metropolia Russiae adnexa est. Multa autem in regno Polonico monasteria erant, quae metropolitae Kioviensi subiacebant. De horum igitur monasteriorum, quae externa metropolis Kioviensis monasteria vocabantur, statu, constitutione, momento deque protopopiis et de capellania Russiaco consuli addita T. agit. — Monasteriorum pro orthodoxis momentum magnum erat. Cum non multae in Polonia ecclesiae parochiales orthodoxorum essent, et quae erant, valde pauperes et sacerdotes ad eas designati non multum eruditи essent, — iam quid monasteria pro orthodoxia praestiterint, facile patet. Quin etiam scholas et typographias habebant et consequenter linguam Russiacam fovebant. Capellanus ab a. 1674 consuli Russiaco Varšoviae residenti additus, initio solum necessitatibus spiritualibus consulis eiusque sociorum succurrebat; inde vero ab a. 1720 orthodoxorum protector fuit.

Quae de catholicis — Polonis et unitis — dicit, valde dubitandum est, num omnia cum veritate convenient (cfr. p. 295).

P. Linickij: Hristianskaja nравственность (De moralitate christiana) II., 234—252.

Secundum Linickij moralitas christiana hic intelligitur communis operationis indoles, operatio autem haec varia potest esse: scientifica, artificalis, oeconomica. Duplex „moralitatis“ species habetur: fidei (vel rectius fiduciae, audaciae) et prudentiae. Fidem intelligit spem, fiduciam, qua quis imbutus summa et ardua opera aggreditur. Verbo alijs titulus operi aptior esset: scilicet de charactere nationum. Verum praetermissis aliis absurdis vel confusis, parallelismus, quem auctor proponit, notandus videtur. Affirmat enim in ecclesia catholica spiritum politicum praedominari fidei, nec non spiritum provisionis et prudentiae superiorem esse (взялъ перевѣсь) spiritu subiectionis, humilitatis, pietatis et amoris. (cfr. p. 239 sq.). Econtra in Russia, si auctorem sequimur, status politicus populi desideriis (идеалу) (въ духѣ религиозномъ) optime respondeat. Ut principium regiminis in Russia historia „christianam conscientiam“ imperatoris a nullo dependentis constituit. Quae independentia (intellige absoluta) regis nisi principiis bonis spretis auferri non potest; hanc enim tum historiam recta philosophia postulat (cfr. 249 sq.).

M. Posnov: Kharakteristikę vnutrennej žizni poslě plěnnago iudejstva (Quaedam de indole internae vitae Iudeorum post exsilium) II., 343—412.

Posnov de Iudeorum post exsilium existentium vita porro tractat. Recensitis diversis sententiis de pharisaorum et sadducaeorum origine nec non de horum nominum etymologia, ipse suam de eorum origine sententiam proponit. Etsi enim utriusque factionis doctrinam et mores cum ex aliis tum ex Iosepho Flavio sciamus, de eorum tamen origine diversi diversa statuunt.

Posnov, Flavii I. testimonii innexus (— in nonnullis tamen modicat eum —), sequentia statuit: Pharisaei et sadducaeui fuerunt religioso-politico-oeconomicae factiones inter Iudeos; nequaquam autem sectae nomen eis inuri potest. Utrique originem suam e temporibus exsilium excipientibus ducunt; partes autem evaserunt pri-
mum 2^o dimidio saec. II. Cum enim captivitas Babylonica et misericordia divina populi conscientiam e somno excitassent, omnes legi stricte observandae vacabant. At in praxi duplex animorum inclinatio apparuit: alii enim simul cum legis observatione omni aliarum gentium influxui sese subtrahentes, ad proprias legis explicaciones et antiquorum traditionem recurrebant; succedente vero tempore effectum est, ut traditio plus quam lex valeret. Alii omnem traditionem respuentes et legem, quantum fieri potuit, temporis circumstantiis accommodantes, ab aliis nationibus multa recipiebant.

Quam animorum divisionem hellenismus altero dimidio saec. IV. etiam auxit. Altera enim factio e Graecorum cultura, vita, philosophia multa suis rebus adaptavit; altera vero Iudeorum factio, hellenismum suae religionis hostem considerans, omnem culturae Graecae influxum a se amovebat. Populus vero, cum post exsilium legis observationi diligentius inhaereret, rigidiorem partem i. e. assidaeorum, sequebatur In fine saec. IIIⁱ et initio saec. IIⁱ, cum Graecorum cultura maiores exsereret vires, et ipse populus, culturae Graecae se se tradens, quae peiora in ea erant, avide arripiebat. Quod et ipsi pontifices multum fovebant. Sub eorum influxu Antiochus Epiphanes Iudeorum religionem cum cultu Graecorum commutare nitebatur. At populus eius placitis restitit. Proximus huius resistantiae effectus duarum partium constitutio fuit, pharisaorum ne'ne et sadducaeorum.

Quae cum ita essent, populus omnia, quae hellenismum spirabant, summo odio prosequebatur. Consequenter et ii, qui hellenismum propagabant, omnem in populum influxum amiserunt, iumento populo ingrati fuerunt.

Haec cum culturae Graecae amici vidissent, etiam ab optimis desideriis sese avertentes, omnem doctorum et pharisaorum laborem etiam bonum odio incensi spernebant et ducum, legatorum etc. officia, per quae cum externis commercium habebant, ambiebant. Neglectis igitur antecessorum suorum religiosis studiis et conatibus, rebus politicis vacabant. Multas quoque vires in pugna cum pharisaies terebant. Itaque doctrinam a maioribus relictam nec ipsi magis excoluerunt. Et contra pharisaei, suum in populum influxum videntes, hanc potestatem magis et magis extendebant, ad eamque augendam omnem doctrinam theoreticam dirigebant. Inde pharisaorum fraus et hypocrisia originem ducebat; at populus haec ignorans summa in aestimatione eos habebat. His praemissis, concludit auctor, facile patere nec sadducaeos nec pharisaec, licet non fuerint religionis negatores, recte considerari posse tamquam qui legem Mosaicam et fidem Iudeorum reprezentarent.

Unum, quod non placet, est, quod sadducaeos, quamvis multa, quae in s. scriptura etsi non clare continentur, non admiserint, fidei adhaerentes non negatores fuisse dicit (cf. p. 395 et passim). Sequens articulus de rabbiniis, quos auctor ut pharisaorum discipulos considerat, aget.

N. Petrov: Novootkrytyj al'bom vidov i risunkov do-
stopriměčatel'nostej Kieva 1651 goda. II., 431—472.

A. Dmitrievskij: Drevnějšij Hilandarskij Sinaksar' po ustawu Ierusalimskomu (Antiquum synaxarium Chilandarense iuxta τοπικόν Hierosolymitanum) II., 473—493. Dmitrievskij operi suo a. 1905 edito, ad animadversiones ab Jagić prolatas quasdam correctiones et annotationes addit.

V. Čehovskij: Kieanskij mitropolit Gavril Banulesko-Bodoni (Kioviensis metr. G. Banulesko-Bodoni) II., 515—559. Hic articulus prioris disquisitionis continuatio est. Describit autem Č. metropolitae circa Academiam Kiov. meritum. Cum enim ex metropolitae munere Academiae superior esset cumque tum professores tum rectorem ipse nominaret, semper bonum Academiae prae oculis habebat. Etenim non solum materialiter ei succurrebat, verum scientificum eius honorem augere conabatur.

Dein causam, cur Banulesko-Bodoni metropoli Kiov. abdicaverit, non aegritudinem, ut in Alexandri Iⁱ rescripto habetur, sed desiderium, quo Banulesko metropolita Moldavensis fieri affectabat, fuisse contendit Argumenta autem ad id comprobandum non omnino spernenda profert. Quod vero Banule-ko-Bodoni intendebat, a. 1808. obtinuit. Cum enim ecclesia Valachico-Moldavica anno 1808. Russiacae synodo subiecta esset, Banulesko eius exarcha et membrum s. synodi constitutus est.

In fine Čehovskij ecclesiarum et cleri a. 1800—1803 in metropoli Kioviensi exsistentium catalogum proponit.

V. Pěvnickij: Populjarnost' — objazatel'noe kačevstvo cerkovnoj propovědi (De claritate et simplicitate sacrae orationis necessaria) II., 606—641.

P. Orlovskij: Učastie zaporožskih kozakov v vozstanovenii Ierusalimskim patriarchom Theofanom pravoslavnōj zapadno-russkoj cerkovnoj ierarhii v 1620 godu. (Participatio kozakorum in restauranda per patriarcham Hieros. Theophan. orthodoxa occidentali hierarchia) II., 642—650. Cum a. 1596. metr. Michael Rogoza ad unionem cum R. Pontifice simul cum aliis episcopis redisset, paulatim effectum est, ut post 20 annos solum episcopus Leopolitanus Ierenias Tessarovskij schismati adhaereret. At cum Polonia tunc temporis bellis defatigata esset cumque Kozakorum exercitus praepotens esset, ideo Kozakorum praepositi ad patr. Hier., qui tunc temporis Moscoviae versabatur, ut orthodoxam hierarchiam restauraret, sese contulerunt. Eorum desideriis satisfaciens Theophanes Kioviam venit orthodoxamque hierarchiam clam sine Polonorum regis consensu creavit. Rex necessitate coactus a. 1623. nolens-volens consensit.

P. Orlovskij: Kieanskij cerkovnyj Sobor 1629 goda (Kioviensis synodus a. 1629) II., 651—658.

Poloniae rex Sigismundus III., ut animos conciliaret, synodum cum unitorum tuni orthodoxorum Leopolim in diem 28. octobris 1629 a. indixit. Ut animos praepararet, rex convocavit 29. Iunii unitos in Vladimir, orthodoxos Kioviam. Synodus Kioviensis solum quattuor dies duravit nullumque effectum consecuta est, cum Kozakorum exercitus ut synodus finiretur, per fas et nefas postularet.

P. Linickij: Ob iskusstvě (De arte) III., 8—40.

Linickij de artis proprietatibus et fine inquirens, hodiernum eius statum describit nec non artis finem eum esse statuit — id quod multis defendit — .izmènčivuju storonu žizni postavit' v svjaz s neizmènnymi jaja načalami i predstavit' v duhé etih načal (mutabilem hanc vitam in relatione ad immutabilia eius principia proponere nec non in luce horum principiorum eam reproducere) (p. 23).

A. Elčukov: Theofilakt Rusanov, znamenityj russkij ierarh epohi imperatora Aleksandra Igo (Theophylactus Rusanov, celeber Russicus episcopus tempore Alexandri I.) III., 41—119. Inceptam prius lucubrationem (cfr. Slav. L. T. 1905. N. II.)

ad finem perducit. In duplice partem praesens opus dispescitur: primum causas exponit, ob quas influxus Theophylacti Petropoli tam praepotens sublatus sit; deinde labores eius in dioecesi Rjazan et in exarchatu Grusiae et Imertiae describit Rusanov studia theologiea tum in dioecesi Rjazan tum in exarchatu Grusiae multum promovit; et quod ad Grusiae etc. exarchatum attinet, ipse res ecclesiasticas, — quae propter recentem exarchatus (a. 1801) ecclesiae Russiacae subjectionem parum firmae erant, — organizavit et ad canones vigentes rededit.

I. Četverikov: Kritičeskij individualizm v russkoj filosofii (Istoriko-kritičeskij očerk) (De critico individualismo in Russica philosophia) III., 120—132.

Russica philosophia ultimis demum temporibus evoluta maioremque ab aliis independentiam consecuta est. Secundum Četverikov imprimis Solov'ev et G. Teichmüller eam excoluerunt. Sed cum de Solov'ev cum theologi Russiaci tum philosophi multa iam scripserint, ideo auctor solum alterum considerat; eiusque doctrinam systematicce proponere crisiique subiecte intendit. — In praesenti articulo opus hoc incepit.

Poslanie vysokopreosv. Flavijana, mitrop. kievskago, i galickago, pastyram kievskoj eparhii (Epistola arch. Flaviani, metropolitae Kiöv. et Haličensis ad pastores Kioviensis dioecesis) III., 133—144. Metr. Flavianus in epistola edictum tolerantiae d. d. 17. Aprilis 1905. et effectus inde consecutos p[ro]ae oculis habet. Orthodoxos ait, licet fidem suam semper ‚unice salvantem‘ esse existimaverint, alias tamen confessiones cum amore et tolerantia (?) tractare solitos esse (p. 134). Nunc autem temporis, cum ecclesiae orthodoxae protectio a gubernio soli populo tradita sit, populus orthodoxus una cum clero hanc protegere ac defendere satagat, — aliasque confessiones cum amore tractet. Verum cum catholici orthodoxos ad catholicam religionem petrahere conentur, — secundum Flavianum per sui ritus pompam (solum?), — hanc suo clero commendat. Clerum igitur suum, ut processiones, contiones, sermones de quaestionibus socialibus aliaque ipse sicut catholici instituat, admonet. In rituali catholico secundum Flavianum — (nescio qua ratione) — omnia solum ad pompam, sensationem, satisfactionem producendam ordinata sunt (p. 137).

P. Linickij: K voprosu o zakoně razvitiya (De evolutionis lege) III., 145—178.

Quaestionem etiam nunc valde disputatam auctor tangit. Maxime autem ad evolutionis theoriam, ut a Darwin proposita et a Spencer philosophice exculta est, attendit. Secundum Linickij nec Darwin nec Spencer nec alii evolutionis asseciae nisi contradictionis lege spreta theoriam suam statuere ac defendere possunt. Eorum πρωτόψευδος in eo est, quod tantummodo evolutionis initium seposito fine — attendunt. Quomodo evolutionistae contradictiones statuant, praeterea quomodo principia ab ipsis maxime a Darwin et Spencer statuta finalitatem exigant, Linickij sat bene et clare ostendit.

P. Sokolov: Stolknovenie papy Zozimy s cerkovju Gallii (Dissidium inter papam Zozimum et ecclesiam Gallianam) III., 238—250.

In Praesenti articulo Sokolov nihil nisi libri »Le concile de Turin a. 417« a Babut editi argumentum cum nonnullis suis in sedem apostolicam animadversionibus refert.

A. Krylovskij L'vovskoe Stavropigial'noe bratstvo (De Leopolitana Stauropigiana Confraternitate) III., 251—260. Auctor ad magistri gradum obtinendum praesentia p[ro]aelegit. Librum quoque eiusdem tituli ad gradum illum obtinendum edidit.

E. P. Rukovodstvo Cerkvi v děle věry (De directione Ecclesiae in rebus fidei) III., 179—237. Auctor tripliciter opus suum

divisit: imprimis enim inquirit: num Christus ecclesiae munus docendi commiserit; secundo num ecclesia sufficientia ad hoc possideat media; tertio denique alia media praeter ecclesiae infallibilem auctoritatem insufficientia esse ostendit.

Ecclesiae autem competere officium doctrinam revelatam conservandi eamque authentice interpretandi sequentibus demonstrat: *a)* Christus, ut e sacris Litteris patet, munus hoc apostolis eorumque successoribus commisit; *b)* S. Scriptura teste non omnia, quae Apostoli praedicabant, scriptis consignata sunt; alia vero minus clare in s. Scriptura proposita sunt; *c)* idem primaeva evangelii promulgatio et fidei propagatio manifestant: initio enim doctrina a Christo tradita ab apostolis viva voce populis praedicabatur, — atque pauci tantum ex eis iisque nequaquam omnem doctrinam scriptis mandarunt; immo usque ad 2. dimidium saec. II. in quibusdam ecclesiis evangelium tantum ex orali praedicatione notum erat; *d)* eandem ecclesiae auctoritatem Patres cum unanimi consensu tum praxi sua vindicant; idem ex conciliorum oecumenicorum congregatione eorumque definitionibus clare eluet.

Doctrinam autem a Christo et ab apostolis propositam integrum ab ecclesia conservari ex eo consequitur, quod *a)* in tota ecclesia doctrinam esse corruptam simpliciter impossibile est; *b)* corruptionem non esse factam documenta historica comprobant; *c)* primis saeculis, quid ecclesia principalis ab apostolis fundata sentiret, inquirebatur; *d)* Antiquitus ecclesia catholica et orthodoxa idem significabat.

Ut ecclesia hoc munus rite obire posset, Christus ei donum infallibilitatis contulit. Eam hoc privilegio gaudere ex eo patet: *a)* quod s. Scriptura clare hoc testatur (cf. Matth., 16, 16 sq.; Mt., 28, 20; Io. 14, 16, 26); *b)* ipsa ut corpus Christi mysticum iure hoc exigit; *c)* idem religio revelata et ecclesiae notio postulat; *d)* denique idem clare ex historia ecclastica manifestum est.

Tertio alia media, ut s. scripturam solam vel inspirationem Spiritus S. vel rationem absque ecclesiae auctoritate non multum valere ostendit.

Desiderandum solum est, ut auctor eodem modo auctoritatis et infallibilitatis subiectum magis determinet.

V. *Exempljarskij*: K voprosu ob otnošenii nравственности k politike (De relatione ethicae ad res politicas) III., 261—308.

E factis historicis auctor ostendit antiquitus sicut et nunc gubernia in rebus politicis, internationalibus, praecipue in bello nequaquam ethicae principiis ducta esse Illud tantum discrimen inveniri potest, quod recentiore tempore sub „specie iusti“ (cf. decreta guberniorum bellum edicentia) bellum geri praetenditur. Dein e principiis philosophicis et e revelatione demonstrat: ethicae principiis etiam gubernia in rebus diplomaticis et politicis absolute obligari.

Očet o sostojanii Kievskoj Duhovnoj Akademii za 190⁴₅ učebnyj god (De statu Academiae Kiow. a. scholari 190⁴₅ praelectio) III., 309—367.

L. M. Arh. Theofan Avsenev v pis'mah svoih k Odes'komu protoiereju Serafimu Antonoviču Serafimovu (Arch. Theophanes Avsenev in scriptis ad Odessensem protopresbyt. Seraphimum A. Serafimov) III, 368—412.

V. *Rybinskij*: Zamětki o literaturě po svjašč. Pisaniju Vethago Zavěta za 1904 god. (In litteraturam a. 1904 de scriptura V. T.) III, 413—435.

Rem inceptam auctor prosequitur. Opera, quae de s. scriptura a. 1904 tractarunt, sive introductory sive exegética, bibliographice citans, suas adnotaciones addit. Articulus eius inde meritum suum non spernendum consequi videtur, quod (p. 427—435) opera Russica a. 1904. de scriptura V. T. edita allegat.

V. Pěvnickij: O prigotovlenii propovědej (De contionum praeparatione), III, 437—484. In hoc articulo Pěvnickij de praeparationis ad conciones necessitate disserit idque tum ex patribus tum ex profanis scriptoribus comprobat.

Sequuntur articuli, qui, cum Academia Kioviensis 6 Novembris 1905 iubilaeum professoris V. Pěvnickij celebraret, tantum de iubilari iubilaeoque agunt.

Th. Titov: Zaslužennyj ordinarnyj professor Kiejskoj dužovnoj Akademii Vasilij Theodorovič Pěvnickij (De ord. profess. Kioviensis A Basilio Th. Pěvnickij) III, 485—504.

Basilius Pěvnickij natus est a. 1832. Ab anno 1851. in Academia Kioviensi discebat, a. 1855 magister theol. factus est. A 6. Novembris 1855 docet in Academia Kioviensi; usque ad a. 1862 eloquentiam generalem tradebat, ab a. 1862 usque ad ad nostra tempora homileticæ professor erat. Per aliquot annos (1869—1884) etiam pastoralem theologiam praelegebat. A. 1860. professor extraordinarius, a. 1862. ordinarius factas est; ab a. 1884. autem etiam ad Academiac regimen pertinet.

Eius meritum maximum in eo positum est, quod per publicationes suas criticas de homiletica nec non per contiones suas homileticam Russicam multum promovit. Titov eius publicationes et articulos per longum et latum enumerat. Duplicis generis autem opera Pěvnickij fuerunt: tum contiones et orationes (seu articuli) de doctrina morali christiana agentes, tum critiqueæ publicationes de homiletica eiusque historia. Etiam nonnulla alia clarissimus professor publicavit. Inter eius opera vero imprimis consideratione dignum est: «Св. Григорій (Воссіовъ — его проповѣди и гоміліетическія правила. Кіевъ. 1872.» quo opere anno quem diximus doctoris gradum obtinuit. Quam plurima Pěvnickij in commentario periodico »Труды Кіевск. д. Академії«, cuius redactor ipse iam a multis annis est, diversis temporibus promulgavit. Contiones a Pěvnickij pronuntiatae a. 1905. editae sunt sub titulo »Сборникъ словъ, произнесенныхъ въ церкви Кіево-Братского монастыря на вечернемъ богослуженіи, извѣстномъ подъ именемъ наспінъ, а redactione, Missionerское Обозрѣніе.

Desideratur solum auctoris critica horum operum recensio.

A. G. Mnímoe proročestvo Vethago Zavěta o Rossíjskoj Gosudarstvennoj dumě (Pseudo-prophetia V. T. de Russicis comitiis) III, 660—663. N. Pereferkovič, Talmudis Russicus interpres, Isai. XXI, 11—12, cabbalisticō modo ad Russica comitia applicat. Articuli auctor eius absurditatem ostendit. *M. Haluščynskyj.*

Quaedam animadversiones de statu, qui nunc est, scientiae iuris canonici in Russia. (P. tr.)

De nomocanone poenitentiali Ioannis Nesteutae.

Libri poenitentiales vel, sicuti olim saepissime vocabantur, iudicia poenitentiae, sunt libri ad usum sacerdotum destinati et exhibit instructionem de suscipienda confessione et regulas de imponenda poenitentia. — Librorum poenitentialium ecclesiae occidentalis — ratione habita patriae — plura distinguuntur genera; exstant nempe libri poenitentiales Romani, Anglosaxonici, Gallici et Germanici. In unoquoque autem genere plures distingui possunt redactiones, quarum auctores omnino ignoti sunt. Etiam illi libri poenitentiales, qui inscribuntur nomine certi cuiusdam auctoris e. gr. Theodori, Bedae, Egberti, Columbani,

Cummeani — non his ipsis adscribendi sunt, sed sunt compilationes alterius cuiusdam ignoti auctoris.

De tempore, quo primo libri poenitentiales in ecclesia occidentali prodierint, adhuc disputatur. Probabiliter autem eorum origo non ultra initium saec. VIII^{vi} reducenda est.

Primi libri poenitentiales conformes erant disciplinae canonicae, Inde tamen a medio saec. VIII^{vo} usque ad initium saec. IXⁿⁱ apparuerunt alii, qui omnino arbitrario modo determinabant poenitentiam nullo respectu habito ad disciplinam poenitentialem in conciliis aliisque fontibus iuris communis stabilitam. Praeterea nonnullae regulae eorum adversabantur doctrinae ecclesiasticae e. gr. doctrinae de insolubilitate matrimonii; evolutum quoque erat sub fine saec. VIII^{vi} systema redemptionum in eo consistens, quod unusquisque poenitens loco statutae et impositae poenitentiae aliquod aliud opus bonum eligere et perficere poterat. Inde nihil mirum, quod iam initio saec. IXⁿⁱ concilia Galliae condemnarunt tales libros poenitentiales „quorum, ut ait concilium Catalaunense, sunt certi errores, incerti auctores“.

Denique saec. IX^{no} prodierunt libri poenitentiales Halitgari, Rabani Mauri aliquaque auctorum, qui regulas de imponenda poenitentia iam non amplius arbitrarie statuebant, sed ex fontibus iuris communis hauriebant — et proinde, relate ad priores recte libri poenitentiales „reactionis“ dici possunt. (Schmitz, Bussbücher I. 712; II. 110. 137).

Cum igitur omnes fere quaestiones, quae versabantur circa libros poenitentiales ecclesiae occidentalis solatae sint — non idem valet de libris poenitentialibus, quibus olim ecclesia orientalis utebatur. Illi libri omnes inscribuntur nomine Ioannis Nesteutae seu Ieiunatoris sibique auctoritatem vindicant illius patriarchae Constantinopolitani, qui sub fine saec. VI^{ti} (582—595) primus titulum „oecumenici“ assumpsit. —

Liber poenitentialis seu nomocanon poenitentialis Ioannis Nesteutae pervenit ad nos in pluribus redactionibus, quae omnes ad duo genera reduci possunt. Aliae enim redactiones continent instructionem de suscipienda confessione cum orationibus et caeremoniis, deinde regulas de imponenda poenitentia exhibent — aliae vero continent solas regulas de imponenda poenitentia pro singulis peccatis. —

Ad primum procul dubio antiquius genus pertinent sequentes redactiones:

Ἄκολουθία καὶ τάξις ἐπὶ ἔξομολογουμένων συνταγεῖσα ὑπὸ τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Ἰάννου τοῦ Νηστευτοῦ — quae est locupletissima redactio (apud Migne, P. G. 88. p. 1889 sqq.) Secunda redactio quae inscribitur: Ἰάννου μοναχοῦ καὶ διακόνου μαθητοῦ τοῦ ἀγίου Βασιλείου, οὗτος ἡ ἐπωνυμία „τέκτονος ὑπακοῆς“ κανοναρεῖον —; distinguitur a priore per admodum longam introductionem.

Tertia autem redactio sub titulo: Ἰάννου μοναχοῦ πατριάρχου Κωνσταντινοπόλεως τοῦ Νηστευτοῦ λόγος πρὸς τὸν μέλλοντα ἔξαγορεῦσαι τὸν ἑαυτοῦ πνευματικὸν πατέρα — brevior est quam prima, quia omissae sunt omnes precatio[n]es et caeremoniae ipsam confessionem praecedentes; in reliquis autem sunt omnino inter se conformes.

Vetustissimus codex manuscriptus huius nomocanonis est ex saec. X^{mo} (in regia bibl. Monacensi No. 498). Eodem saeculo adornata est versio slavica — (secundum Pavlov sub finem saec. IX; — adest in manuscripto Kormčej knigi, quod asservatur in museo Rumjancov'i — No. 320) — Circa finem autem saec. X^{mi} vel initio XI^{mi} exaravit monachus Euthymius, filius principis Grusiorum, versionem Grusicam. Haec sunt antiquissima positiva testimonia de existentia huiusc nomocanonis poenitentialis.

Eius indolem si consideramus, praeprimis notandum est, tempus poenitentiae, seu tempus prohibitae communionis pro singulis peccatis, in variis redactionibus varium esse. In eo tamen omnes redactiones conveniunt, quod relate ad disciplinam canonicam ecclesiae orientalis statutis conciliorum et epistolis patrum stabilitam, brevius tempus assignant. Praeterea maximam, quae haberi potest, indulgentiam erga confitentes commendant, ut scil. poenitentia non secundum gravitatem peccati sed secundum vires et voluntatem poenitentis imponatur. Habito igitur respectu ad vires et voluntatem poenitentis licuit patri spirituali tempus poenitentiae abbreviare; eodem modo confessarius in determinatione operum poenitentiae nempe ieiunii, orationis, eleemosynae, genuflexionum respicere debuit vires et voluntatem poenitentis. In redactione enim Ἀξολονθία (quae tamquam fundamentalis habetur) pater spiritualis interrogat poenitentem: „Fili, qualem poenitentiam potes servare“? et statim ratio huius interrogationis adducitur: „nam non secundum gravitatem peccati sed secundum vires et voluntatem confitentis determinatur poenitentia.“ In alia redactione, nempe in „λόγῳ“ statuitur etiam regula, ne iis, qui nondum ad 30^{simum} a. aetatis pervenerint, maior poenitentia quam duorum vel trium annorum imponatur. Post 30^{simum} autem a. aetatis peccatoribus non maior poenitentia, quam septem annorum determinatur. Itaque habito respectu ad poenitentiam canonicam 15 vel 20 et plurium annorum — certe magna differentia et summa indulgentia in libris poenitentialibus Ioannis Nesteutae animadvertisit. Nihil mirum igitur, quod iam exeunte saec. XI^o patriarcha Nicolaus Grammaticus hos libros reprobavit.

Teste enim Harmenópulo (Epit. can. cap. ultim.) ad interrogacionem monachorum monasterii cuiusdam in monte Atho, num liceat poenitentiam imponere secundum nomocanonem Nesteutae, Nicolaus respondit: „Scriptum illud Nesteutae, quod nimiam lenitatem adhibeat, complures perdidit.“ Eodem saec. XI^o quidam scriptor Nicon Montegrinus iam dubitabat de authentia huius nomocanonis. His non obstantibus nomocanon Nesteutae communiter tamquam norma disciplinae poenitentialis valebat, prout testantur commentator Balsamon saec. XII^o (*Συρτ.* IV p. 426) et chartophylax Nicephorus saec. XIII^o (*Συρτ.* V 401—2). Saec. autem XV^o et sequenti apprehenditur iam similis reactio atque in occidente saec. IX^o. Illo enim tempore apparuit excerptum ex nomocanone Nesteutae, quod Matthias Blastares suo syntagma adiunxit. Inde ortum est secundum genus nomocanonis Nesteutae, in quo poenitentiae iam non arbitrario modo statuuntur sed iuxta normas antiquae disciplinae canonicae. Redactiones huiusc secundi

generis permittunt quidem confessario tempus poenitentiae diminuere, attamen sollummodo hoc in casu, si poenitens suscepereit aliquod opus poenitentiale striete determinatum. Itaque e. gr. si quis spondet abstinentiam a vino diebus dominicis, permittitur ei diminutio temporis poenitentiae canonibus statuti, et qui dem ablato uno anno; sin autem abstinet a carne etiam duobus annis poenitentiam diminuere licet. — Haec redactio nomocanonis, quae manifesto redit ad severitatem antiquae disciplinae poenitentialis, recepta est in codicem canonicum huius temporis ecclesiae Graecae-orientalis in Pedalion, quod dicunt. Eodem tempore reactionis, saec. XV^{to} prodiit in quodam monasterio montis Athos omnino alias nomocanon, qui continent praecepias normas iuris communis ecclesiae orientalis et recte vocari potest „breviatio canonum“ (Inscribitur: *Νομοκάνων ἔχον ταῦτα επιτομήν* — vel a loco exarationis Athonicus, vel a primo editore Pavlovius).

Notabilior eius pars respicit disciplinam poenitentialem. Poenitentia antem determinatur in eo iuxta canones conciliorum et iuxta canonicas quas vocant epistolas Graecorum patrum. Quasdam regulas communes habet cum nomocanone Nesteutae. Nimiae autem indulgentiae, quae propria est nomocanonis Ioannis Nesteutae, iam nullum est vestigium. (cfr. Berdnikov, Po povodu vt. izd. Nomocanona pri B, Tr. — p. 49 sqq.). — Ille nomocanon (zakonopravitel'nik) saec. XVI^o versus est in linguam Slavicam (Serbicam); saec. autem sequenti prima vice Kijoviae (1620), deinde Moscoviae editus hodie in Russia valorem suum retinet.

Haec est historia nomocanonis Nesteutae inde a saec. X.^{mo} — Iam quaeritur, quaenam sit eius historia ante saec. X. inde a fine saec. VI.^{ti} quo tempore Ioannes Nesteuta patriarchatum tenebat (582—595).

Cum tamen nullum positivum testimonium de eius existentia ante saec. X. affterri possit — ideo satis fundata est altera quaestio: num revera liber ille poenitentialis originem suam habeat a Ioanne Patriarcha. Quaestionem hanc, ut supra notatum est, iam movit sed non solvit Nicon Montenegrinus saec. XI^{mo}. —

Praeprimis animadvertisendum est, eas redactiones nomocanonis, quae ad nos pervenerunt, Ioanni Patriarchae nullo modo tribui posse. Etenim in eis sermo est de quadragesimis duodecim apostolorum et Philippi, quae duae quadragesimae usque ad saec. IX. apud Graecos ignotae erant. Sermo quoque est de monachis parvi et magni habitus, quae distinctio demum saec. IX. stabilita erat. — His non obstantibus I. Morinus primus editor nomocanonis Nesteutae authentiam eius tenet, putans haec aliaque similia esse additamenta posterioris temporis.

Binterim autem ex supra indicatis rationibus negavit authentiam.

Ultimis decenniis praeteriti saeculi iterata vice (Nomokanon pri Bol'som Trebnikë ed. I. Odessa 1872 ed. II. Moskva 1897) atque optima methodo authentiam libri defendebat Al. S. Pavlov, studens demonstrare nomocanonem poenitentialem in partibus essentialibus conscriptum esse a patriarcha Ioanne Nesteuta. Potissimum eius argumentum est, tempore Ioannis patriarchae systema disciplinae poenitentialis, quod praebet nobis nomocanon Nesteutae, iam fuisse evolutum. Iuxta

huius auctoris opinionem can. 102 conc. Trullani (681 --2) (quod celebratum erat centum annis post mortem Nesteutae) loquitur de hoc systemate, quia severitati disciplinae canonicae (*ἀζοίβεια*) opponit et commendat consuetudinem et praxim leniorem (*συνήθεια*).

Contrarium tamen absque difficultate evincitur.

Imprimis, si in can. 102^o conc. Trullani sermo esset de consuetudine et praxi, quam exhibet nomocanon Ioannis Nesteutae, necessario in can. 2^o eiusdem concilii scriptum Ieumatoris tamquam norma disciplinae ecclesiasticae indicandum erat. In hoc enim canone, qui nihil aliud est, quam codicatio iuris communis ecclesiae orientalis, quod tunc temporis vigebat, enumerantur omnia concilia generalia et particularia, canones Apostolici et omnes epistolae canonicae Patrum, — scripti autem patriarchae Ioannis Nesteutae nulla fit mentio. Etiam si igitur verum esset, in can. 102 conc. Trullani sermonem de duplice norma sci. severiore (*ἀζοίβεια*) et leniore, quae in consuetudinem venit (*συνήθεια*) — nihil exinde argumenti pro existentia nomocanonis Nesteutae desumi posset — immo maior difficultas evaderet. Sequeretur enim gravis quaestio, cur concilium Trullanum approbata consuetudine, quam exhibet nomocanon, ipsum nomocanonem non approbaverit?

Attamen — ex contextu sequitur, in can. 102. conc. Trullani *συνήθεια* non posse significare consuetudinem tamquam aliquam normam oppositam disciplinae canonicae. Verbis enim *ἀμφότερα τοίνυν εἰδέραι ἡμᾶς δεῖ τά τε ἀζοίβειας τά τε συνήθειας* — quae verba deprompta sunt ex can. Basilii — neque concilium Trullanum neque Basilius loquuntur de duplice disciplina severa — canonica et leniore, quae in consuetudinem venit — sed loquuntur de duobus principiis, quae quivis index sciat oportet, in applicandis regulis ipsius huius disciplinae canonicae. Sensus nempe verborum reddi potest sequenti modo. Seire nos oportet, quae requirantur, ut leges canonicae cum omni severitate applicari possint simul tamen sciamus oportet, quae sint excusantes circumstantiae, quibus positis a severitate legum recedere deceat et liceat *συνήθεια* igitur significat hoc loco idem fere, quod *συμπάθεια* vel *κιλαρθωπία* (cfr. Suvorov, Vopros o nomokanoně Io. Postnika — p. 13 —), minime vero consuetudinem denotat.

Quod cum ita sit, sequitur inde grave argumentum contra existentiam et contra originem nomocanonis Ioannis Nesteutae ante concilium Trullanum. Nam, sicuti canon 102. huius concilii demonstrat, regulae canonicae spectante, disciplinam poenitentialem illo tempore tota vi et obligatione valebant. In nomocanone autem Nesteutae habetur systematica et omnino arbitraria abbreviatio temporis poenitentiae.

Insuper — usque ad concilium Trullanum prout ex memorato canone patet, valebat principium, secundum quod solummodo in casu specialis contritionis cordis et habito respectu ad alias causas excusantes peccatum poenitentis, lieuit discedere a norma disciplinae canonicae. In nomocanone autem Nesteutae omnino diversum principium commendatur. Pater spiritualis quaerit ibi confitentem: Fili, qualem poenitentiam potes servare? — De vi igitur et obligatione canonum poeniten-

tialium iam nihil scitur, sed tempus et opera poenitentiae dependent omnino a voluntate ipsius confitentis.

Principia igitur et totum sistema nomocanonis poenitentialis non solum sunt diversa sed plane contraria disciplinae poenitentiali ecclesiae orientalis ante concilium Trullanum. Proinde — nomocanon non potuit prodire illo tempore seu — quod idem est Ioannes Nesteuta patriarcha saec. VI^{ti} non potest esse eius auctor.

Accedunt aliae rationes: St. Isidorus Hispalensis, qui vixit eodem fere tempore, quo patriarcha Nesteuta, descripsit in opere quod est: De viris illustribus — satis accurate eius vitam — hisce verbis: Ioannes sanctae memoriae Constantinopolitanus episcopus, natione Cappadox, vir fuit inaestimabilis abstinentiae et in eleemosynis in tantum largissimus, ut zelo avaritiae adversus eum imperator Mauritius permotus urbe pauperes pellendos ediceret: hic Graeco eloquio edidit de sacramento baptismatis rescriptum etc. Nomocanonis autem st. Isidorus nullam facit mentionem. Nihil sciunt de eo scriptores Graeci Io. Damascenus et Theodorus Studites. Neque Photius in opere *Mycōbībūlōr* sive Bibliotheca quidquam loquitur de illo scripto canonico Nesteutae. Deinde neque „synodus unionis“ quae vocatur, initio saec. X. (920) habita sciebat quidquam de nomocanone poenitentiali. Si enim scivisset et si nomocanon tunc temporis in usu practico fuisset — certe synodus illa statuens poenitentias propter bigamiam et trigamiam provocasset ad eum tamquam normam disciplinae ecclesiasticae (Суворовъ, къ вопросу о пап. віянні — p. 106 sq.)

Denique, prout iam supra notatum est, antiquissima manuscripta huius nomocanonis continent notitias de quibusdam institutis ecclesiasticis, quae ante saec. IX. in ecclesia orientali ignota erant; posteriora autem manuscripta continent quaedam citata scriptorum, qui vix usque ad saec. IX. pertingunt (c. gr. patr. Methodii).

Exinde sequitur, nomocanones poenitentiales, qui inscribuntur nomine Ioannis Nesteutae ante saec. X. vel saltem ante medium saec. IX. non extitisse — nec proinde patriarcham Ioannem, qui vixit saec. VI^o, eorum auctorem esse posse.

Iam oritur quaestio, quomodo explicari possit, quod nomocanones nomine patriarchae Nesteutae inscripti sint et — quid tenendum sit de opinione et consensu scriptorum Graecorum inde a saec. XI^o, qui originem nomocanonis illi patriarchae tribuebant?

Imprimis animadvertisendum est opinionem scriptorum Graecorum in huius generis quaestionibus non magni esse valoris. Ex. gr. inde a temporibus Balsamonis omnes scriptores Graeci, deinde etiam omnes occidentales usque ad medium praeteritum saeculum Nomocanonis XIV tit., qui dicitur, auctorem Photium asserebant. Hodie autem certum est, illum nomocanonem iam diu ante tempora Photii exaratum fuisse et Photium tantum canones duarum synodorum ab ipso coactarum illi nomocanoni addidisse. Recentissimis temporibus etiam de hoc dubitatur (cfr. Суворовъ, Учебникъ церковнаго права. — ed. II. — p. 106). Veri simillime igitur totus Nomoc. XIV tit. aliis auctoribus debetur — et nihilominus scriptores Graeci communis consensu eum Photio tribue-

bant. — Etiamsi igitur scriptores Graeci inde a saec. XI^o unanimi consensu nomocanonem poenitentialem Ioanni patriarchae tribuissent, nondum necessario sequeretur, Ioannem patriarcham revera eius auctorem esse. Ceterum, prout exemplum Niconis Montenegrini, quem supra memoravimus, docet, scriptores Graeci hac in re non consentiunt.

Quod vero gravissimi est momenti — singuli manuscripti codices nomocanonis non eandem habent inscriptionem. Inscribuntur quidem nomine Ioannis — eum tamen dicunt fuisse vel monachum et diaconum vel discipulum S. Basillii vel patriarcham Constantinopolitanum; versio Grusica dicit eum tenuisse patriarchatum longe post conc. Trullanum.

Probabilissime igitur quidam monachus Ioannes initio XIⁱ vel summum secunda parte saec. IXⁱ, qui ex vita ascetica cognomen Nestentae seu Ieiunatoris sibi meruit, hunc nomocanonem composuit. In historia monachorum in Oriente occurunt duo Ioannes Ieiunatores: unus monachus et deinde patriarcha sub finem saec. VI^{ti}, alter simplex monachus sub finem saec. XIⁱ. — Cur igitur non potuit tertius Ioannes Ieiunator vivere sub finem saec. IXⁱ vel initio saec. Xⁱ, qui nomocanonem composuit? —

Protestanticus scriptor Holl (Enthusiasmus u. Busswelt beiin griechischen Mönchtum 1898) putat auctorem nomocanonis fuisse illum monachum Ioannem Ieiunatorem, qui sub finem saec. XIⁱ vixit; sub finem saec. Xⁱ adornata iam fuit versio Grusica et ad saec. X. pertinet codex ms. nomocanonis, qui asservatur in regia bibliotheca Monacensi (No. 498). Proinde nomocanon iam ante tempus illius Ioannis monachi compositus erat. Russicus scriptor Suvorov (Вопросъ о Ном. Иоак. IIст. р. 112) putat, nomen I. Ieiunatoris in nomocanone posse explicari ex eo, quod sub finem saec. XIⁱ monachus Ioannes Ieiunator vixit (quatenus postea in inscriptionem venire potuit). Quamvis etiam haec explicatio sufficiat, nihil tamen obstat, quominus admittatur fuisse alium monachum Ioannem, vita ascetica insignem, qui sibi meruerit cognomen Ieiunatoris et qui sit auctor libri poenitentialis.

Additamentum de eius dignitate patriarchali iam nullam generat difficultatem — omnino enim congruit cum natura nomocanonis. Etenim libri huic generis, qui destinati erant ad communem usum, natura sua indigebant superiore quadam auctoritate. —

Quaestionem de origine nomocanonis Nestentae seu Ieiunatoris — subsequitur alia quaestio, quae est de nomocanonis relatione ad libros poenitentiales ecclesiae occidentalis. Scriptores Russici Pavlov et Berdnikov

Краткий курсъ цер. права. ed. II. p. 92) asserentes eum fuisse compositum a patriarcha Ioanne saec. VI. consequenter affirmant eum esse prototypum omnium librorum poenitentialium. Cum tamen iam certo constet, nomocanonem Nestentae non esse antiquorem saec. IX^o, potest sane quaeri, num inveniantur in eo vestigia librorum poenitentialium occidentis. Influxus talis eo magis supponendus est, quia saec. VIII. et sequenti libri poenitentiales per totam ecclesiam occidentalem sparsi erant. Medio autem saec. IX^o misit Nicolaus papa Bulgaris inter alios libros etiam librum poenitentiale, qui statim versus est in lingnam Slavicam (quae versio adest in cod. manuscripto Korinčej knigi — in

musaeo Rumjancovi —; inscribitur autem 'Заповѣдь св. Отецъ (praeceptum ss. Patrum) et nihil aliud est quam versio libri poenitentialis „merzeburgensis“ cfr. Suvorov, Къ вопросу о зап. вѣяніи p. 1 sqq.)

Inde potest quaeri, num etiam auctor nomocanonis libros poenitentiales occidentis prae oculis habuerit. Scriptor Russicus, quem supra memoravimus, Suvorov quaedam vestigia influxus librorum poenitentialium occidentis studet invenire in nomocanone Nestentae (Къ вопросу о запад. вѣяніи.. p. 101 sqq.); tamen de vestigiis his dubitari licet.

Totus hic influxus ad hoc debet restringi, quod libri poenitentiales occidentis praebuerunt monachis Graecis saec. IX. copiam et ansam simile quid ad usum snae ecclesiae componendi.

Nomocanon igitur Nestentae non est simplex versio librorum poenitentialium occidentis sed quoad internam indolem et formam est opus omnino independenter exaratum. *Demetrius Jaremko.*

Богословскій Вѣстникъ (Bogoslovskij Vѣstnik) 1906 (P. tr.)

P. Svѣtlov: O posѣшении театра духовенством (De theatri visitatione a clero) I, 570—576. Quae clerus de theatro sentiat enarratis, auctor suadet clero, ut theatrum visitet. Ut vero scandalum, quod oriri posset, evitetur, vult ut clerus vestes laicales et tonsos capillos habeat.

I. Gromoglasov: Bastilija duha (Bastille mentis) I, 577—596.

Cum scholae ecclesiasticae, quae in Russia habentur, finem, ad quem erectae sunt, minime consequantur, ideo non abs re fore censuit, Gromoglasov, libri, qui hac de quaestione tractat («Духовнаѧ школа.» Сборник statej. Moskva 1906), argumentum referre. Articulum nondum finivit. Nondum enim, quae sit in his scholis religiosa educatio, depinxit.

V. Myšcyn: Iz periodiесkoj pečati (Ex foliis periodicis quaedam): 1. Gosudarstvennaja Duma i Gosudarstvennyj Sovět. — Konstitucija i kristianstvo. I, 597—603; 2. Iz razgovora o politikѣ духовенства. — O predstavitel'stvѣ klira na sobore. — Cerkovnaja gazeta. I, 768—783; 3. Gosudarstvo i Cerkov', II, 155—174.

Myšcyn refert, quae de rebus ad ecclesiae reformationem pertinentibus in foliis periodicis scribantur, suasque adnotationes hinc inde addit. In opinionibus Myšcyn influxus protestantismi quidam inveniri videtur.

A. Kotovič: Духовнаѧ цензура в Rossii v pervoj polovinѣ XIX. v. (1799—1855) (De ecclesiastica censura, quae in Rossia primo dimidio saec. XIXi viguit) I, 654—691.

Ecclesiastica censura in Rossia post varias vicissitudines tandem a. 1799. organizata est; hoc enim anno „Moscoviensis censura ecclesiastica“, cui postea ecclesiasticae pro censura facienda commissiones sunt suffectae, instituta est. Cuius instituti organizationem eiusque evolutionis historiam Kotovič tradere intendit. Opus inchoatum in sequentibus fasciculis persecutur.

Episc. *Evdokim:* Car i Patriarchy (Кarakteristikѣ ih vzaimnyh otnošenij) (Imperator et patriarcha); (De eorum inter se relationibus) I, 739—767. Auctor desiderans, ut status, qui inter imperatorem et patriarcham auct. Petrum M., a quo status hic destructus est, vigebat, instauretur, huius status imaginem in memoriam revocat. Epistolam nempe imp. Alexii Michaëlis, — in qua mutuae inter imperatorem et patriarcham rationes expressae habentur, — ad Niconem metr. ex Novgorod de patriarchae Iosephi obitu tractantem, in extenso cum adnotationibus suis adfert. Qua occasione summis laudibus hanc

coniunctionem per duo saecula durantem effert huinsque temporis statum deplorat (Praesentis ecclesiae »organizacija i upravlenie est« ne čto inoe, kak odna iz častej gosudarstvennago upravlenija« p. 762). —

Nic. Popov: Po voprosu o sostavě predstojaščego cerkvnago sobora (De instantis synodi membris) II, 82—97.

Auctor quaestionem de synodi membris dijudicandam esse censet non ex iure canonico, cum hoc sub influxu absolutismi imperatorum Graecorum formatum sit, sed secundum praxim per saecula in ecclesiam observatam. Quae praxis cum cleri tum populi influxum in rebus ecclesiasticis ostendit. Etenim historia ecclesiastica nos edocet clerum et populum, licet non aequalem cum episcopis, tamen plus quam consultativam vocem habuisse (p. 87 sqq.). Ideo etiam in instanti synodo clerus et populus cum antiquis suis iuribus admittendus erit.

Verum notandum est: auctorem, si in rebus ecclesiasticis quidam cleri et populi influxus inveniebatur, hunc influxum nimis exaggerare, id quod quoad primas synodos oecumenicas maxime observatur (cf. p. 87 sqq.).

V. Sokolov: Predstojaščij Vserossijskij cerkovnyj Sobor; ego sostav i zadači (Instans Russica synodus ecclesiastica; eius membra et officia) II, 34—59. Sokolov präelectionem quandam, quam in loco quodam habuit, typis mandavit. Qua in präelectione populari modo ostendere nititur populum et clerum in rebus ecclesiasticis plus quam consultativam vocem habuisse, — ideo etiam in instanti synodo eodem modo procedendum esse populoque et clero saltem ‚collective‘ sumptis maiores praerogativas denegandas non esse.

V. Lavrskij: Moi vospominanija ob arhimantriè Theodore (A. M. Buharevè (Memorabilia de arch. Theodoro Buharev) II, 98—128, 569—609. Quae prius incepit (cf. Bogos. Věstn. 1905, II, 499 sqq.), prosequitur.

Dr. I. Staciu: Bor'ba za glagoličeskuj u liturgiju rimskokatoličeskago dužovenstva v Kroacii i Dalmacii (Conatus a clero Romano-catholicō in Croatia et Dalmatia pro defendenda glagolica liturgia suscepti) II, 129—148, 417—429. Duo documenta, quae pro liturgia glagolitica magni momenti sunt, nempe, *a)* memorandum episcoporum, qui Slavos Meridionales in suis dioecesis habent a 21. Mai ad 4. Iunii 1905 Romae collectorum (sine titulo) et *b)* epistula sacerdotum ex quibusdam dioecesis »Preuzviseni Nadbiskupi i Biskupi crkvnih pokrajina Zagreba, Gorice, Zadra, Sarajeva« Dr. Staciu analysi subicit et suas adnotaciones addit.

Liturgiae Slavicae evolutionem uigris coloribus depingit magna-que ex parte omnem culpam in Romanos Pontifices devolvit. Ad quae duo notanda esse videntur: *a)* auctor cl. non satis perspexit: in ecclesia catholica etiam consuetudinem novi iuris fontem esse; *b)* quae de R. Pontificium ad liturgiam glagoliticam saec. IX—XI. relationibus dicit, ad minimum confusa sunt atque inter se repugnant (cf. p. 135, 141, 145).

I. Gromglasov: O predpolagaemom izdanii sv. Sinoda m cerkovnyh pravil s tolkovaniyami (De editione canonum ecclesiasticorum cum eorum commentariis a s. Synodo instituenda) II, 149—154. Cum Russi synodum convocare velint, canones ecclesiae cognoscendi et intelligendi sunt. Hunc in finem Gromglasov ad novam editionem quasdam animadversiones proponit additque canones, licet omnes cognoscendi sint, non tamen omnes in praxim perduendos esse.

N. Aksakov: K voprosu o sostavě cerkvnago sobora (De ecclesiasticae synodi membris) II, 212—296. Aksakov, quid de eorum opinione, qui clerum et populum a synodo excludere volunt, sentiendum sit, inquirit. Censet auctor, cum nullus canon habeatur,

qui de synodi membris et de exclusione cleri et populi loquatur, hanc quaestionem ex praxi ecclesiastica et ss. Patrum scriptis, quae synodalibus decretis ut basi innitantur, decidendam esse. Quae si consuluntur, sequentia statuit tenenda esse: 1) Synodus vocatur «synodus episcoporum» solum a c. 19. Chalced. (Trullana enim idem repetiit in decr. 8., — c. 36. apost. dubius est — p. 215 sqq.); 2) Episcopus in synodo non adest vi ordinationis vel alicuius iurisdictionis; nam aliquin neminem tanquam sui vices tenentem mittere posset (p. 218), — neque adest ut suae ecclesiae repraesentans, hoc enim si verum esset, ipse a synodo iudicari non posset delegationemque necessariam a populo sibi datam haberet (p. 218 sqq.); 3) neque etiam episcopis solis (exclusive sumptis) ecclesia regenda concredita est (p. 221); 4) sed episcopus in synodo adest ut ecclesiae suae antistes, qui ab ecclesia hoc munus sibi commissum habet atque coram ea de statu ecclesiae rationem reddere debet (p. 227). 5) In septem conciliis oecumenicis populi et cleri absentia per imperatoris voluntatem explicatur (p. 248), populus tamen concilia acceptando eis oecumenicorum notam tribuit (p. 249).

Quis itaque synodo ut eius membrum adesse possit, non e conciliis oecumenicis, utpote quae nulla determinata regula sed imperatoris placitis regerentur, sed e synodis particularibus et praxi ecclesiastica discendum est. Quae si praे oculis habentur, clerus et populus ad synodum admittendi sunt; membra vero synodi omnia iisdem prerogativis instructa sunt (p. 237, 251, 265): itaque populus et clerus aequalem cum episcopis vocem in omnibus quaestionibus habent; episcopi vero hoc solum privilegium habent, quod membrum aliquod e synodo excludere possunt (p. 265).

In toto articulo nimius protestantismi influxus conspicitur. Velut cum dicitur episcopum ad regendam ecclesiam a populo delegari nec non deereta synodalia omnem vim obligatoriam a populo accipere (cf. 219 et 249 sq.). Dein quomodo auctor sine veritatis laesione scribere potuerit: „tempore arianismi, monophysitismi, monotheletismi et iconoclastarum universam hierarchiam iisdem erroribus infectam fuisse“ (p. 225), minime patet. Etiam quae ex synodis particularibus et e s. Athanasio adfert, aliter atque ab ipso explicantur et explicari possunt.

P. Sokolov: Problema věry s točki zrěnija psichologii i teorii poznaniija (Quaestio de fide in luce psychologiae et cognitionis considerata) II, 270—301. In hac praelectione in dissertationem suam, quam ante magistri gradum obtinendum habuit, quasdam animadversiones proponit.

P. Levitov: Proekty reformy duhovno-učebnyh zavedenij (Proposita reorganizationis scholarum ecclesiasticarum) II, 302—319

I. Figurovskij: Biblejskaja i Cerkovnaja istorija v duhovnyh seminarijach (Historia biblica et ecclesiastica in seminariis eccles.) II, 320—337. Defectus, qui in tractanda historia sacra in seminariis occurrunt, enarrat.

P. Levitov: Po voprosu o duhovnom obrazovanii (De ecclesiastica eruditione et educatione) II, 338—349.

Quoad seminaria auctor haec postulat: 1. ut in seminaria omnes etiam filii non sacerdotum intrare possint; 2. ut si ratio adest, seminaristae, in domibus privatis habitare possint; 3. ut post finita seminarii studia seminaristae statum, quem velint, eligant; 4. ut denique discipulus coram regimine scholari sese defendere possit.

S. Smirnov: Drevnee duhovničestvo i ego proishoždenie (De patris spiritualis officio eiusque origine) II, 369—381. Haec ad magistri gradum obtinendum praelectio est. Smirnov iam a multis annis de «patris spiritualis» evolutione investigans, in multis hanc

quaestionem illustravit. Communiter »patris spiritualis« officium in antiqua ecclesia ex presbyteri paenitentialis institutione derivatur; — huic opinioni Smirnov sese opponit. Secundum eum sequenti modo res sese habebat: (— A vocis terminologia (*πατήρ πνευματικός*) exeundo quaestionem illustrandam esse dicit —) a) »πατήρ πνευματικός« appareret prima vice in litteratura IV^o saeculi, usque ad dimidium IX^o saeculi; significabat autem non sacerdotem paenitentiam excipientem et ab episcopo delegatum, sed simplicem monachum (qui communiter non erat sacerdos), quem iunior monachus ut suum in rebus spiritualibus consiliarium et antistitem eligebat; b) pater hic spiritualis, licet sacerdos non fuerit, confessionem sui discipuli excipiebat et ab omnibus etiam canoniciis peccatis ipsum absolvebat; c) factum hoc Smirnov ex eo explicat, quod antiquitus monachi charismatibus pollebant et ex hoc generali dono charismatum etiam speciale i. e. donum absolvendi a peccatis derivabant; d) Praxis haec etiam inter saeculares propagata temporis successu in tota ecclesia (Graeca) universalis facta confessio que apud monachos facta confessioni ecclesiasticae suffecta est.

A. Béljaev: Professor Moskovskoj Dužovnoj Akademii P. S. Kazanskij i ego perepiska s arhiepiskopom Platonom (Prof. Moscovensis eccl. Academiae P. Kazanskij).

A. Čireckij: O cerkovnoj reformě De ecclesiae reformatio ne II, 448—496. De virorum intelligentium, quos vocant, ab ecclesia abalienatione, id observandum esse auctor dicit: hierarchiam Russicam censem totam ecclesiae reformationem in sua a potestate civili independentia et in canonum resuscitatione consistere. Auctor vero affirmat solam canonum resuscitationem in hodierno rerum statu neque utilem neque possibilem esse: nam praesertim mores esse reformandos. Ideo nexus, qui inter antiquam et recentem ecclesiam vigere debet, in eo positus sit necesse est, ut antiquae ecclesiae vita et spiritus, non littera in memoriam revocetur.

A Kotorič: Zakon Božij, pravila gosudarstvennaja, blagoravie i literatura v soznanii dužovnyh censorov epoži Aleksandra I. (»Lex divina, codex imperii, ethica et litteratura apud ecclesiasticos censores epochae Alexandri I.«) II, 497—529.

Kotovič de censoribus Alexandri I eorum agendi modo nec non de eorum regulis, secundum quas opera approbabant, tractat. Regulae, quibus censores in diiudicandis operibus regebantur, ad quattuor, quae in articuli enumerantur, reduci possunt.

Modus, quo prima regula in praxim deducebatur, pro theologiae in Russia evolutione, magni momenti est.

V. Javorskij: Prepodavanie pedagogiki v dužovnyh seminarijach (Paedagogia in ecclesiasticis seminariis) II, 610—632. Modum, quo paedagogia in seminariis tractatur, crisi subicit statumque paedagogiae tristem esse dicit.

S. Š. Sobranija pedagogov dužovnyh učilišč Moskovskoj eparchii (Consensus paedagogorum ecclesiasticorum scholiarum Moscov dioecesis) II, 633—652.

S. S. Škol'nyj vopros na pred sobornyh sověščanijach (Quaestio de studiis in consiliis antesynodalibus) II, 653—663. Expositis, quae in concessibus synodalibus de studiis peraguntur, concludit nunc non esse tempus aptum, ut scholae ecclesiasticae funditus reformatur, — in praesenti tantum maiores defectus corrigendos esse.

P. Florenskij: O tipah vozrastaniya (De speciebus progressionalis) II, 530—568. Florenskij, explicata mathematica lege de progressionе, quandam cum hac lege similitudinem in perfectione spiritali (nisu eam adipiscendi) inveniri ostendere nititur.

M. Haluščyński.

RUTHENICA.

De statu praesenti ecclesiae et litterarum theologicarum apud Ruthenos in Galicia

II.

Conspectus publicationum periodicarum theologicarum apud Ruthenos (Res porro tractatur).

a) **Місіонар** (*Misionar*) X., 1906, № 6—12, pg. 161—380
(з місіонарчиком).

Argumentum totius tomii decimi „Missionarii“ reduci potest, ad 14 parte. In I^a parte continuantur res, quae vulgus docent de dogmatica et morali doctrina christiana ad modum catechizationis. Mentione digna sunt dicta de cultu Saceratissimi Cordis Domini Nostri. In II^a parte continuantur vitae Sanctorum pro singulis anni mensibus. Pars III^a inserbitur „de regno Cordis Christi“ pars IV^a „in Terram Sanctam“. In V^a parte „Ex orbe terrarum et ecclesia“ continentur facta nostrorum dierum scitu necessaria. Sequitur pars VI^a exhibens narrationes religiosas et asceticas, pars VII^a proponens exempla imitanda, pars VIII^a Patrum et ascetarum dicta, pars IX. carmina in honorem Domini, Deiparae et Sanctorum. In parte X^a Nuntius Saceratissimi Cordis^z traduntur intentiones singulis mensibus in precibus pro ecclesiae necessitatibus observandae. Praeterea pluriuae publicantur gratiarum actiones fidelium pro votis exauditis neenon imagine ex hagiographia et historia sacra. In genere „Missionarius“ comparari potest et debet cum foliis generis „Sendbote des gl. Herzens Jesu.“

„Missionarius“, etiam si parvo ambitu et sine valore scientifico, mentionem specialem meretur gaudet enim admirabili popularitate, permulta millia exemplarium eius in populum sparguntur, ad sensum religiosum promovendum inservit laetissimo cum fructu, id quod tempore agitationum vehementissimarum ex parte liberalium et radicalium apud nos magni est momenti. „Missionarius“ est imago classica sensus religiosi et necessitatum religiosarum apud vulgus Ruthenicum Galiciae.

Praeterea singulis annis editur tamquam supplementum „Missionarii“ kalendarium, quod excellentibus qualitatibus et mira popularitate superat omnia nostra kalendaria.

b) **Католицький Вехід** (*Katolyckyj Vshid*), III., 1906, № 3—4, pg. 257—304.

Numerus tertius huius folii characterem iubilarem habet et dedicatur R. D. Isidoro Dolnyckyj, spirituali seminarii Leopolensis, qui quinquagesimum ab ordinatione annum explevit. Sacerdos hic iubilaris est celeber ritualista (seripsit opus „Typik Cerkve rusko-katoličeskija“, L'vov, 1899, pg. 592) et cantus ecclesiastici et linguae palaeoslavicae peritus (seripsit hac lingua akathiston ad Saceratissimum Cor.). Biographia viri iubilaris carmina in honorem eius composita auctoribus J. Zawerucha et M. Šepaniuk et historia fundatae a Dolnyckyj sodalitatis Marianae in seminario constituunt primam partem IIIⁱ numeri. Sequitur deinde

„Historico-litterarius conspectus homiliae Ruthenorum a. 1800—1850 auctore T. Kudryk (pg. 221—240, 326—342); „De philosophia christiana eiusque valore“ auctore O. Voljanskij (pg. 241—255, 309—325); „De Roskol in Russia“ auctore V. Lysko (pg. 116—128, 256—281, 343—357). Praeterea inveniuntur contiones ecclericorum in seminario habitae, bibliographia sed exclusive fere aliena, non Ruthenica et nonnulla, quae vitam in seminario spectant.

Homiliae s. Chrysostomi vertuntur usque ad XVII.^o et constituent supplementum propria paginatione instructum.

„K. Vshid non magnum valorem habet scientificum; editur enim a invenibus est tamen documentum vitae novae et cupiditatis sciendi reformatione seminarii nostri exortae praeparatque iuvenes ad seria studia theologiae in posterum tractanda.

c) **Ліва (Nyva)**, III., 1906, № 10—24, pg. 265—744.

Continuatur per omnes numeros dissertatio historica a I. Šyb conscripta „Historia unionis ecclesiae in Bukovyna usque ad a. 1901“ dissertation apologetica a F. Ščepkovyč „I. W. Draper eiusque historia pugnae inter fidem et scientiam“ et versio Vladimiri Sołov'ev „Russia et ecclesia universalis. Haec tria in numero 24^o finiuntur.

Argumentum totius tomii tertii „Nyva“ redigi potest in sex partes. In 1^a parte, quae „Scientiae dissertationes“ inscribitur, continentur sequentia: O. Voljanskij, animadversione „de foliis, belletristica, liberalismo, nationalismo“ (pg. 341—5, 374—7), ubi ostenditur tendentia liberalismi apud Ruthenos, qui omnes partes vitae nationalis occupare vult. — Idem „De ecclesia catholica et philosophia“ (pg. 406—8, 441—4) ubi merita ecclesiae catholicae de philosophia et neothomismum tractat. — Idem „De ecclesia et imperio civili“ (pg. 463—470, 508—513); separatio imperii ab ecclesia in Gallia, ansam dedit auctori ad evolvenda principia catholica de relationibus ecclesiae ad statum civilem et ostendendi iniuriam legis separationis de die 9. Decembr. 1905. — Idem „De ecclesia et cultura“ (pg. 527—530); traduntur, quae Hipp. Taine et Aug. Comte senserint de meritis ecclesiae catholicae in cultura humana exhibitis. — Idem „Sitne theologia scientia?“ (pg. 558—561, 595—598); actionem studiosorum, liberalium universitatis Pragensis, qui sub influxu famosi illius professoris Masaryk propagant ideam eiciendi theologiam ex universitatibus, imitantur studiosi Ruthenorum. Contra hanc tendentiam in praejudicio de charactere non scientifico theologiae catholicae fundatam, ostenditur in hac dissertatione, theologiam catholicam esse veram scientiam. — Idem „Glossae ad orationem de scientia, religione et schola“ (pg. 585—588, 629—633). Oratio professoris Masaryk, cui ansam dedit notus ille casus parochi Dostal-Lutinov et professoris K. Iudae, translata est in linguam Ruthenicam et publicata in foliis liberalibus „Lit.-nauk. Vistnyk“. Contra hanc orationem scriptae sunt „glossae“ quarum scopus est ostendere ignorantiam et malam voluntatem professoris Masaryk.

Praeterea scribit A. Govda in multis numeris „lineamenta sociologica“: I. Levyckij vertit lectionem praelati Danner „de matrimonio, familia eiusque valore sociali“ in cursibus Salisburgensibus ha-

bitam. I. Dzerovyč proponit sententias suas de reformanda methodo religionis in scholis mediis tradendae (in 9 numeris). I. Donarovyc agit de cessatione ab opera et proponit christianam hanc de re doctrinam (pg. 536—8, 574—8, 599—602): quaestio actualis propter celebrem illam cessationem ab opera tempore messis anni 1902. in Galicia factam; I. Borian vertit caput unum ex opere Markovyc „de iure patronatus apud Ruthenos“ (pg. 377—380, 441—4), ubi origo patronatus huius a regibus Poloniae deducitur: A. Redkewyc (pg. 380—6) in critico conspectu Dris W Jerusalem introductionis in philosophiam, quam in linguam Ruthenicam transferre intendunt — ostendit, quatenus professor Vindobonensis a vera philosophia recesserit; I. Ćornodola (pg. 285—290, 311—322) publicat relationem suam in conferentia pastorali cleri Myśnicensis propositam „de prima confessione et communione puerorum“; denique auctor quidam agit „de socialismo et socialistis“ cum allusionibns multis ad socialismum apud Ruthenos vigentem (pg. 235—241, 270—6, 299—304).

In parte II^a „Ex ecclesia et orbe terrarum“ traduntur varia consilia cleri Ruthenici, quae spectant ad reformationem defectuum vitae nostrae religiosae, communicantur nuntii de rebus ad ecclesiam universalem et particularem in Galicia pertinentibus et pugnatur cum liberalismo Ruthenorū. Speciali mentione dignus est „conspectus foliorum“ ab I. Kevyekyj compositus, ubi notantur omnes liberales et radicetales voces, quae in foliis Ruthenorū audiuntur. Hie conspectus præbet eximium documentum ad pugnam inter catholicismum et liberalismus apud nos cognoscendam.

Pars III^a continet bibliographiam maximam partem ab I. Boeian scriptam. Traditur in hac parte (pg. 740—1) Slavorum litter. conspectus de ecclesia Ruthenorū. Sequuntur parte IV^a „necrologia“ V^a „miscellanea“ VI^a „contiones“ cum propria paginatione“ (pg. — 191.).

Neque Nyva^a magnum habet valorem scientificum originalem. Continet enim opera varia ex aliis libris et foliis compilata, accommodata ad necessitates et utilitates cleri Ruthenorū. Habet pro scopo, ut certi fiant sacerdotes nostri de iis omnibus, quae in scientiis et ecclesia aguntur; præbet proinde documentum novi huius motus apud clerum nostrum, qui tendit ad principia catholica in omnibus partibus vitae nationalis promovenda et stabilienda et liberalismum omni ex parte oppugnandum. K. Vshid^a et „Nyva^a“ signum est et imago evolutionis conceptum et idearum, quae evolutio tendit magno cum vigore ad principia vere catholica ubique propugnanda.

III.

Bibliographia novissima.¹⁾

a) Bibliographia theologica Ruthenorū.

Scriptura sacra.

Господа нашого Іисуса Христа святе Евангеліє від Матея іславянсько-українською мовою (Gospoda našogo Iysusa Hrista

¹⁾ Indicantur hoc loco libri, qui in foliis Ruthenorū theologicis anni

svjate Evangelie vid Mattheja slavjans'ko-ukraains'koju movoju). Moskva. 1906. 16⁰. 160 + 1. (Nyva, IV 1907, pg. 28).

Aleksander Bačyn'skij, Новий завѣтъ Г. н. Іисуса Христа въ языцѣ церковно-словенськомъ съ переводомъ на языкъ народно-русскій съ поясненіями. (Novyj zavet G. n. Iysusa Hrista v jazyce cerkovno-sloven'skom s perevodom na jazyk narodno-ruskij s pojasnenjami.) Leopoli. 8⁰. 8 + 992. (Nyva, IV 1907, 28—9).

Kuliš-Puljuj-Nečuj, Святе ииельмо Старого і Нового Завіта. (Svjate pis'mo Starogo i Novogo Zavita.) (editio societ. biblic.).

Dr. Vasyl' Šurat, Святе Ииельмо в Шевченковії поезії. (Svjate pis'mo v Ševčenkoviј poeziy) (ante paucos annos editum).

Theologia practica (cum carminibus).

Dr. Ioan Bartoševskij, Нови проповѣди празничні. Novy propovedy praznycny.) Leopoli 1906. 8⁰. 189. (Nyva, III, 68—9).

Petro Bilyn'skyj, Проповіди на свята і негілі цілого року. (Propovidы na sv'yata i negili) Tres partes (sub prelo).

Julijan Dzerovyč, Цариця моя Марія, (Cariceja moja Maryja. Žovkva) 1906, 8⁰ VIII + 284. (Nyva, III, 227—8).

Eugen Guzar, Нарис катихитики і методики. (Narys katyhytyky i metodyky) L'viv. 1906. 8⁰. IV + 100. (Nyva, III, 322—5).

Atanazyj Levyn'skyj, Наука о Службі Божій. (Nauka o Službi Božij) Leopoli 1906. 16⁰. 43. (N. 8. publicationum societatis s Pauli).

Наюстронані житя святихъ угодникъ Божихъ на кождый день въ роцѣ. (Hjistrovany žitja svjatyh ugodnikov Božyj na kožduj den' v ročě) fol. 29 × 21 cm. (sub prelo : Nyva, III, 710).

Izidor Svystun, Исторія Церкви въ Кривомъ. (Ustorija Cerkvy v Kryvom) Leopoli 1906. 16⁰. 79.

Preosyjašč. Grygorij (episcopus Stanislaopol.) О дѣяльности священничій. (O dějal'nosty sv'yjašenycij) Stanyšlavov 1906, 8⁰ 166+67

Idem Бібліотека священичча, ibidem (Nyva, III, 162—3).

Uvan Dun'ko, Пѣвець (Pěvec = Cantor). Зборникъ новыхъ церковно-пародійныхъ пѣсень. Перемишль. 1906. (N. 3—4 publicationis t. „Libri missionarii“).

Pavlo Štokalko, Цьвіти Марії. (Cvity Maryi) Поезії. Leop. 1906. 8⁰ 46. (Nyva, III, 100—1).

Alia.

Dr. Vasyl' Šurat, Грунвал'дска пісня (Bogurodzica dziewicza) намятка западно-руської літератури XIV в. (Grunval'dska pisnja [XIV. saec.]) Žovkva. 1906. (Nyva, III, 643—5).

Duilhé de St. Projet Jaroslav Levyckyj, Наукова апологія християнської віри. (Naukova apol'ogija hryst. viry). Tres partes. Lepoli 1906. 438.

A mense Junio 1906. coeptum est edi Leopoli folium hebdomadarium populare „Основа“ (Osnova). Etiam si primarius scopus folii est culturam et politicam secundum principia christiana catholica docere.

tamen res religiosae non plane omittuntur. Hoc folium primum est in suo genere apud Ruthenos.

Multa historiam ecclesias Ruthenorum eorumque theologiam spectantia Leopoli publicantur a societate scientifica nomine Ševčenka, et quidem in sectione philologica et historica. In hac ultima edita est historia Українаe-Rutheniae conscripta a Myhaïlo Hruševskyj, celebri professore Leopolitano, quod opus nondum finitum iam denuo editur et in Germanicum convertitur. Multa de historia ecclesiae nostrae hoc in opere inveniuntur.

In foliis menstruis „Літературно-науковий Вісник“ (Literaturno-naukovyj Visnyk), quae decem iam annos Leopoli eduntur et ab anno 1907 in sectionem Lenpolensem et Kijoviensem distinguuntur, multae emittuntur commentationes ad landem doctrinae aspirante, quae theologiam respiciunt. Dissertationes hae praesertim e linguis alienis translatae rationalismum extreum produnt et pro scopo habent sub doctrinae specie ecclesiam christianam et generatim religionem revelatam falsissimis argumentis oppugnare. Contra haec folia, quae ignorantia crassa in rebus theologicis laborant, pugnat saepe „K. Vshid“ et maxime „Nyva“. Ita e. g. continetur in „L. N. Visnyk“ (1906, fasc. 7.) commentatio, quae inscribitur „Liberatio ab inferno“, ubi doctrina christiana de vita aeterna et de purgatorio tamquam supersticio gentilis tractatur. (Cf. Nyva, 1906, 472—8). In alio numero (1906, fasc. 11) asseritur, theologiam moralem catalogum septem peccatorum capitalium ex astrologia gentili recepisse. (Cf. Nyva, 1907, 51, sqq.).

Vestigia „L. N. Visnyk“ sequitur etiam publicatio Leopoli edita, quae vocatur „Літературно-наукова Бібліотека“ (Bibliotheca literaria-scientifica). Editur sumptibus societatis Vydavnyča Špíka et libros theologiam spectantes malos, atquead eo nonnullos pessimos spargit. In serie II^a Bibliothecae inveniuntur famosa scripta de Hussio (No. 15), de biblia (No. 60—61), de evangelio (No. 111), de islamismo (No. 88—90); Islamismus Christianismo anteponitur!, de Iesuitis (No. 133—134). Hoc ultimum scriptum t. E. Цеклер „Закон Езуїтів“, Ільвів, 1906 — versum est ex Realencyklopädie für protest. Theologie und Kirche, Herzog-Hauck, (Leipzig, III. Aufl. VIII. B. 742—784. St.) et acriter oppugnatur in „Nyva“ (IV 1907, 67—74).

b) Bibliographia res theor. Ruthenorum spectans.

P. I. Žiteckij, О переводахъ Евангелия на малорусской языке. (О perevodah Evangeliya na malorusskij jazyk). Spb. 1906. 8⁰. 2 + 65. (Nyva, IV 1907, 28).

G. I. Makarevič, Выборные начала въ духовенствѣ въ древне-русской преимущественно югоzapадной церкви до реформы Петра I. (Vybornye načala v duhovenstvě v drevne-russkoj preimushčestvenno jugozapadnoj cerkvi do reformy Petra I.) Poltava 1905. 8⁰. 130. (K. Vshid, III. 183—4).

G. G. Pavlukij, Чрепичные и каменные храмы. (Derevlyane i kamennyye łemamy) Kiev 1905. 2⁰. VI + IV + 124. (Nyva III., 195—7).

1. S. Svēneickij, Церковно-и рускославянскія рукописи публичной библиотеки „Народного Дома“ въ Львовѣ. (Cerkowno-i russkoslavjanskija rukopisi publičnoj biblioteki „Narodnogo Doma“ v Lvově). Spb. 1904. 80. 65. (K. Vshid, III. 88—9).

Chotkowski, Dzieje zniweczenia Unit Kościoła na Białorusi i Litwie. Kraków. 1915.

Idem, Historya polityczna dawnych klasztorów panieńskich w Galicyi 1773, 1848. Kraków. 1905. (Kultur, 1906, 122—4).

T Gromnicki, Armianie w Polsce, ich historya, prawa i przawileje.

Likowski, Unia brzeska w roku 1596.

Ch. Mazowiecki, Notatki historyczne o cudownym obrazie Matki Boskiej w Poczajowie i tamżejszym klasztorze. Lwów. 1905.

Dr. Wł. Mysat, Przepisy o konkurencji kościelnej i komitetach parafialnych obowiązujące w królestwie Galicyi. Tarnów. 1906. (Nyva, III. 356—7).

P. J. Podlasiak, Martyrologium czyli Męczennstwo Unii na Podlasiu. Kraków. 1905. 80. 37. (K. Vshid III. 89).

Słotwiński, Unia podlasko-chełmska.

Wołyńiak, Spis klasztorów unickich Bazylianów w województwie wołyńskim. Kraków. 1905.

Idem Lista opatów Bazylianów w Grodnie. Kraków. 1905.

Likowski, Geschichte des allmaeligen Verfalls der unirten ruthen. Kirche im 18—19. Jahrhd. unter polnischem u. russischem Scepter. (Nyva, III. 258—9).

Februar. 1907.

O. Voljanskyj.

SERBICA

Bogoslovski Glasnik. VIII. (1905) nr. 4—6; IX (1906) nr. 1—3.

J. Živanović, Partikula „jako“ u crkvenoslovenskom jeziku u Djelima apostolskim. (Particula „jako“ in lingua ecclesiastico-slavica in Act.) VIII, 256—261. —

Particula „jako“ in Act. variam significationem habet. Saepissime ponitur pro ἐπει (Vulg. quia, quod, quoniam) vel in propositionibus declarativis (2, 13, 29, 30 e. a.) vel in oratione recta (5, 23, 25 e. a.) vel causaliter (2, 6, 25, 27 e. a.) Pro graeco ἐπως (ut) in propositionibus finalibus ponitur „jako da“ (8, 15, 24 e. a.) ὡστε (ita ut) similiter per „jako“ exprimitur (5, 15; 9, 12 e. a.). Praeterea „jako“ etiam temporaliter pro ὅτε (cum, 17, 13) et concessive pro ωτοτε (quamvis) usurpatur (17, 27). Adverbialiter ponitur „jako“ pro ὅτι (tamquam) (3, 22; 6, 15; 7, 37; 8, 32) et pro ὥστι (circiter) (2, 41; 4, 4 e. a.). Auctor parum critice procedit, textum originalem non respicit, significationem particulae „jako“ non semel falso explicat; e. g. Act. 1, 19 jako ὡστε (ita ut) consecutivum est (non declarativum p. 256), Act. 3, 22 „jako“ significat orationem rectam (non propositionem declarativam p. 256), Act. 1, 5 oratio recta per „jako“ significatur, non vero propositio causalisa (ut auctor p. 258 dicit); in propositionibus finalibus semper jako da ἐπως ponitur (solum „jako“ nunquam sensu finali usurpatur p. 259), jako da ἐπως numquam consecutivam (ut auctor p. 260 affirmat), sed semper finalem significationem habet.

M. Solarić, Unija u Velikoj Pisanici (De unione in V. Pisanica) VIII, 339—48, 407—16. —

In parochia V Pisanica in Croatia unio introducta est a. 1780. Uniti capellam et parochos proprios habebant usque ad 1881. Numerus unitorum

hac in parochia non erat magnus; decursu temporis numerus decrescebat, donec a. 1873. ultimus unitus mortuus est.

V. Maksimović, Svoboda savesti (De libertate conscientiae) VIII, 231—39; 349—56; 380—86; IX, 19—24. —

M. distinguit libertatem conscientiae subiectivam, qua homo libere credere potest secundum persuasiones et desideria interna, et libertatem conscientiae obiectivam, quae in possibilitate persuasiones suas religiosas enuntiandi et aliis praedicandi consistit (332). Libertas conscientiae subiectiva certe a nulla potestate humana limitari potest. Ergo solum de libertate conscientiae obiectiva quaestio moveri potest, i. e. de libertate profitendi religionem et de libertate agendi vivendique secundum suas persuasiones religiosas. De natura et essentia conscientiae M. nec clare nec recte disserit (235—39). Nullam adhuc dari conscientiae definitionem vere scientificam affirmat (235). Libertatem conscientiae obiectivam saepè bono communī adversari posse, tamen eam non esse limitandam — propter eius subiectivam inerrantiam et honestatem (237). In parte II. (351 sqq.) de relatione ecclesiae et status ad conscientiae libertatem tractat. Quaestio de relatione ecclesiae ad haereticos secundum auctorem nostrum coincidit cum quaestione de eorum conscientiae libertate (355), quam ecclesia iis certe non potest negare (356). Membris suis ecclesia christiana libertatem conscientiae concedit quidem, sed cum limitatione quadam (383); qui enim in re gravi contrarie sentit, atque ecclesia praescribit, hic iam desinit membrum ecclesiae esse (381—2). Relate ad eos, qui extra ecclesiam sunt, ecclesia alia media non habet nisi praedicationem cyangeli et spiritum caritatis (386). Potestas civilis econtra libertatem conscientiae obiectivam limitari potest et debet, inquantum bonum societatis id postulat (IX, 19—24). Auctor, uti videtur, plurima ex opere Russico Kiparisov „O svobodě sověti“ (De libertate conscientiae) hausit.

V. Maksimović, Patriarch srpski Georgije Branković i duhovna prosvēta (Quomodo litterae theologicae sub patriarcha G. Branković profecerint) VIII, 295—317. — Occasione iubilaeo sacerdotali patriarchae Karloviciensis G. Branković data historia seminarii Karloviciensis Theologici, quale ultimis decenniis fuit, describitur. Hocce seminarium a metropolita Stephano Stratimirović a. 1794. fundatum est. Annis 1872—5 seminarium clausum erat. A. 1875. theologica studia in seminario Karloviciensi denuo inaugurate sunt. Professores utebantur compendiis Russicis theologicis. Crescente numero auditorum disciplina paulatim ita delapsa est, ut e. g. a. 1881/2 professores contra auditores theologiae ad iudices civiles recurrere cogerentur. Potestas ecclesiastica iura professorum arbitrarie limitabat. A. 1882. rector seminarii Harion Ruvarac (celeber historicus) munere suo privatus est; eodem anno prof. L. Kupusarović munus suum depositus; a. 1884/5 rector et professor E. Radić officij suis se abdicavit. Mores et disciplina inter theologiae studiosos miserrime delapsa sunt. Talis status deplorabilis manebat usque ad a. 1890., quo G. Branković patriarcha factus est. Annis sequentibus condiciones omni ex parte meliores factae sunt. A. 1904/5. demum seminarium clericale pro auditoribus theologiae erectum est. A. 1905/6. docebant 6 professores et 3 docentes; numerus alumnorum I. et II. cursus erat 50.

R. M. Grujić, Prilošci istorii srpskih banatskih manastira (Ad historiam monasteriorum Serbicorum) VIII, 3S7—406; IX, 25—36, 95—103, 181—188. — Historia monasteriorum breviter describitur; dein afferuntur multa documenta e saec. XVIII.

F. Mustjanović, Istočna crkva u Ugarskoj (Ecclesia orientalis in Hungaria) IX, 9—18, 87—94. — Karáczony in libro „Történelmi hazugságok“ (Mendacia historica) demonstrare intendit, ecclesiam orientalem in historia Hungarorum nullum habere momentum. M. contra demonstrat, Hungaros in Panonia iam invenisse christianos Slavos ritus orientalis, qui magnum influxum in Hungaros exercebant. Multa attentione digna afferuntur.

N. Djurić, Ad iafora IX, 189—207. — Historiam quaestionis de adiaphoris (actus moraliter indifferentes) iuxta protestanticam „Realencyklo-

pädie“ I³ et catholicum „Kirchenlexikon“ I² et iuxta prof. Russicum Bronzov exponit. Doctrinam catholicam, quae in citato „Kirchenlexikon“ et historice et theoretice clare exponitur, parum respicit, sed de ea secundum fontes protestanticos et Russicos diiudicat. Ita fieri potuit, ut affirmaret, theologos catholicos, praesertim scholasticos omnes defendere sententiam, actus morales in individuo indifferentes revera existere (191–2), protestantes econtra quaestionem „sublinnius“ tractare et existentiam actuum humanorum moraliter indifferentium negare (193–95). Catholici secundum auctorem nostrum actus morales ex parte exteriore tantum considerant, et propter hunc perversum considerandi modum ad falsam hac in re doctrinam pervenerunt (192). D. ergo doctrinam illam de adiaphoris, quam catholicam esse putat reicit, et sententiam Schleiermacheri, quae inter protestantes secundum D. communis fere evasit, accipit (195–98). At si D. doctrinam catholicam praesertim S. Thomae accuratius inspicere poterat, doctrinam scholasticorum cum sua quoad essentiam coincidere; nam actus moraliter in individuo indifferentes non haberi, fere communis moralistarum catholicorum sententia tenet (Noldin, De principiis 3–4 81 et 87). Iisdem fere argumentis auctor pro sententia sua utitur, quibus catholici utuntur (ex s. Scr. e. g. 1. Cor. 10, 31; Col. 3, 17; Mt. 12, 36). D. ulterius docet essentialem moralitatem actuum non ex obiecto, sed e fine et motivis dessumi. (200–207).

J. Zeremski, Od latak sv. porodice v Egipt (Fuga familliae in Aegyptum) IX, 3–9, 81–86, 153–62. — Exegesis in Mt. 2, 13–25. Zeremski revera perspicue et scientifice singulas pericopas evangelicas explicat. V. 14. (p. 6) addendum erat evangelistam, cum diceret Iosephum accepisse puerum et matrem eius (non uxorem suam), id quoque intendisse, ut indicaret Iosephum non esse naturalem patrem Iesu. V. 15. (p. 6–8) s. familiam non 2–8 annos in Aegypto cominoratam esse Z. concedit, immo demonstrat secundum verba evangelistae commorationem in Aegypto duos menses non transgredi, cum fuga in Aegyptum initio februarii facta sit et Herodem initio Aprilis mortuum esse certo constet. Idem cum probabilitate quadam confirmatur ex v. 22 (p. 155), ubi dicitur Archelaus tunc regnasse in Iudea. Testamentum enim Herodis Archelao Iudeam, Idumaeam et Samariam una cum titulo regis assignavit; Augustos imperator vero titulum regis Archelao non concessit; post decretum Augusti ergo Archelaus non amplius ut rex se gerere et appellari potuit.

F. G.

SLOVENICA.

„Voditelj v bogoslovnih vedah“. 1906—7.

Th. Lempl, Razne pripombe k zgodovini Cirila in Metoda (Variae observationes in historiam ss. Cyrilli et Methodii) 1907

Tractatus hic ut tertius aecedit ad duo priores in eisdem commentariis editos ab eodem scriptore. Summa rerum, quas continent, haec fere est.

1. Fuga s. Cyrilli, qua presbyteratus ordine admisso in monasterium quoddam se recepit (Vita Const. c. 4), apte explicatur tamquam imitatio notissimae fugae sancti Gregorii Nazianzeni, cuius scriptis Cyrillus a tenera iam aetate familiarissime utebatur. Monachatum Cyrillus neque hac occasione suscepit, nec postea in Olympo, sed Romae demum ante obitum suum.

2. Quomodo Cyrillus et Methodius erga pseudopatriarcham Photium se habuerint, singulariter illustrat factum ab Anastasio bibliothecario relatum, quod Photius eremitas in monte Olympo, quia commun-

nionem cum eo declinabant, expulerit, corumque tuguria seu speluncas igni perdidit (Migne, Patrolog. Lat. Tom. 129. col. 13.). Hinc intelligitur, cur Methodius post expeditionem ad Chazaros non potuerit in Olympum reverti, et quod archiepiscopatum oblatum non ex humilitate tantum recusaverit, sed imprimis, quia non licuit a patriarcha illegitimo illum acceptare.

3. Iuxta Vitam Constantini⁴ (c. 14.) princeps Moraviae Rastislau ab imperatore Michaeli non qualemeunque doctorem, sed expresse episcopum petiit. Quare ergo imperator non misit episcopum? Potuerunt subesse variae causae, sed prae ceteris manifesta haec fuit, quia Cyrilus nullo modo consensisset, ut a Photio ordinaretur.

4. Quandiu C. et M. in Moravia operi apostolico insudabant? „Vita Methodii respondet per tres annos Vita Constantini“ per quadraginta menses: legenda Italica: per quattuor annos et dimidium. Haec dissensio apparens tantum est, non vera; nam facile intelligitur, quod scriptor legendae Italicae (Gaudericus, episcopus Veliternus) simul computaverit tempus, quod sancti fratres consumpserunt in erudiendis 50 discipulis apud Kocelum, principem Pannoniae, cum legendae Slaviceae de sola Moravia loquuntur.

5. C. et M. iter Romam instituerunt eo consilio, ut impetrarent erectionem novarum dioeceseon in terris Slavieis et ordinationem episcoporum pro iisdem. Itinere iam inchoato, cum apud Kocelum versarentur, litteras invitatorias Nicolai I. Pontificis acceperunt.

6. Romae C. et M. voti compotes facti sunt per Pontificem Hadrianum II. successorem Nicolai I., ita tamen, ut non aliqui eorum discipuli, sed ipsimet ss. fratres episcopi fuerint ordinati. Omnino etiam s. Cyrillum, non solum Methodium, ad ordinem episcopalem fuisse evectum exactius demonstratur in 2^{do} tractatu (anni 1902). Episcopatum Cyrilli probat a) legenda Italica, quae praesertim post inventam et publicatam epistolam Anastasii bibliothecarii ad Gaudericum inter solidiores historicos fontes censeri debet. Illum eius locum, qui ordinationem Cyrilli et Methodii in episcopos refert, esse interpolatum, tam violenta et arbitraria hypothesis est, ut merito prorsus spernatur. b) Etiam Slavica Vita Constantini⁵, quam alias hac in re legendae Italicae opponere solent, satis clare Cyrillum episcopum prodit cap. 18. Nam post acceptam revelationem propinquae suae mortis veneranda veste⁶ indutus, sub qua nihil nisi vestis episcopum distinguens apte intelligi potest, precationem ad Deum fundit, qua se aperte praepositorum gregis Dominici, nempe fidelium Moraviae, profitetur („fidelem tibi gregem serva, cui me, ineptum et indignum servum tuum applicuisti Quos dedisti mihi, tanquam tuos tibi reddo, rege eos forti tua dextera“ etc.). Insuper discipuli Cyrilli, Romae ordinati in presbyteros, diaconos etc., cuinam episcopo, nisi episcopo Cyrillo, obedientiae canonicae vinculo adstricti sunt? Certe non Hermanio Passoviensi, qui eos nec miserat, nec commendaverat. Quod igitur eadem Vita Constantini⁵ nihilominus actum consecrationis Cyrilli in episcopum non exprimat, necessario corruptioni tribuendum est. Compilator legendae, vel aliquis posterior redactor eius capite 17.

consecrationem episcopalem sanctorum fratrum, qui Pontifici libros liturgicos Slaviclos tradiderant, vertit in consecrationem librorum istorum; quasi ecclesia unquam usum habuerit, libros liturgicos aliqua consecratione donandi. Factum, de quo agitur, confirmat *c)* legenda Moravica, utique minoris auctoritatis. Magnum autem momentum tribui debet *d)* Martyrologio Romano. Nam etsi ecclesia, praesertim antiquiore tempore, varia acta sanctorum suorum commemoret, quae huius temporis critica historia agnoscere ut vera non potest, per omnia tamen tempora valde sollicite episcopos suos notabat et consignabat, quia a valida consecratione et legitima successione episcoporum communicatio potestatis a Christo Apostolis traditae dependet. Etsi igitur C. et M. Pontifices et Confessores forte non prius saeculo 14. Martyrologio Romano inserti fuerint, id non sine solidis testimoniiis factum fuisse, confidere omnino debemus. Accedit *e)* antiquum menologium Serbicum in musaeo Rumjancoviano Moskuae asservatum, quo testante Serbi iam saeculo 13. sollempne festum agebant in honorem ss. Cyrilli et Methodii, Moraviae archiepiscoporum (Martinov, Annus eccles. graeco-slavus sub 25. augusti). Similiter *f)* antiqui Rutheni Cyrillum colebant sub titulo Moraviae episcopi, ut habetur in anthologio ab Ignatio Kulezynski, et post eum ab Assemanio (Kalend. tom. III. pag. 113) citato. — Contra testimonia Cyrilli episcopalem dignitatem expresse assertoria nihil efficit silentium, quod de ea servant diversi, etiam antiqui fontes. Silent Pontifices Hadrianus II. et Ioannes VIII. in suis epistolis, neenon Anastasius bibliothecarius in suis variis de Constantino philosopho relationibus, quia nullam habuerunt ansam et idoneum impulsu, ut mentionem facerent eius episcopalis ordinatiois. Reliqui vero fontes alicuius momenti, qui de eadem silent (legendae et Kalendaria) sunt omnes originis Bulgarieae. Porro Bulgaria plena erat spiritus Byzantini parum reverentiae habentis erga sacros ordines, prout in se sunt. Potuerunt igitur aliqui simpliciter ideo episcopatum Cyrilli negligere, quia pro foro terrestri revera minimi momenti erat. Nam paucos tantum dies iurisdictionem episcopalem retinuit, nec aliud pro grege sibi commisso tunc egit, nisi ut pro eo preces alias ad Deum funderet. Hoc igitur e mentibus evanesceret fulgebatque in eis solummodo Constantinus philosophus et institutor Slavicae gentis. Nec vero solum spiritus Byzantinus generatim, sed maxime etiam reverentia magna erga Photium vigebat in Bulgaria, etiam antequam formaliter a sede Romana separata esset. Libebat igitur memoriam ordinationis episcopalnis Cyrilli, quae Romae facta est, supprimere, ne curiosus interrogaretur, quare eum non prius Photius Constantinopoli ordinaverit, neve resciretur tandem, quam alienus Cyrus a Photio fuerit. Ergo argumentum contra episcopatum Cyrilli e silentio fontium Bulgariorum sumptum nullius valoris est, praesertim cum legenda prae ceteris spectanda. Vitam Constantini^u dieo, episcopatum eius indirecte omnino manifestet, prout superius vidimus.

Ordinavit sanctos fratres in episcopos ipse papa Hadrianus II. in ecclesia Beatae Mariae ad Praesepem die Dominica quattuor temporum Adventus (19. Decembris) anni 868.

7 Papa Hadrianus neoconsecratis episcopis corumque sacerdotibus concessit, ut sacram liturgiam lingua Slavica celebrarent. Ad hoc cognoscendum necessarium non est, fatigari longa disquisitione de epistola Hadriani II., prout cap. 8. Vitae Methodii continetur, utrum scilicet genuina et incorrupta ac fideliter translata sit. Cyrilus quaestio nem de liturgia Slavica, quam introducere cooperat et ob quam contradictiones passus est, Romae proponere debuit et proposuit. Debuit igitur quaestio ibidem necessario discuti et auctoritative solvi. Hadrianum papam autem solutionem dedit favorabilem, qualem ss. fratres optabant, omnes fontes testantur, qui generatim eam rem tangunt. *Vita Constantini* et *Vita Methodii* exhibent hac in re, quia in templis praelegebantur, testimonium ipsius antiquae ecclesiae Bulgaricae, ab immediatis discipulis sanctorum fratum edoctae.

Hoc loco expenduntur etiam rationes, quae Hadrianum II. ad eiusmodi concessionem impellere potuerint.

8. Sub tempore verni anni 869 s. Methodius archiepiscopali dignitate insignitus et simul potestate legati a latere instructus in terras Slavicas rediit et primo in Pannonia apud Kocelum erectionem novi episcopatus promulgavit atque officio suo fungi coepit. Eum sacerdotali tantum ordine provisum ad Kocelum rediisse, et ab eodem postea rursus Romam missum esse, ut episcopus Pannoniensis consecraretur (prout in eius Vita c. 8. in fine legitur), error est manifestus.

9. Subsequenti hieme, probabilissime Ianuario vel Februario anni 870 Methodius, cum in Moraviam transiisset, captus et Passoviensi episcopo Hermanrico traditus est, qui eum durissime tractavit. Postea causam dicere compulsus est coram collectis Bavariae episcopis, qui eum, iniquo iudicio condemnatum, carceri manciparunt. — Conventus is episcoporum habitus est Frisingae apud episcopum Hanonem. — Carcerem tulit Methodius per tres annos, non solum per duos et dimidium. Tempore tandem verno anni 873 agente papa Ioanne VIII. libertatem recuperavit.

10. Refelluntur scriptores, qui putant papam Ioannem Methodio occasione liberationis eius prohibuisse usum linguae Slavicae in sacra liturgia. Multo enim serius hoc fecit, scilicet anno 878 vel 879, quo tempore Methodius epikia usus obedientiam differre rectissime potuit. Quod postea, cum Romam venit, papa Ioannes ipse haud cunctanter agnoverit.

11. Methodius postquam liberatus est episcopale munus obibat non solum in Moravia, sed etiam in Pannonia, quam tamen ultimis vitae annis relinquere coactus est.

12. Iter Methodii Constantinopolitanum (de quo eius Vita cap. 13.) non factum, sed fictum est. Composuerunt hanc narrationem clerici in Bulgaria, spiritu Byzantino et Photiano repleti; quam scriptor Vitae facile credidit, quia et ipse eiusdem spiritus fuit.

13. Aliquot mensibus post mortem Methodii elapsis papa Stephanus V (VI.), mendaciis Wichingi episcopi Nitrani deceptus, usum

linguae Slavicae in liturgia iterum strictissime prohibuit et ipsum Wicingum episcopum totius Moraviae instituit. Quomodo papa ita decipi potuerit, explicatur.

* * *

Nota. Profitebatur scriptor per omnes suos tractatus, Methodium sacerdotem iam factum fuisse, cum in Olympo inter monachos degeret; etsi non plene certum, tamen prope certum ei hoc videbatur. Sed lecta postmodum accurata disquisitione clarissimi Domini Fr. Snopek in periodica publicatione „Sborník Velehradský“ (ann. VI., fasc. 1 p. 55. sqq.) cum eodem nunc existimat, Methodium probabiliter in ordine diaconi tantum fuisse constitutum, cum fratrem Cyrilum ad Chazaros, ad Moravos et Romam comitatus est. Romae igitur primo sacerdos, postea episcopus est consecratus.

Th. Lempl.

Fr. Ks. Lukman, Nauk sv. Ambrozija o eucharistii (Doctrina Ambrosii de ss. Eucharistia), 1906 pg. 117—138 et 233—247. Auctor cum paratu critico veram s. Ambrosii de hoc Sacramento doctrinam ex ipsius scriptis depromptam proponit de reali praesentia et sacrificio eucharistico simulque scriptores — praecipue protestantes — falso eius verba explicantes redarguit.

J. Markošek, Mesijanski psalmi (Psalmi messianici), pg. 138—162. Explicatio „Carminis passionalis“ (ps. 21; hebr. 22.) porro tractatur inde a versu 17. et absolvitur.

Dr. A Medved, Zgodovina slovenskega cerkvenega govorništva (Historia eloquentiae sacrae Slovenicae), pg. 163—185 et pg. 264—286. Ex saeculis X.—XV. duo tantum monumenta exstant: Codex Suprasliensis et sermo i. h. ss. Cyrilli et Methodii; ex saeculo XV. vero sic dicta „generalis confessio“. Reformatio eloquentiam sacram excitavit et reformatores (Trubar, Dalmatin, Krelj) plurima scripserunt practica et quaedam etiam theoretica. — Ex catholicis post reformationem contionatoribus eminent Ioannes Bapt. a s. Cruce (V volumina contion.), Matthias Kastelic, P. Rogerius (duo volumina), Barth. Basar (unum vol.).

1. Dr. *Michael Napotnik*, Pastirski listi (Epistolae pastorales) Maribor 1906. Pg. 786.

2. Dr. *Michael Napotnik*, Privilegia, quibus gaudet parochialis Ecclesia beatae Virginis Mariae, matris misericordiae nuper aedificata et consecrata. Marburgi 1907. Pg. 41.

1. Excellentissimi Principis-Episcopi Lavantini opus sat amplum inscriptum „Epistolae pastorales“ praeter epistolas, quas ipse Praesul vigilans inde ab ingressu episcopatus (1889) usque ad finem anni 1906 clero populoque suo fideli miserat, continet litteras, quibus universi Austriae episcopi iterum iterumque Vindobonae congregati populos sibi commissos in variis vitae publicae et privatae vicissitudinibus per illa tempora monebant, docebant, dirigebant.

Praecipuarum Reverendissimi auctoris epistolarum pastoralium argumenta breviter delineabimus.

Anno 1889 de cantu angelico „Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus“ clero sermo latinus proponitur quasi programma, iuxta quod unitis episcopi et cleri viribus gloria Dei animarum-

que salus sit promovenda (p. 6—22). Anno 1890 clare et concinne exponuntur mutua episcopum inter et populum fidelium officia ex una parte praedicatio verbi divini, administratio sacramentorum, regimen animarum: ex altera parte reverentia, oboedientia, orationisque adiutorium (22—33).

Anno 1891 commendatur necessitas et utilitas mortificationis et abnegationis sui ipsius, tum externae tum internae (63—79).

Anno 1892 s. Joseph, sponsus B. M. V et nutritius Iesu Christi, omnibus et singulis variae condicione dioecesanis sistitur ob oculos tamquam venerandum et imitandum exemplar iustitiae christiana (116—134).

Anno 1893 gravi et prolixa dissertatione ex Ecclesiae catholicae institutione et propagatione, ex eius duratione, unitate et sanctitate, ex influxu saluberrimo, quem exercebat in progressum culturamque generis humani, denique ex illius catholicitate et apostolicitate invicta ducitur demonstratio, eam esse opus divinum, adversus quod non praevalebunt portae inferi (144—181).

Anno 1894 pia associatio familiarum christianarum Familiae Nazarethanae dicatarum commendatur, divae Familiae virtutes domesticae exponuntur earum exercitium familiis christianis commendantur (182—199).

Anni 1895 literae pastorales agunt de infinito Iesu Christi in sanctissimo altaris Sacramento erga nos homines amore et ostendunt vias recte redamandi Regem Eucharisticum (199—218).

Epistola anni 1896 affert verbalem, historicum simul et practicum commentarium Salutationis Angelicae (218—258).

Anno 1897 ex lotione pedum apostolorum, per Christum facta in ultima cena, deducitur commendatio christianae humilitatis et caritatis (270—281).

Anno 1898 in lucem prodiit non solum pia sed etiam docta et scientifica lumenratio de angelis eorumque officiis et beneficiis erga genus humanum, ac praesentim de duabus eorum coelestis. s. Michaelis, veneratione devota (286—332).

Item epistola anni 1899 continet exactam doctrinam de Matre dolorosa eiusque cultu, addita copiosa litteratura hue spectante (356—386).

Epistola anni iubilaei 1900 consecrata est Iesu Christo Deohomini, qui vivit, regnat, imperat, "quod factum ex historia et experientia quotidiana corroboratur (402—432).

Sequenti anno 1901 reverendissimus auctor magna cum eruditione illustravit et argumentis firmis fulsit dogma de resurrectione D. N. Iesu Christi, apposita gravi exhortatione de resurrectione mortuorum (452—490).

Pulcherrima est epistola anni 1902, explanans rationes, historiam, modos, motiva devotionis salutiferae erga sacratissimum Cor Iesu, indicata simul omni quae facilius comparari potest litteratura hanc devotionem concernente (504—535).

Litterae pastorales anni 1903 agunt de iubilaeo Leonis P. P. XIII. Litterae anno 1904 editae pie et docte pertractant doctrinam de immaculata B. M. V. Conceptione in memoriam iubilaei huius dogmatis catholici (579—611).

Similiter epistola anni 1905 exponit omnia de sacratissimo Rosario scitu necessaria (622—663).

Anno denique 1906 in memoriam iubilaei celebris encyclicae Leonis XIII. „Grande munus“ profertur dissertatio historico-critica de vita et operibus Cyrilli et Methodii, disquisitionibus archaeologicis priorum novissimorumque temporum innixa adiecta commonitione practica ad fidem perseveranter servandam (672—713). In annotationibus fontes praecipui recensentur ac litteratura hac de quaestione abundantiter respicitur et adhibetur.

Epistolae enumeratae, sicut et plure aliae, variis occasionibus emissae, tum excellentem eloquentiam tum insignem eruditionem doctrinamque illustrissimi auctoris produnt: una cum epistolis collectivis reverendissimi episcopatus Austriaci tangunt plus minusve omnes quaestiones actuales, quae nunc temporis tractantur animosque commovent. Ideo magna enim utilitate iis uti poterunt tum praecones sacri tum pastores animarum et generatim duces doctoresque populi fidelis. Praeterea epistolae in libro hoc collectae etiam pro scientia theologica momentum non spernendum possident: illustrissimus enim auctor cum stilo oratorio methodum scientificam coniunxit, immo epistolas nonnullas pleno apparatu scientifico-critico adornavit.

2. Speciosa et ampla B. M. V. ecclesia Marburgi (in Styria) a. 1906 titulo et privilegiis Basilicarum minorum de Urbe insignita auctaque est. Hac occasione Reverendissimus auctor ipsam ecclesiam describit, addita historia imaginis miraculose B. M. V. quam saec. XVII. aut monachus quidam Carthusianus ipse sculpsit aut monachi Cartusiae Sicensis (Žiče, Seitz) ab extraneo sculptore conficiendam curavere. Sub inscriptione De honoribus Ecclesiae Marianae Marburgensis ad dignitatem Basilicae erectae exhibetur brevis ac docta dissertatio liturgico-historica de privilegiis et insignibus Basilicarum minorum (p. 18—23). F. G.

Katoliški Obzornik. 1906. Nr. 2 et 3.

Dr. J. Gruden, La mennaïs. Reflexiones historicæ de modernis ecclesiasticis et politicis viis. Pg 153—169 et pg. 241—249 auctor critico vitæ decursum scribens exponit, quomodo Lamennais ideas suas scriptis propagaverit quosque effectus bonos et malos libri eius produixerint, quomodo paulatim per falsas propositiones suas cum Roma congressus interierit. Simil commotionem magnam, quae e scriptis eius processit et usque ad nostra tempora in societatem influit, declarat.

Dr. A. Ušeničnik, Analiza moderne nevere (Aualysis irreligiositatis huius temporis, pg. 170—177. — Auctor quam perspicacissime proponit processum credendi et causas incredulitatis recentioris. Fides producitur hisce tribus: ratione, voluntate, gratia, quae tria in omni progredientis fidei statu simul operari debent, ut fides produci possit. Tum tria haec ad tribunal adducuntur; intellectus propter „mentalitatem“ quae vocatur et praecipue voluntas propter „immoralitatem“ noxi iudicantur. Denique voluntas tamquam vera et sola causa ultima proponitur irreligiositatis.

C. Tolstoj in religija (Tolstoj et religio), pg. 178—187. — Cog-

nitio Dei apud Tolstoi omnino pantheistica, eiusque religio in caritate, harmonia universi finisque hominis vel potius sensus in vita secundum voluntatem divinam peragenda id est in caritate consistens explicatur.

A. Ušeničnik, Nova struja moderne apologetike (Nova methodus apologeticæ modernæ), pg. 250—261. Methodus nova, sic dictus „dogmatismus moralis“ explicatur et damnatur Laberthonière et aliorum, qui irreligiosos sine ullis argumentationibus, sine operatione intellectus puro „actu“ „bonae“ voluntatis adducere volunt non ad Dei cognitionem sed ad vitam in Deo: homo debet velle affirmare Deum, debet velle esse secundum Deum.

PARS DISSENSIONIBUS INTER ECCLESIAM OCCIDENTALEM ET ORIENTALEM COMPO- NENDIS DESTINATA.

XII.

De motivis polemicae inter catholicos et orthodoxos.

Iam a pluribus saeculis saevit certamen theologicum inter Romanam ecclesiam et ecclesias orientales ab ea separatas. Adversarii utriusque omnibus utuntur atque abutuntur armis, quae ex penu disciplinarum theologicarum, historicarum, liturgicarum, patristicarum eruntur. Attamen post tot innumeratas pugnas ac labores, nondum affulget dies, quo foedus inter fratres sese ad invicem dilacerantes, feliciter pangatur.

Erunt fortasse, qui iudicent incassum tempus teri in huiusmodi certaminibus. Pax inter separatas ecclesias somnium quidem est ac ludibrium; itaque propriis saltem limitibus quaelibet ecclesia sese contineat aliarumque ecclesiarum existentiam penitus ignoret. Utique, si religio christiana non ad unitatem omnium in suam vivificam virtutem credentium tenderet, hoc quidem optimum consilium ad pacem fovendam proculdubio diceretur. Sed, si haec unitas in votis fidelium est pariterque a Christo tamquam praeceptum imponitur, nullum est dubium, quin omnibus officium incumbat semitas quaerendi ut tandem, sopitis intestinis discordiis, ecclesia in unum corpus constituta, catervas hostiles, quae ubique in praesentiarum grassantur, confringat.

Ad fovendam unitatem quidam argumenta theologica serius expendenda proponunt. Non negamus theologicis rationibus inniti lugendam separationem ecclesiarum. Non defuerunt qui leviter assererent scissionem ecclesiarum originem hausisse ex politicis, ut aiunt, antinomii, scilicet ex acerbissimo odio, quod diu inter Graecos viguit et Latinos, quodque culmen attigit in Byzantina urbe a cruce signatis expugnata ac denique ad exitium perduxit civitatem totius olim Orientis regiam. Sed ut optime animadvertis Revmus Marković in opere *Gli Slavi ed i Papi*. tales causas plurimum quidem influxum exercuisse in scissionem animarum vix ullus negabit: fatendum tamen est a Photii aetate usque ad nostra tempora hanc scissionem praecipue prae se tulisse characterem theologicum: non amplius disputatum est de privi-

legiis veteris aut novae Romae, sed de „Filioque“ et de regimine ecclesiae. Et labentibus temporibus tam alte iecit radices malum semen divisionis theologicae, ut vix ulla spes amplius affulgeat mali huius extirpandi.

Certamina theologica de quaestionibus particularibus inter clarissimos viros utrinque ecclesiae, mea quidem sententia, parum conferunt ad sedandas discordias, saltem si ea argumenta tantum proferantur, quae communiter in enchiridiis dogmaticis inveniuntur et aptitudine ad persuadendum adversariis carent nec horum rationes respiciunt. Nos asserimus „Filioque“ doctrinam esse revelatam in Scripturis Sanctis: orthodoxa theologia respondet in Evangelio tantum affirmari explicite processionem S. Spiritus a Patre. Volvinus Patrum scripta: plurima sententiae nostrae favent: non desunt tamen, quae doctrinae Graecorum convenire videntur: obicimus quod speculatio theologica veritatem ostendit dogmatis nostri iterum arguitur quod humana ratio non praebet experimentum rerum fidei. Haec eadem in tutando dogmate Immaculatae Conceptionis occurunt. Facili eruditione plurima desumuntur ex liturgia Graeca ad probandum titulis plurimis asseri dogma Latinum. Sed fere hosce omnes titulos, qui afferri solent, Graeci interpretantur veluti epitheta declarativa virginitatis lac summae sanctitatis Beatae Mariae, et plerumque philologice magis consentanea, ut opinor, eorum est explicatio. Si tanta claritate vestrum dogma fulget, nobis obiciunt orthodoxy, cur praeclari inter vestros doctores, Thomas Aquinas et Bernardus Claravallensis, id ipsum negarunt?. Quid, quod eadem congeruntur etiam in primatum et infallibilitatem Romani Pontificis! Primitiva ecclesia, ita nostris omnibus argumentis respondet, adscribit quidem primatum honoris Romanis episcopis: denegat eis tamen ius constans et perpetuum regendi totam ecclesiam tanquam supremis episcopis. Actum enim esset de tota hierarchia episcopal, si unus tantum episcopus sibi vindicaret ius exclusivum in omnibus eparchiis ad libitum leges ecclesiasticas ferendi. Etiamsi haec et alia quae apud theologos orthodoxos saepius reperiuntur, a theologis nostris validis rationibus refelluntur, tamen sententia adversariorum non mutatur. Idem argumentorum pondus abhinc pluribus saeculis repetitur: utilitas vero ex theologorum concertationibus non raro acerrimi nulla fere capitur.

Quid igitur faciendum? Num theologia polemica in Orientale ecclesias omnino relinquenda? Quidam putant faciliorem viam ad parandam unionem ecclesiarum nobis dari, si praecipua controversiarum capita non ut dogmata utriusque accipiamus, sed simplice, doctorum ecclesiae opiniones teneamus. »Filioque« verbi gratia doctrinam esse Latinorum Patrum, praesertim Augustini eius negationem e contra in ecclesia Graeca praevaluuisse. Exinde fieret, ut utraque sententia ex aequo apud theologos defendi posset. Alexander Kirëev hoc quidem medium proposuit, ut Veteres catholici foedus inirent cum orientalibus ecclesiis. Eandem viam clarissimus Alexius Malcev ingressus est, ratus in omnibus fere Romanam Ecclesiam cum orthodoxis ecclesiis convenire potuisse, nisi concilium Vaticanum Romani Pontificis

infallibilitatem tanquam dogma fidei credendam proposuisset. Sed haec sententia nobis non arridet. Ab una enim ecclesia, quae ad „Filioque“ ad purgatorium, ad primatum Romanum etc. referuntur, tanquam dogmata proponuntur; ab aliis eadem negantur. Dogma veritas est necessario credenda pro omnibus fidelibus, quibus promulgatum est, eademque irreformabilis, ut aiunt theologi. Nequit igitur fieri, ut unquam ecclesia Romana sententias suis dogmati contrarias tuto in scholis tolerari posse affirmet. Concordia in discrepantiis liturgieis mutuis concessionibus parari olim poterit, quae vero ad dogma pertinent inter utramque ecclesiam aeneum obstaculum semper constituent. Et controversiae, quae ab utroque adversario exagitantur, tot scatent difficultatibus, ut in perpetuum utraque pars victoriam sese retulisse iactabit.

Non est tamen omnino relinquenda theologia polemica. Ea quidem quae repetitio est veterum argumentorum, quae Byzantini et Latini theologi mediae aetatis subtili investigatione discriminarunt, oblivioni dari potest: ea vero, quae novump raebet elementum, sedulo excolenda. Complura enim reperiuntur in theologia orthodoxa, quae controversiam τοῦ „Filioque“ renovatam exhibent, ac nostro dogmati maiorem lucis claritatem afferant. Haec nullo modo silentio praeterenuda sunt. Ex recentioribus etiam disquisitionibus complura excerpti possunt, quae hinc etiam baptismatis per infusionem in vetere Ecclesia (Cf. Ιδαζή τὸν Ἀποστόλον) confirmant, aut probant in ecclesia etiam Romana antiquitus Episcopis in, quae reperitur in liturgiis orientalibus, adhibitam esse. Hoc nobis constat ex doctissimis investigationibus Dr. Antonii Baumstark, quae vim omnino anterunt argumento ante panceos annos contra Orientales theologos his verbis a clarissimo prof. Ioanne Cieplak concinnato: „Si ecclesia Romana, omnium ecclesiarum magistra et mater, ad quam »propter potentiores eius principaliatatem oportet convenire omnem ecclesiam«, episcopi nullam vim consecratoriam in sua liturgia tribuit, neque in ceteris liturgiis vim hanc eidem tribui posse necesse est“ *) Argumenta huius generis carent auctoritate in polemica latino-orthodoxa. Quaedam enim sunt, in quibus ecclesia Romana ab antiquitatis semita discessit, ut fatendum est in baptisme per trinam immersionem, in communione sub duabus speciebus etc., quae apud Orientales sarta tectaque servantur. Nec defuere etiam apud nostrates, qui theologicis disciplinis apprime eruditii, necessitatem episcopos in opere consecrationis tutati sunt. Ex usu igitur ecclesiae Romanae sumi non possunt argumenta ad convincendos theologos orient-

*) De momento, quo transsubstantatio in augustissimo Missae sacrificio per agitur. Petropoli, 1901, p. 59. Per transennam animadvertisimus citatum ab auctore textum S. Irenaei, interpolatum a theologis orthodoxis censeri, ac vi carentem in probando primatu Romani Pontificis. Confer: Kurganov, Свидетельствовалъ ли св. Принц епископъ лонскій, о прimateстве и непогрѣшимомъ учительствѣ римской церкви, въ частности — ея первосвященника? Kazan', 1893.

tales, ac nobis explanatio via est adeunda eaque omnia diligentissime sunt tractanda, ut praeiudicia dubitationesque tollantur et veritati reperiendae provideatur.

Putant quidam optimam methodum ad refellendos theologos orthodoxos eos sequi, qui graphice depingentes condiciones sive morales, sive intellectuales orientalium ecclesiarum, omniaque in pravum sensum vertentes eruant huinsmodi ecclesias propter separationem ab unitatis centro penitus pessum ire. Qui huic methodo inhaerent, sedulo notitias colligunt ad suam thesim demonstrandam; nomina recensent episcoporum, qui casti ex canouibus castitatem non observant gravibus iniuriis officiant Athonianos monachos, qui novitiis turpiter abutuntur: cachinnis irrident Russica monasteria, quae mirum in modum contribuant ad incolas suae patriae angendos: dolent maximam ignorantiam cleri orthodoxi, eiusque servilem sub potestate civili subiectionem. Plurima fateor vera esse in his obiurgationibus. Num sequitur, obiciunt nobis orthodoxi, ut nostra ecclesia falsa teneat in provincia theologicarum veritatum? Si ex misera nostra condicione desumatis falsam viam nos terere, nobis licet arguere, saeculis IX. et X. ecclesiam Romanam, quae tum ignorantia et nefandis moribus laborabat, veram ecclesiam non exhibuisse. Dum Oriens totus severioribus disciplinis naviter ea aetate operum dat ac praeclaros viros in monasteriis suis excusat, ecclesia Romana, ut ait Baronius, turpissimam faciem ostentat. Quod vero ad morales et intellectuales condiciones cleri spectat, id praesertim ex statu civilis societatis pendet: si clerus orthodoxus ignorantia laborat, nobis silentio praeterendum non est, in America meridionali clerus catholicum raro excultum sese praebere. Si morales defectus apud orthodoxos deprehenduntur, non latet nos, licet comparatio cum orthodoxis moralem prae-eminentiam nostri cleri luculenter demonstret, clerus et saecularem et regularem etiam apud nos mereri interdum, ut nigro lapillo notetur. Humani nil a me alienum puto, et dum hanc vitam agimus, pondere carnis oneramus. In Russia, ubi immensus populus tenebris ignorantiae perfunditur, fieri non potest, ut clerus qui eius curae spirituali praeponitur, nostrum clerus in studio disciplinarum theologicarum aemuletur. Sed in civitatibus, ubi maiora media praesto sunt, non viri deficiunt ex ordine sacerdotali docti et operosi. Itaque non videtur mihi aptior via ad procurandam uionem animarum haec mutuae diffamationis methodus. Falluntur, qui tenent Russos aut Graecos adduci ad catholicam ecclesiam, inflatis buccis si eis adclametur: „Separati a Romana ecclesia vos in ignorantia manetis: separati a centro unitatis vos clerus habetis, qui pietate, doctrina, zelo, boni moribus caret.“ Protestantes seissi quidem sunt ab unitate ecclesiae, nullus tamen eos ignorantiae insimulabit: quidquid vero ad mores pertinet, plures mibi cogniti sunt ex clero orthodoxo, qui christianas virtutes suis in familiis vehementer colunt plure, mihi noti sunt episcopi, qui in vineulis quibus Russica ecclesia a potestate civili constringitur, et scientia et virtutibus exornantur. Potest quidem obici parvum esse eorum numerum, hoc tamen concessu non sequitur orthodoxum clerus ignorantem esse ideo, quod a Romana ecclesia sit separatus.

Quaenam igitur media nobis adhibenda, si duplex illa classis argumentorum, quam rettulimus, efficacia caret?

Mea quidem sententia ubiores fructus colliget, qui parcens rationibus mere theologicis, aut iniuriarum telis, vitam utriusque ecclesiae diligenter comparet.

Ecclesia est enim corpus vivens, corpus Christi, ac vera Christi vita reperitur, ubi omnia membra in unitatem conflata maiore nisu ad gloriam Christi dilatandam adlaborant.

Ecclesia est civitas una, unicum regnum, unica domus. Hoc tantum in ecclesia Romana catholica actuatum videmus. Haec ecclesia limites nationum nescit: eius membra cives Romani ubique sunt. Etiam inter gentes, quae odiis nationalibus dividuntur, habetur fraternitas spiritualis in ecclesia. Ut catholicus sacerdos apud omnes catholicos populos, etiam apud hostes patriae, quamvis interdum ritu et lingua diversus, saera officia persolvo. In Romana tantum ecclesia habetur actu, ut aiunt philosophi, ecclesia universalis. Iesus Christus noluit plurima regna divisa condere unum tantum regnum eius est aeternum opus. Reperiturne huiusmodi unitas universalis in ecclesia orthodoxa? Habeturne unum tantum regnum in eius compagine? Hoc ante omnes theologicas controversias mihi innotescere debet. Ecclesia non est organismus particularis, sed est organismus universalis, qui omnes populos ut membra sua indiscriminatim agnoscit. Habentne hunc characterem ecclesiae orthodoxae? Complures iam annos sedulo studui recentioribus theologis orthodoxis nullamque apud eos responsum inveni, quae mihi satisfaceret. Multae circumferuntur sententiae de natura ecclesiae eiusque constitutione: quidam in hierarchia praecipue consistere eam aiunt quidam laicorum iura defendunt eiusque partem activam in regenda ecclesia vindicant quidam dolent etiam, ut metropolita Petropolensis Vladimirus, Rossicam ecclesiam non amplius existere affirmatur ecclesiis autonomas vinculo caritatis inter se coalescere, et caritate ad unitatem redigi. Hodierni tamen conflictus inter Graecos, Bulgaros, Serbos etc. signum esse testantur huiusmodi caritatem. Plura habentur regna inter se divisa, non unum tantum regnum, quod eisdem legibus totum in orbem terrarum se extendat. Meum non est causas inquirere, quibus hoc unicum regnum saevientibus procellis servatur: factum tantum innuo, quod catholicam ecclesiam a ceteris orientalibus ecclesiis discernit eiusque praeeminentiam constituit.

Alterum autem motivum in polemica Latino-orthodoxa nobis praestat uniformitas doctrinae ac regiminis in ecclesia Romana. Una fides et unum baptisma. Et sub nomine fidei omnia comprehenduntur, quae ad fidem recte interpretandam pertinent. Praesertim in ordine supernaturali humana mens nequit sine principio auctoritatis controversias dirimere, ac tranquillitatem, quae ex certitudine oritur, suis mediis acquirere. In ecclesia Romana hoc habetur principium auctoritatis, quod bellantes placat, theologorum proeliis finem imponit, dubitantibus semitam monstrat, quidque ab omnibus sit credendum aperte proponit. Ubinam reperitur apud orientales ecclesiias hoc principium, quo sublato, ut con-

ingit in individuis, unitas doctrinalis difficile servari potest? Est quidem unitas in praecipuis fundamentis fidei, quae a conciliis oecumenicis definita sunt: sed si novae exoriuntur controversiae, quaenam est auctoritas, quae omnium consensum suis oraculis efficiat? Usque hunc supremam hanc auctoritatem sibi vindicabat Constantinopolitana ecclesia. Sed hoc ius in praesentiarum practice ei a ceteris negatur ecclesiis. Etenim oecumenicus Patriarcha schismaticos declarat Bulgarios, eosque anathemate punit a Russis tamen et a Serbis Bulgari iuthentici censemur orthodoxi, et suam in communionem recipiuntur. Nuperrime Meletius Patriarcha Antiochensis ecclesiae illegitimus a Constantinopolitano Patriarcha declaratur, legitimus idem a Rossica ecclesia. Graeca theologia Latinum baptismum invalidum habet: Russici theologi hanc reiciunt sententiam, ac validitatem nostri baptismatis protentur. Hace et alia gravioris momenti censenda sunt, quia ad graviora capita fidei spectant. Quomodo conciliandae tam discordes sententiae in ecclesiis, quae unitatem fidei ad invicem habere gloriantur? Et ubi est auctoritas suprema, quae clare doceat veram sententiam ac libiis praeccludat semitam? Hoc aenigma nunquam solvere potui theologiae orthodoxae navans operam. Sublata auctoritate suprema, mea quidem sententia deficit medium unitatis fidei servandae, ac pedetentim uit ecclesiae aedificium. Vera ecclesia necesse est habeat unitatem universalem centrumque unitatis: tunc una est civitas aut regnum supernaturale atque in se elementum perpetuae conservationis fovet et evolvit. Hoc posito inquirendum est, utrum haec unitas et hoc centrum repellantur in ecclesia orthodoxa, an in ecclesia Romana, et si haec eis potitur, haec praesefert notam verae ecclesiae.

Tota igitur polemica hisce duobus argumentis evolvendis nostra ietate praesertim incumbere debet. Quae vero desumuntur ex apostolicitate (strictè sumpta) aut catholicitate, aut sanctitate veluti notis erae ecclesiae ad probandum ecclesiam Romanam ceteris antecellere, si destituntur in theologia polemica orientali. Duo vero, quae rettulimus, argumenta totam suam vim servant, eisque utendum praecipue est: si enim probatur veram ecclesiam esse Romanam ecclesiam, facile ad eius doctrinam acceptandam sternitur via. Theologiae igitur polemicae praesertim onus incumbit elucidandae notionis verae ecclesiae, argumentis ita dicam ex eius vita indesinenter eritis.

In his autem controversiis optandum omnino est, ut caritas praecellat. Orthodoxi non sunt hostes nostri, sed fratres separati. Ut nos valida potiuntur hierarchia, corpus et sanguinem Christi sumunt, ac Beatissimam Virginem impense colunt. Si a veritate deflectunt in theologicis sententiis, evolvamus nostra argumenta ad eos convincendos quin eos afficiamus injuriis aut omnia apud eos pessimi ire asseveremus. Apud nos fervet pugna inter catholicam ecclesiam et potestate incredulitatis: apud illos ecclesia subit iugum durissimum civilis regimenis et consequenter paralysi laborat. Sed iam videntur signa resurrectionis: complura leguntur in foliis Russieis periodicis de necessitate renovandae ecclesiae: et sperandum est fore, ut olim vinculis perfractis termini libertate in Christo haec tam numerosa ecclesia fruatur. Si hoc

omen implebitur, dubium mihi non est, quin ambae ecclesiae mutuis relationibus propius inter se accedant ut aliquando favente Deo, scissa unitas totius orbis Christiani restituatur.

A. Palmieri.

VI.

Doctrina Russorum de canone Veteris Testamenti.

Concinnavit Ad Jašek.

Restant nonnullae quaestiones — nec in Occidente omnes nullam controversiam recipientes — ad quas theologi ecclesiae orthodoxae singularia responsa proponunt quaeque praecipue in improbanda Russorum atque probanda catholicorum de canone Veteris Testimenti doctrina graves videntur esse.

Cum apud nos nemo biblistarum eorum opinioni accedat, qui censem Esdram Iudeorum canonem ita absolvisse, ut novos libros priorum corpori addere nefas esset, Russorum theologi uno ore dicunt in libros sacros per Esdram (Nehemiam et magnam synagogam) collectos canonem absolutum Veteris Testimenti esse. Ex antiquioribus scriptoribus nominandi sunt: A. Makarij¹⁰²⁾, prof. S. Sol'skij¹⁰³⁾, archim. Mihail¹⁰⁴⁾, H. Orda¹⁰⁵⁾; ex novis praecipue: A. P. Lopuhin¹⁰⁶⁾, N. Dagaev¹⁰⁷⁾, P. Jungerov¹⁰⁸⁾. — Metrop. Philaretus¹⁰⁹⁾ et Alex. Sperranskij¹¹⁰⁾ ab hoc indicio videntur dissentire.

Quid veri insit in theoria praesertim a Dagaev et Jungerov fuse explicata ac defensa¹¹¹⁾, apparet vel inde, quod in Occidente ne unius quidem doctus biblista nunc temporis eam tenet, sed potius omnes eam oppugnant aut praetermittunt tamquam in se impossibilem.

Jungerov ipse in Introductione enumerat seriem auctorum qui huic theoriae contradicunt¹¹²⁾: sed paucos invenit — ex recentioribus neminem — qui sententiam ab ipso prolatam ac defensam adiuent. Ut protestanticos scriptores omittamus, quorum nemo hodie credit Esdram absolute clausisse V. T. canonem, inter catholicos nostris diebus praevaleret¹¹³⁾ sententia, quae docet, Esdram et Nehemiam de colli-

¹⁰²⁾ *Vvedenie v prav. bogosl.* p. 476.

¹⁰³⁾ *Ветхозавѣтный канонъ* in Trudy Kievskoj akademii 1871. III. p. 79 et seq.

¹⁰⁴⁾ *Библейскій канонъ священныхъ книгъ ветхозавѣтныхъ и новозавѣтныхъ* in Čtenija v obščestve ljubitelej dušovnago prosvěščenija. Moskva 1872. III. p. 133 et seq.

¹⁰⁵⁾ *Руководство къ послѣд. чтенію прор. книгъ Вет. Зав.* 1873. 3 ed. p. 190—193.

¹⁰⁶⁾ *Библейская история Ветхаго Завѣта.* СПб. 1896. II. ed. p. 403, 413.

¹⁰⁷⁾ *Istoriya kanona . . .* p. 77—144.

¹⁰⁸⁾ *Obšeé vved.* p. 81—113.

¹⁰⁹⁾ *Начертаніе церковно-библейской истории.* М. 1836. ed. 5. p. 412.

¹¹⁰⁾ *Краткій исторический очеркъ.* Hrist. Čtenie. 1881 p. 389—390.

¹¹¹⁾ Vide etiam Roždestvenskij, *Объ участіи великой синагоги въ заключеніи канона.* Hrist. Čtenie 1896.

¹¹²⁾ Non enumerat omnes protestanticos, qui hodie duces inter suos existimantur, ex catholicis, „ut audiatur etiam altera pars“, prout auctor dicit, percurrit sententias a Dankó et Loisy prolatas.

¹¹³⁾ Rud. Cornelij in Introductione (p. 39—58) defendit, duos V. T. canones apud Iudeos fuisse: Palaestinensem, qui Esdrae et Nehemiam tempore

gendifis libris sacris optime meritos esse, sed inde minime sequi. Esdram (vel synagogam magnam) collectionem sacrae scripturae seu canonem ita clausisse, acsi deinceps alii libri inspirati recipi amplius non potuerint: collectionem illam autem vel aetate Esdrae iam existentem vel ab ipso factam vel inceptam decursu temporis crevisse et auctam esse additis libris novis inspiratis, qui tam a Palaestinensibus quam ab Alexandrinis Iudeis pro sacrис habebantur. Ideoque praeter canonem Esdrinum (Palaestinum ut aiunt) non extitisse alterum canonem Alexandrinum (seu Hellenistarum), qui cum libris protocanonicis etiam deuterocanonicos contineret, ita ut si ambitum canonis consideres, differentia inter Iudeos non extiterit. Ita sentiunt: Fr. Car. Movers¹¹⁴⁾, Jos. Dankó¹¹⁵⁾, Fr. Kaulen¹¹⁶⁾, Guil. Schenz¹¹⁷⁾, Trochon¹¹⁸⁾, Ant. Scholz¹¹⁹⁾, Tob. Mullen¹²⁰⁾, F. Vigouroux¹²¹⁾, B. Neteler¹²²⁾, J. P. van Casteren¹²³⁾, Herm. Zschokke¹²⁴⁾, Aem. Schöpfer¹²⁵⁾, Jar. Sedláček¹²⁶⁾.

fixus absolutusque sit, et in illa librorum protocanonicorum collectione Esdrae primae partes competere. Dein statuit alterum canonem Hellenistarum a Palaestinum canone diversum, qui praeter protocanonicos etiam omnes nostros deuterorcanonicos libros complexus sit. Opinionem Cornely accepisse videtur Gio. Giae. Cereseto (Istitutioni bibliche. Introduzione generale, I. Chiavari 1890, p. 47—68). Ex antiquioribus defendunt hanc theoriam: J. G. Herbst, Einleitung in die heil. Schriften des A. T. Karls uhe 1849, I. p. 9 et seq. V. Welte, Bemerkungen über die Entstehung des alttest. Kanons in Theol. Quartalschrift. Tübingen 1855 p. 58—95. Aug. Scholz, Einleitung in die heil. Schriften des A. T. Köln. 1845. I. p. 111; ex recentissimis: Winaud Fell, Lehrbuch der allgemeinen Einleitung in das Alte Testament. Paderborn 190 p. 35—55. Const. Chauvin (La Bible depuis ses origines... cit I. p. 35—37) admittit differentiam, quae in litteratura religiosa apud Palaestinenses et Alexandrinos valebat, solummodo in praxi: „J'en conclus que le caractère sacré de tous les livres de la Bible grecque était reconnu en fait par les Juifs des deux synagogues, mais ni pour les uns ni pour les autres la canonicité des certains écrits n'était en droit décidée“. Vide etiam theoriam Magnier, Étude cit. p. 172 et seq.

¹¹⁴⁾ Loci quidam historiae canonis Veteris Testamenti illustrati. Vratislaviae 1842.

¹¹⁵⁾ De Sacra Scriptura eiusque interpretatione commentarius. Vindobonae 1867. p. 13—17.

¹¹⁶⁾ Einleitung in die heil. Schrift A. u. N. Testamento. Freiburg 1898¹ p. 23 et seq. Eiusdem auctoris artic. Canon in Kirchenlexikon. Freiburg. II. 1883² p. 1815 et seq.

¹¹⁷⁾ Einleitung in die kanon. Bücher des Alten Testamento. Regensburg 1887 p. 423.

¹¹⁸⁾ La Sainte Bible. Introduction générale. I. Paris 1886 p. 117 et seq.

¹¹⁹⁾ Zeit und Ort der Entstehung der Bücher des Alten Testaments. Würzburg 1893 p. 34.

¹²⁰⁾ The Canon of the O. T. p. 68 et seq.

¹²¹⁾ Manuel biblique. I. Paris 1901¹. p. 87—94.

¹²²⁾ Beitrag zur Untersuchung der Geschichte des alttest. Kanons. Münster 1900. P. 26 et seq.

¹²³⁾ Le Canon juif vers le commencement de notre ère. Revue biblique. Paris 1896. Tom V. p. 408—415, 575—594.

¹²⁴⁾ Historia sacra A. T. p. 374—377.

¹²⁵⁾ Geschichte des Alten Testamento. Brixen 1906¹. P. 579.

¹²⁶⁾ Úvod do knih Starého Zákona. p. 35.

Qua in quaestione optima cum conscientia possumus assentiri G. Cereseto¹²⁷⁾ affirmanti: „La strana opinione che sotto Esdra il Canone giudaico sia stato non pure riordinato, ma altresi totalmente chiuso, non si trova presso veruno scrittore anteriore a Cristo, ma fu introdotta nel volgo gindeo da qualche posteriore Rabbino, e soltanto più secoli dopo Cristo“ Hoe sine exceptione conceditur tam apud catholicos quam apud protestantes^{128).}

Huc pertinent etiam aliquae Russorum lucubrationes de statu religioso et litterali ultimae ab Esdra usque ad Christum Dominum periodi.

S. Sol'skij¹²⁹⁾ disputans de immutabili V T litteratura ultimae periodi, de eius auctoribus scribit: „Alteri eorum operam dantes Legi, Prophetis, historicis aliisque Sacrae Scripturae libris continuabant in spiritu horum historiam sui populi et privatuarum personarum, repetebant sapienter dicta suorum magistrorum, scribebant propheticas doctrinas: alteri consecuti scientiam librorum sacerorum, sub nomine eorum auctorum et personarum, quarum fit in eis mentio, non raro edebant proprias suas religiosas persuasiones et cohortationes, suam doctrinam de Messia et Redemptore populi Iudaici. Scripta priorum, cum mente et argumento propinquia essent antiquis sacris libris, honestabantur a veteribus Indacis, praesertim Alexandrinis, et ab ecclesia christiana accepti sunt tamquam libri aedificantes et utiles ad legendum catechumenis; scripta alterorum cum diffidentia legebantur apud Iudeos et ab ecclesia christiana reiecta sunt tamquam libri suppositi. Primi vulgati sunt sub nomine librorum non canonicorum, qui non habent eandem auctoritatem atque libri sacri inspirati, sed nihilominus sunt utiles et aedificantes; alteri appellabantur apocryphi, suppositi, haeretici. Libri non canonici pedetentim transierunt in codices Graecorum bibliorum et simul cum eis recepti sunt ab ecclesia christiana“.

¹²⁷⁾ Introduzione generale et spec. I. T. p. 51.

¹²⁸⁾ Ex plurimis scriptoribus praeter nunc enumeratos omnes coryphaeos, hac in quaestione nomino: B. Poertner, Die Autorität der deutero-canonicalen Bücher des alten Testamentes Münster 1893. Loisy, Histoire du Canon p. 18 seq.; H. Ed. Ryle, The Canon of the Old Testament. London 1899². P. 250 seq Fr. Buhl, Kanon u. Text des Alten Testamentes. Leipzig 1891; Karl Budde, Der Kanon des Alten Test. Giessen 1900; G. Wildeboer, Die Entstehung des Alttest. Kanons. Gotha 1891; X. Koenig, Essai sur la Formation du Canon de l'Ancien Testament. Paris 1894 etc.

¹²⁹⁾ Trudy Kiev duž. akademii. 1871. II. p. 92 et seq.: „Одни изъ нихъ изучая законъ, пророковъ, историческая книги и другія древнія священныя Писания, продолжали въ духѣ послѣднихъ исторію своего народа и отдельныхъ лицъ, повторяли уроки мудрости своихъ учителей въ нихъ упоминаемыхъ, нерѣдко выдавали свое собственное учение свои религіозныя вѣрованія и убѣжденія, свое учение о Мессии и Спаситѣ юдеискаго народа. Писания первыхъ, какъ близкія по духу и содержанию къ древнимъ священнымъ книгамъ, уважались древними юдеями, въ особенности Александринскими, и были приняты христіанскою церковию какъ книги познательныя и полезныя для чтенія „желающимъ огласиться словомъ благочестія“ писания вторыхъ съ

Archim. Milhail¹³⁰), eum maximis laudibus doctrinam libri Sapientiae, filii Sirach, extulisset. Iure ergo, inquit, possumus interrogare, qua de causa liber vindicans sibi tam sacram auctoritatem, non sit canonici appositus. Responsio unica adest: eo tempore, quo liber editus est, canon librorum sacrorum collectus atque sanctus (determinatus) erat: liber non est conscriptus ab aliquo propheta, quia series prophetarum eo tempore absoluta erat¹³¹. Dissertans de versione LXX, eiusque signis characteristicis: „Maioris momenti“, inquit, „inter has proprietate est praecipue, quod praeter libros sacros Hebraici canonis adiuncti sunt alii nonnulli libri partim Hebraice partim Graece conscripti. Qui horum librorum fuerint auctores, ignotum est (praeter Iesum, filium Sirach): et quando Alexandrinae versioni adiuncti sint, etiam ignotum est, sed eos antiquis temporibus adnexos esse huic versioni, certum est. Fretus opinionibus Philonis (De vita contempl. § 3.) et Ios. Flavii (C. Ap. 1, 3) negat Alexandrinos aliquando eandem auctoritatem omnibus libris in LXX contentis tribuisse. „Ideoque“ argumentatur, „hi libri et additamenta ad codices Hebraicos adiuncta non aestimabantur eadem atque libri canonici auctoritate, non continebantur in Sacra Scriptura inspirata: ergo Alexandrinus canon sacrorum V T librorum non potest alias putari atque canon librorum sacrorum Hebraicorum. Cur autem illi libri codici librorum sacrorum adnexi sint, ignoramus, sed videbimus eos in ecclesia christiana mansisse in codicibus librorum V T tamquamvalde utiles, bonos, ecclesiasticos“ Alio loco¹³¹) adfert causam, cur libri in

недовѣриемъ были встрѣчаемы древними іудеями и древнею христіанской церковію были отвергнуты, какъ книги подложныя. Первые изъ нихъ стали извѣстными въ христіанской церкви подъ именемъ книгъ неканоническихъ, книгъ не имѣющихъ одинакового достоинства съ книгами священными, богоухновенными, но тѣмъ не менѣе полезныхъ и назидательныхъ; вторыя стали называться апокрифическими, подложными, еретическими Неканонической книги. постепенно входили въ составъ греческой бібліи и вмѣстѣ съ нею были приняты христіанской церковію¹³⁰“

¹³⁰⁾ Біблейскій канонъ. Стеніја въ обѣстѣвѣ Іюл. дѣл. prosv. III. р. 142—143: Важнейшая изъ этихъ особенностей та, что кромѣ священныхъ книгъ еврейскаго канона къ нему присовокуплены были еще иѣкоторыя книги, частію переведенные съ еврейскаго, частію написанныя на греческомъ языкѣ. Кто писатели этихъ книгъ — неизвѣстно (кромѣ Иисуса сына Сирахова) и когда они присоединены къ составу Александрийскаго перевода Бібліи — также неизвѣстно, но что они съ древнейшихъ временъ присоединены были къ этому составу — то несомнѣнно... Итакъ, помянутыя книги и прибавки къ книгамъ, будучи прибавлены къ составу священныхъ еврейскихъ книгъ, не поставлялись параллельно ими по ихъ достоинству, не заключались въ самомъ составѣ книгъ богоухновенныхъ, и слѣд. Александрийскаго канона священныхъ ветхозавѣтныхъ книгъ нельзя считать отличнымъ отъ состава книгъ священныхъ еврейскихъ. Почему собственно они присоединены къ этому составу книгъ священныхъ мы не знаемъ, а увидимъ, что въ христіанской Церкви они удержаны при составѣ книгъ ветхозавѣтныхъ, какъ особенно полезныя, добрыя, церковныя.

¹³¹⁾ Idem р. 150—151: „Со временемъ Ездры и Иееміи, когда съ послѣднимъ пророкомъ Малахію кончился рядъ пророковъ ветхозавѣтныхъ, уже ни одна книга не была священою въ древнемъ смыслѣ и не могла

canone Alexandrino post Esdrae aetatem conscripti minorem quam libri canonici adepti sint auctoritatem. A temporibus Esdrae et Nehemiac, quando cum ultimo propheta Malachia series prophetarum V T finita erat, ne minus quidem liber erat sacer in vetere sensu: propterea non potuit recipi in canonem librorum sacrorum. Haec est causa, cur omnia scripta posteriora manserint extra canonem sacrum. Aliqui libri postea tamquam praecipue utiles, aedificantes, religiosi agniti atque in codicibus Alexandrinis adnexi sunt ad canonicos, sed iis non annunerabantur neque eadem pollebant auctoritate. Cetera scripta titulis biblicis ornata de argumento biblico tractantia, forma biblica, sed sine spiritu et charactere biblico elaborata non sunt recepta nec potuerunt recipi in Sacram Scripturam manserintque extra eam". Recensitis opinionibus s. Cyrilli Hierosolymitani et s. Athanasii concludit¹³²⁾: Ex tota mole biblicorum V T. librorum solummodo libri canonici inspirati habiti sunt necessaria et infallibilis regula fidei et morum, vere divina revelatio — libri non canonici duecebantur praecipue pii, utiles, ecclesiastici, sed non inspirati".

Ad quaestionem, quomodo libri non canonici in codices Graecos pervenerint, respondet Alex. Speranskij¹³³⁾: „Qua ratione factum sit,

войти въ составъ книгъ священныхъ. Вотъ почему вся послѣдующая литература осталась виѣ канона священного. Нѣсколько книгъ послѣ признаны особенно полезными, назидательными, церковными и въ александрийскихъ кодексахъ прибавлены къ каноническимъ, но не присоединены къ нимъ и не считались наравнѣ съ ними. Вся же остальная литература съ библейскими заглавія и, съ библейскимъ содержаниемъ, съ библейской формой, но безъ библейского духа и характера, не вошла и не могла войти въ составъ священныхъ книгъ, а осталась вся виѣ его".

¹³²⁾ Idem p. 152: „Такъ, изъ всей массы библейской ветхозавѣтной письменности выдѣлены были только книги канонической, богоодухновенныя, какъ необходимое и непогрѣшное правило вѣры и жизни, какъ истинное божественное откровеніе — и книги не канонической, какъ особенно назидательныя, полезныя, церковныя, но небогоодухновенныя".

¹³³⁾ Краткій исторический очеркъ . . Hist. Ст. 1881 р. 394: „На нашъ взглѣдъ присоединеніе александрийскими іудеями книгъ, не находящихся въ священномъ канонѣ палестинскихъ іudeевъ, легко и удовлетворительно объясняется слѣдующимъ предложеніемъ, оправдывающимъ на самый характеръ и положеніе александрийскихъ іudeевъ. Религіозная писанія были тогда рѣдкимъ явленіемъ. Самы іудеи вслѣдствіе близости къ грекамъ и благодаря занятіямъ греческой философіей, не будучи столь строги въ религіозномъ образѣ мыслей какъ палестинскіе, а при отсутствії глубокаго знанія закона и пророковъ, не обладая даромъ критического изслѣдованія, придавали большое значеніе появившимъ тогда сочиненіямъ религіозно-нравственного характера и имѣвшимъ несомнѣнное превосходство предъ языческими сочиненіями. Специфическаго же отличія этихъ съ религіозно-нравственнымъ характеромъ произведеній отъ каноническихъ книгъ, по крайней мѣрѣ по формѣ, они не могли замѣтить; они видѣли, что и здѣсь прославляется благочестіе, мужество и мудрость іudeевъ. Послѣ того какъ уваженіе къ нимъ возрасло еще болѣе, ихъ присоединили къ священнымъ книгамъ, какъ дополненіе. Такимъ образомъ безспорно, что александрийскіе іудеи оказывали болѣше уваженія къ нашимъ неканоническимъ книгамъ сравнительно съ палестинскими и на практикѣ пользовались ими наравнѣ съ каноническими, на что указываетъ и самое расположение ихъ въ греческой Библіи. Вопроса же о канонѣ, его объемѣ въ строго догматическомъ смыслѣ они не поднимали и не решали".

at libri, qui non reperiuntur in canone Palaestinensi, ab Alexandrinis Iudeis canoni adicerentur, facile et satis explicatur sequenti hypothesi fundata in ipso charactere et condicione Iudaeorum Alexandrinorum. Libri religiosi eo tempore erant rari. Iudei ipsi in commercio cum Graecis vivebant eorumque philosophiae operam dabant unde evenit ut non tam rigorosi essent in quaestionibus religiosis quam Palaestinense. praeterea carebant solida scientia legis et Prophetarum nec ornati erant critico iudicio. Ideo magni aestimabant eo tempore opera, quae religioso-moralem characterem prae se ferebant atque sine dubio scriptis paganorum plus valebant. Hos libros vero religioso-moralis charactere compositos a canonicis certe non ex ipsa forma distinguere potuerunt, enim viderent in iis pietatem, virtutem, sapientiam Iudaeorum celebrari. Itaque hi libri paulatim maiorem auctoritatem adepti annumerabantur ad libros sacros tamquam supplementum. Ideoque non est dubium, quin Alexandrini maiorem quam Palaestinenses Iudei auctoritatem libris non canonicis attribuerint et in praxi eodem modo atque canonicos adhibuerint, quod ex ipsa eorum in Graecis bibliis dispositione patet. Quaestionem de canone eiusque extensione in sensu stricte dogmatico nec ponebant nec solvebant.

Alius auctor¹³⁴⁾ de quaestione, cur libri non canonici in canonem recepti non sint, sequentia statuit: Libri qui in biblia Hebraica recepti sunt, collecti erant paulo post captivitatem propterea non sunt alii, nisi qui noti erant usque ad illud tempus. Postiore. V T. libri scripti sunt duobus vel etiam tribus saeculis postea, post redditum Iudaeorum ex Babylone. Sed haec periodo inter Iudeos Palaestinenses nemo erat, qui tanta apud populum esset fide, ut propria potestate hos libros ad priores adiungere posset. Apud Hebreos usque ad Nativitatem I. Chr. vigebat opinio, hunc vel illum librum posse declarari sacrum solummodo a propheta, sed prophetas in medio suo iam non viderunt. Praeterea narrationes et sententiae in his libris contentae quamvis sint laudabiles, tamen adeo recentes in memoria et representatione populi Hebraici erant ut Hebrei, quippe antiquitatem sacrorum suorum magni facere soliti, in his non omnia viderent sacra.

Cognitionem, propagationem et usum librorum non canonicorum apud Iudeos etc. in primaeva ecclesia adseribit Paulus Sokolov¹³⁵⁾, divulgationi versionis LXX; hanc autem in ecclesia introduci necesse fuit, cum in sinum ecclesiae etiam ethni ci reciperentur, quippe qui christiani ex ethnici conversi linguae Hebraicae ignari originalem textum bibliorum intellegere non possent.

Una mihi praeter haec mentione digna esse videtur quaestio, quantam nempe auctoritatem a Novi Testamenti scriptoribus libris non canonicis attributam esse censeant Russi theologi.

Alex. Speranskij¹³⁶⁾ haec scribit: „Ipse Christus eiusque apostoli sine dubio noverant libros non canonicos, quod ex nonnullis locu-

¹³⁴⁾ Dagaev, Istorija ., p. 271.

¹³⁵⁾ Istorija vethozav. Pisaniy, p. 67 et seq.

¹³⁶⁾ Kratkij istorij. očerk. Hrist. Ct. 1881 p. 395: „Самъ И. Христосъ и Его святые апостолы безъ сомнія были знакомы съ не каноническими

tionibus patet. Simul tamen Dominus — aeterna Veritas — et apostoli eius, qui Spiritu Sancto dirigente scripserunt, certe accurateque distinxerunt, quae a Spiritu Dei provenerunt et quae sola humana industria concinnata sunt, ideoque ultimos (sc. non canonicos) libros pro inspiratis non suscepserunt. Ex locis enim librorum non canonorum, qui indirecte in N. T. citantur, cum sufficienti probabilitate licet supponere, sacros N. T. scriptores, etiam si sicut aequales sui libris non canonis uterentur, nihilominus ipsius Domini exemplum secutos eis non divinam originem tribuisse numquam enim hi libri propter auctoritatem suam citantur.

A. N. Speranskij tretus laboribus Germanicorum protestantium, qui in quaestione de „apocryphis“ (= in sensu protestantico) primas partes tenent, F. Keerl¹³⁷⁾, Franc. Bleek¹³⁸⁾, R. Stier¹³⁹⁾, in speciali articulo Testimonia sacrorum N. T. scriptorum de non canonis V T. libris eoruunque valor eorum ex iisdem testimoniis derivatus ad hanc conclusionem pervenit¹⁴⁰⁾ „Omnes loci paralleli, quos ex N. T. et

книгами, на что указываетъ самый образъ иѣкоторыхъ изречений. Въ тоже время самъ Господь, какъ вѣчная Истина, и апостолы-испоселы, какъ руководимые Духомъ Божімъ, ясно и отчетливо различали же Духа Божія и яже ума человѣческаго и посему не принимали по стѣднія за богоодухновенное Писаніе Содержащіяся въ новозавѣтныхъ священныхъ писаніяхъ косвенные указанія на неканоническія книги позволяютъ съ достаточнотою вѣроятностію предположить, что новозавѣтные священные испоселы хотя и использовались неканоническими книгами вмѣстѣ съ современниками, однако, стѣдку прымѣру самого Господа, не какъ книгами божественнаго происхожденія, ибо никогда не ссылались на авторитетъ ихъ“.

¹³⁷⁾ Dic Apokryphen des Alten Testamento. Leipzig 1852.

¹³⁸⁾ Über die Stellung der Apokryphen des Alten Testamento im christl. Kanon. Theol. Studien u. Krit. 1852.

¹³⁹⁾ Die Apokryphen, Vertheidigung ihres althergebr. Anschlusses an die Bibel. Braunschweig 1853.

¹⁴⁰⁾ Свидѣтельства новозавѣтныхъ священныхъ испоселей о неканоническихъ книгахъ Ветхаго Завѣта и значеніе ихъ на основаніи этихъ свидѣтельствъ. Hrist. Ст. 1881 р. 683—709. Р. 707—709: „Всѣ приведенные нами параллельныя мѣста изъ Нового Завѣта и неканоническихъ книгъ Ветхаго Завѣта производятъ такое впечатлѣніе, что необходимо признать между ними взаимное отношеніе для объясненія существующаго между ними сходства . . . Какъ слѣдуетъ объяснять это сходство? Сходство, обнаруживающееся не только въ мысляхъ, но и выраженияхъ разсмотрѣнныхъ нами параллельныхъ мѣстъ, есть, на нашъ взглядъ, результатъ знакомства новозавѣтныхъ священныхъ испоселей съ неканоническими книгами, оставившаго замѣтные стѣды на возврѣніи. образъ представлений и на самомъ языкѣ испоселей. Новозавѣтные священные испоселы, имѣя подъ руками греческій переводъ священныхъ книгъ Ветхаго Завѣта, безъ сомнѣнія вмѣстѣ съ священными книгами еврейскаго канона читали и другія, хотя и не входившія въ канонъ, но тѣмъ не менѣе использовавшіяся уваженіемъ въ глазахъ ихъ современниковъ и составлявшихъ прибавленіе къ канону. Подъ вліяніемъ знакомства съ этими книгами у новозавѣтныхъ священныхъ испоселей вырабатывался тотъ или другой складъ мыслей. Вногодѣствіи, когда они занимались составленіемъ своихъ письменныхъ памятниковъ, имъ невольно приходили на память иѣкоторыя мысли и выраженія изъ неканоническихъ книгъ, хотя они и не имѣли въ виду ссылааться на нихъ; подобно тому какъ мы нерѣдко въ раз-

libris non canonicis V. T. attulimus, cogere nos videntur, ut agnoscamus esse inter eos relationem propter convenientiam quae inter eos est. Quomodo est ista convenientia explicanda? Convenientia haec non solum in sententiis, sed etiam in expressionibus locorum a nobis excussorum secundum nostram opinionem inde orta est, quod scriptores N. T. posuerant libros non canonicos; quae notitia manifesta vestigia in sententiis, in indiciis, in ipsa lingua scriptorum reliquit. Sacri scriptores N. T. in manibus habent Graecam versionem sacrorum librorum V. T.; itaque sine dubio cum libris sacris canonis Hebraici legebant etiam alios libros ad canonem non pertinentes, qui nihilominus magna apud coaeuos erant auctoritate, et quasi appendix erant canonis. Quorum librorum notione enim imbuti essent sacri N. T. scriptores, in eis orie-

говорѣ или письмѣ сами не замѣчая того употребляемъ цѣлые ряды мыслей и оборотовъ изъ недавно прочитаннаго нами сочиненія, возникшіе въ нашей душѣ по извѣстному закону ассоціації представлений по сходству. Такъ было съ пророками позднѣйшаго времени, когда они говорили языкомъ своихъ предицественниковъ: такъ случилось и съ новозавѣтными священными писателями, когда они невольно воспроизводили иѣкоторя мысли и выраженія извѣстныхъ имъ неканоническихъ книгъ.

На основаніи всего доселѣ сказаннаго можно съ несомнѣнностю утверждать, что новозавѣтные священные писатели не оставили прямыхъ свидѣтельствъ о неканоническихъ книгахъ Ветхаго Завѣта. А это обстоятельство говорить въ пользу того, что іудеи, которымъ были вѣрены слова Божія, имѣли правильный взглядъ на книги, содержащія источникъ Божественнаго Откровенія и книги чисто человѣческаго происхожденія, усвоили тѣчъ и другимъ должное мѣсто, должное значеніе: ибо въ противномъ случаѣ, еслибы іудеи поставляли неканоническія книги паравиѣ съ книгами Божественнаго Иисасія, или еслибы эти книги, использовавшіяся большимъ уваженіемъ среди іудеевъ, но свидѣтельству Флавія, а елѣдовательно и находившіяся въ употребленіи среди нихъ, содержали въ себѣ ученіе противное духу Откровенія, заключали съмена тѣхъ гибельныхъ направлений, съ которыми боролся Христосъ и апостолы, — свидѣтельства Г. Христа и новозавѣтныхъ священныхъ писателей были бы необходимы, чтобы въ первомъ случаѣ разоблачить заблужденіе іудеевъ, а во второмъ — сдѣлать необходимое предостереженіе относительно употребленія такихъ якобы вредныхъ книгъ и пресѣчь зло въ самомъ кориѣ его. Если же мы ничего подобнаго не находимъ, то выравнѣ заключать, что Г. Христосъ и апостолы своимъ молчаніемъ относительно неканоническихъ книгъ выразили свое согласіе съ воззрѣніемъ на нихъ іудеевъ. А что наше заключеніе не посыпало и вмѣстѣ съ тѣмъ не ошибочно, это могутъ подтвердить непрямая, косвенная свидѣтельства новозавѣтныхъ священныхъ писателей относительно неканоническихъ книгъ, восполняющія пробѣлъ прямыхъ свидѣтельствъ. Разсмотрѣнныя нами параллельныя мѣста изъ Нового Завѣта и неканоническихъ книгъ привели къ тому заключенію, что новозавѣтные священные писатели паравиѣ съ современными пользовались этими книгами, но не какъ книгами Божественнаго происхожденія, потому что никогда не ссылались на авторитетъ ихъ. Они усвоили неканоническимъ книгамъ значение памятниковъ исторіи, редакціи и языка, значение свидѣтельствъ въ пользу правильнаго пониманія іудеями ветхозавѣтныхъ Иисасій и правильнаго раскрытия содержащагося въ нихъ ученія, значение памятниковъ, содержащихъ правила истинной нравственности“

bantur variae conceptiones. Postea cum se occuparent compositione suorum litterariorum operum, sponte eis in memoriam venerunt nonnullae sententiae et expressiones ex libris non canoniciis, quamquam non habebant consilium ea citandi, simili modo sicut nos non raro loquentes vel scribentes totas series sententiarum ac versuum adhibemus non animadvertisentes, ea ex opere a nobis recens perfecto exorta esse in animo nostro per notam legem associationis representationum (idearum) secundum analogiam. Quod accidebat etiam apud prophetas posterioris temporis, quando loquebantur lingua suorum antecessorum quod evenit etiam scriptoribus N. T. quando inviti reproduxerunt nonnullas sententias et expressiones notas sibi ex libris non canoniciis. Ex omnibus hueusque dictis licet certo concludere sacros N. T. scriptores non reliquisse directa testimonia de non canoniciis V. T. libris. Quae circumstantia favet sententiae, quae asserit Iudeos, quibus verba Dei concredita erant, habuisse legitimum conceptum de libris continentibus fontem revelationis Dei et de libris mere humanae originis, eosque tribuisse tum his tum illis debitum locum, debitum valorem nam in contrario casu — si Iudei libros non canonicos acquipassent libris Sacrae Scripturae — vel si hi libri — quibus teste Josepho Iudei maximam tribuebant auctoritatem et quibus propterea utebantur — continuissent doctrinam contrariam menti revelationis vel semina comprehendissent perniciosarum opinionum, quas I. Christus et apostoli impugnabant necessario haberentur testimonia I. Christi et scriptorum N. T. quae primo in casu errorem Iudeorum aperirent, in secundo casu cavere iuberent eiusmodi libros utpote noxios atque malum in ipso semine extinguerent. Quodsi nil huiusmodi reperimus, iure est concludendum, I. Christum et apostolos tacendo de libris non canoniciis consensum suum cum opinione, quam Iudei de iis habebant, expressisse. Hanc conclusionem non esse temerariam atque erroneam, confirmari potest ex testimonii indirectis sacerorum N. T. scriptorum de libris non canoniciis, quae penuriam directorum testimoniorum compensant. Recensiti enim a nobis loci paralleli e N. T. et libris non canoniciis innuunt sacros N. T. scriptores eodem modo ut coaequales corum his libris usos esse, non tamquam libris divinae originis, quia numquam ad auctoritatem eorum provocant. Attribuebant libris non canoniciis valorem documentorum historicorum religionis ac linguae, valorem testimoniorum, quae rectum Iudeorum intellectum Sacrae Scripturae V. T. rectamque interpretationem contentae in iis doctrinae demonstrant, valorem denique monumentorum piorum regulas verae moralitatis continentium.

S. Paulum cognovisse librum non canonicum Sapientiae Salomonis admittit N. N. Glubokovskij¹⁴¹), in eruditio articulo philosophico-

¹⁴¹⁾ Св. апостоль Павель и не каноническая книга премудрости Соломоновой. Christ. Ctenie a. 1902. (Apr.) p. 447—503; a. 1903. (Febr.) p. 237—260, (Mai) 702—723, (Aug.) 129—160, (Oct.) 407—441, (Dec.) 776—817. A. P. Lopukhin in versione operis a Fr. W. Farrar compositi: Жизнь и труды св. апостола Павла. СПб 1887 p. 827 accipit cognitionem et usum Sapientiae Salomonis a s. Paulo pro „praece sine dubio“ (почти несомненно).

biblioꝝ putat tamen eos diserepare in anthropologia, eschatologia, pneumatologia, doctrina de praedestinatione, de origine paganismi. Auctor libri Sapientiae Salomonis directe haurit ex e'hnica philosophia, tamen statuit non adversaria, sed convenientia theologiae dogmaticae V T., eni auctor Hebraeo-Platonicus evitando omnia inconsentanea hoc systema adaptat. Externa vis philosophica potius formalis erat et ipsa sua oppositione efficiebat, ut auctor — educatus in doctrina V T — magni hereditariam fidem prouti omnes ceteri aestimaret. Platonismus non penetravit eius animum et Pseudo-Salomon in omnibus easdem ideas tenet atques auctore, biblici. E contra s. apostolus Paulus non pendet ab alieno iudicio non haurit ex doctrinis Hellenisticis.

Summam facientes ex omni materia a nobis pertractata doctrinam Russorum de canone V T. ad sequentes these. reducimus:

I. Canon librorum sacrorum V T ab ecclesia Russica acceptus, creditus atque defensns idem erat, quem ecclesia Romana in conciliis Tridentino et Vaticano definivit et sanxit.

II. Paulatim vero influxu doctrinae protestantium magistrorum theologi Russorum (a saec. XVIII.) auctoritatem libris deuterocanonicis denegabant.

III. Primum nostros deuterocanonicos, quibus adnumerabant Psalmum CLL, III. Macc., orationem Manassis, III. Esdrae, negata eorum inspiratione nominabant apocryphos, hodie eos unanimiter non canonicos appellant.

IV. Magni aestimabant libros non canonicos: Iudei omne. Iesu Christus, Apostoli, s. Patres ideoque etiam theologi Russorum.

V. Libri non canonici pertinent ad biblia, augent pietatem, utiles sunt ad legendum, ab omni errore fidei et morum sunt immunes, sed carent inspiratione ideoque non sunt divini (sed solummodo ecclesiastici).

Doctrina haec est hodie apud theologos Russorum communis. ab ecclesia praesulibus approbata, sed non ecclesiastica auctoritate definitive decisa.

EXTERNA AD NOS PERTINENTIA.

Dictionnaire d' archéologie chrétienne et de liturgie. t. I. 1905 — 6. (Absolvitur) »Azymes« inscribitur caput ultimum huins tomii conscriptum a doctissimo *F. Cabrol*.

Agentes de diversitate in materia Eucharistiae theologi ecclesiae orientalis ad vindicandum usum suum afferre solent et exemplum Christi Domini atque apostolorum et defectum rationis, ob quam panis azymus, symbolum ritusque V. T. proprius, in N. T. adhibetur. (Act 15, 23—9) (Cf. e. g. E. Uspenskij, Obličitel'noe bogoslovie. Ufa 1891, p. 102—7). Tenent enim plerique ad Ioannis evangelium provocantes (cf. Tournebize in Terre sainte 1901, 140) cenam Domini fuisse 13. mensis Nisan, ante pascha Iudeorum, neque in azymis panibus celebratam esse¹⁾ — quod tamen iam non ab omnibus admittitur (Cf. Slav. litt.

¹⁾ Hoc nonnulli (e. g. Metrophanes Kritopoulos, Conf. ep. 9 ap. Kimmel, App. p. 115.) ex ipsa voce „panis“ demonstrabant, unde fractio panis in Emmaus eis incommoda erat.

theol. I, 21).²⁾ Etsi enim conceditur Christum pascha anticipasse, fermentata iam tunc omnia remota erant. Neque apostolos extra tempus paschale aut apud gentes azymis abstinuisse facile demonstratur; Iudeos certe etiam alias in vita communi azymis usos esse, notum est vel e scriptura sacra Gen. 19, 2. (Contra I. Dmitrevskij, Istor. dogmat. i tainstv. izjasn. b. liturgii Spb. 1897, p. 162 et al.)

C. censet cum Duchesne (Autonomies ecclés. Égl. séparées Paris 1896, p. 97—8) quaestionem, sitne Christus usus pane fermentato an azymo ad liquidum perductam non esse; sed ex eo certitudinis defectu concludendam esse libertatem usus utriusque panis. Nec apostolorum usu eam restringi, cum si alteruter exclusus fuisse, silentium de re tanti momenti explicari non posset.

De usu posteriore diversae sunt sententiae. I. Sirmond S. I. Latinos ab initio usque ad saeculum IX. panem fermentatum consecrassae existimat (cf. Krausii Real-Encyclopaedie f. christl. Alterth. I, p. 172); I. Mabillon O. S. B. in ecclesia Latina unquam fermentatum panem in usu fuisse negat (Migne, P. L t 143, 1219—78); quem multi (Io. Cabassutius, Chr. Lupus, A. Landini [Diss. 11.] E. Martene [De ant. eccl. rit. l. 1, c. 3, a. 7, §§ 5 ss.] Le Brun) secuti sunt; denique cardin. I. Bona arbitratur, neutrum genus panis apud Latinos per prima octo saecula exclusive in usu fuisse; id quod comprobant Graveson, Tournely, Juenin, Drouin, alii.

Testimonia clara et certa usus vel azymi panis vel fermentati in ecclesia a *C.* non iudicantur esse antiquiora saeculo VIII (Beda, M. XCII, 593. 595. 597 pro azymo, Io. Philoponus, Galland, XII, 610 pro fermentato). Iustini (M. VI, 428), Irenaei (M. VII. 1028), Gregorii Nyss. (M. XLVI, 581) ἀρτος κονιός de utroque pane explicari potest; item verba Tertulliani (Ad ux. 2, 5. M. I, 1296; de Cor 3. M. 2, 80). Neque Iustini (Tryph. 41, M. VI 564) aut Origenis (In Mt t. 12. M. XIII, 989) testimonia, cum symbolice explicari possint, neque Io. Chrysostomi (H. de prod. Iud. M. 49, 379. 388) aut Epiphanii (Haer. 30, 16. M. 41, 432) clara sunt.

²⁾ In litteris Russorum hac de quaestione (praeter librum Glubokovskii alibi l. c. indicatum) agunt: G. Pavskij, Kogda i kak soveršil tainstvennuju večerju I. Hristos? (Hr. Čt. 1830 [XXVIII] 55 ss.; qui ibidem de apostolorum quoque [p. 93 ss.] et patrum II. et III. saec. [p. 255 ss.] usu agit); D. Hvol'son, Poslednjaja pashal'naja večerja Iisusa Hrista i den' Ego smerti (Hr. Čt. 1875, II, 430—80; 1877, I, 821—70; II, 557—610; 1878, I, 352—419); arlym. Vitalij (Grečulevič), Poslednjaja pashal'naja večerja Iis. Hr. i den' E. sm. (Stran. 1876 [IV], nojab. 97—126: dek. 185—289); V. Roždestvenskij, V město vvedenija k učenoj polemikě (Cerk. Věstnik 1877 N. 10); a. Vitalij, Otvět na učenuju polemiku po voprosu o poslednej pashal'noj večeri I. Hr. i dně E. sm. Stran. 1877 [IV] Nojab. 170—217); A. Nekrasov, Po povodu predložennoj professorom D. A. Hvol'sonom popravki v čtenii 17 stiha XXVI gl. Ev. ot Mth. (Prav. Sobes. 1878, II, 113—132); prot. Gorskij, Soveršil li Gospod' Iisus Hristos pashu Iudejskuju na poslednej večeri Svoej s učenikami? (Pribavl. k Tvor. sv. oo. 1853 [XII], 446—491); svjašt. M. Bogdanov, Vkušal li Iisus Hristos vethozavětnuju pashu na poslednej večeri s učenikami (Rukovodstvo dlja selskij past. 1861, I, 405. 428. 452); Anon., O vremeni prazdnovanija Pashi (ibid. 1872, I, 556—68); D. I. Prozorovskij, K voprosu o vremeni soveršenija Iisusom Hristom poslednej pashal'noj večeri (Stran. 1881, I, 595—610); Molčanov, Pashal'nye spory (Pravosl. Obozr. 1880, I, 758); ep. Mihail, O Evangelijah i Evangel'skoj Istorii. Gl. V, 254—274; T. Butkeyev, Žizn' Gospoda našego Iisusa Hrista 657—70; F. V. Farrar, Žizn' Iis. Hr. (1904) 843; Th. I. Troickij, Poslednjaja pashal'naja večerja Iis. H. po sinoptikam i Ioannu. Kaz. 1889. D. I. Bogdaševskij, Tajnaja večerja Gospoda našego Iisusa Hrista. Kiev 1906.

Sunt loci, quibus mentio fit de azymis, qui respiciunt usum iudaizantium, qui usque ad IV. saeculum apud christianos Mesopotamiae et Persiae vigebat, »septem dies azymorum« (Cf. J. Parisot in edit. Patrol. Syr. t. I. (Aphraates) col. 522. 535 et in Dictionn. de théologie t. I, col. 2656.)

Alii loci (Cypriani ep. 63, Cp. scr. e. L. t. III, p. 712; Augustini, Serm. 217 M. 38, 1010; Gregorii, In Evang. h. 23 M. 76, 1179) nihil probant, alii (Ambrosii M. 17, 628—30; Dacii Mediol. Mabillon, Vetera analecta Paris 1723, p. 531) apoeryphi sunt; Isidori epistola ad Redemptum (M. 73, 906), quae azymis favet, dubiae est auctoritatis; canon 6. concilii Toletani (XVI.) ab aliis alio trahitur.

Non tamen omnia testimonia a C. expenduntur (e. g. illud Rabulae in ep. ad Gemellinum episcopum [Bickell, Ausgewählte Schriften d. syr. Kirchenv. S. 251], ex quo manifestum est, saltem in provinciis Osrhoene et Euphratesia saec. V^o panes azymos consecratos esse).

Vocabulo fermenti a s. Melchiade, Innocentio I. aliisque Romanis pontificibus adhibito (Thomasi-Vezzosi, Opera t. V, p. 453) C. negat posse exprimi idem, quod voce fermentati; nec tamen ipse usus illius (Lib. pontif. p. 168, 169 not.) certam explicationem proponit. Quod fermenti vocabulum Baronius (ad a. 313, n. 49) et Du Cange (Glossar.) simplicem panem benedictum significare existimarent, alii (card. Thomasius in notis ad Capitulare Evangelior. opp. t. 5, p. 452—3; card. Bona R. liturg. c. 23; Mabillon, De azymo c. 10) ipsam Eucharistiam ita appellatam esse docent (cf. Euseb., H. e. l. 5, c. 24 M. 20, 507—8.). Cf. De Waal in Krausii Real-Encyclopaedie f. christliche Alterthümer, t. I, p. 172 (Brod).

Restant usus prisci testes ecclesiae antiquitus separatae; inter quos Nestoriani, quorum liturgia, si in universum aestimatur, non recentior descendente saeculo V^o putatur, pane fermentato utuntur. Acedit, quod antiquissimus ritus fractionis hostiae in liturgiis Copticis et Graecis necessario coniunctus erat cum usu panis fermentati, cuius crustam sacerdos subsecabat. Armeni semper azymis usi sunt; quorum liturgia a Caesarea derivata est. Si verum est, quod ipsi affirmant, usum eorum nunquam mutatum esse, iam saeculo IV azymi panes in illa provincia adhibebantur. Aeeusantur autem ab adversariis suis, quod, cum a Constantinopoli circ. a. 520 separarentur, in liturgia nonnihil et nominatim illud novaverint; nec Lebrun (Explication de la messe, 1778, V, p. 120) aliud opinatur. Idem vir doctus ecclesiam Copticam aliasque ecclesias Orientales azymis saltem in quibusdam casibus uti docet. Maronitis est usus azymorum; quando tamen introductus sit disputatur; cf. Corblet, Hist. du sacrement de l'euchar. Paris 1885, t. I, p. 172.

Postremo C. enumerat quae hac de quaestione ab aliis scripta sunt; quae, paucis additis, hic exscribi utile videtur esse. Petrus Dam., Expos. Can. Miss. M. 145, 881; Dominicus Grad., Ep. ad Petr. M. 141, 1456; Anselmus Cant., Ep. ad Walr. de trib. Waler. c. 1. M. 158, 541; card. Humbertus, Adversus Graecos M. 143, 940 sq.; Fragmentum disput. e. Graecos M. (P. G.) 143, 1215; Michael Cer. M. 120, 794 s.; Joseph. Methonensis, Apol. pro 5 eapp. M. 159, 1189—1228; Nechites (Nicetas) M. 188, 1239; Nicetas Steth., Contra Armenios et Latinos (ap. J. Hergenröther, Monumenta Graeca ad Photium pt. 1869 p. 139—154); Michael Glycas, Ep. de azymis (ap. Andron. Demetracopulum, Graecia orthodoxa. Lips. 1872); Thomas a Iesu, De unione schismatice. (M. Theol. curs. c. t. V, 424—434); Allatius, De libris et reb. eccles. Gr. Paris 1646; Maedo, De ritu azymor et ferm. Verona 1677; F. M. Florentini, Tumultuaria disq. de ant. usu ferm. p. et az. Lueques 1680; Ciampini, Coniectura de perp. azymor. usu. Romae 1688; Bona, De reb. liturg. Aug. Taurin. 1729 t. II. p. 150; Mabillon l. c.; Sirmond, Disquis. de pane az et f. Op. ed. Venet. t. IV, 351 sq.; Le Quien, Diss. Damaseenicae, diss.

VI. M. (P. G.) 94, 367–416; S. Fr. Bucher, De caena Domini in Volbeding, Thesaurus comment. selectar. Vitebergae 1721, t. II, 219–233; Sambini, De hist. eccl. diss. XI. Patav. 1729; Zosimus Peristianus, De Christo Pascha suum prae mature atque in p. f. celebrante. Patavii 1730; J. Liron, Du pain azime in Singular. histor. 1738, t. II, p. 389–411; Natalis Alexander, Hist. eccl. 1778, t. VII, c. 380–9; Thomasi, Opera omnia Rom. 1754, t. VII, p. 51–62; Benedictus XIV, De fest. Dom. §§ 138–152; Cabassutius, Notit. eccl. II, 2; De Vert, Explication des cérémonies de l'Égl. I, p. 2. 23; Boequillot, Traité de liturgie; G. t. Hermannus, Historia concertationis de pane az. et ferment. in c. Domi Lips. 1737; Martene, De ant. eccl. ritib. c. III, a. 7; Grancolas, Antiquités liturg. t. I, p. 564; Honor. de S. Maria, Animadv. in reg. et us. Critices t. II, l. 4, diss. 5; Renandot, Liturg. orientales Paris 1715, t. II, p. 353 sq.; Bingham, Origines eccl. § 5 Halae 1724–38, t. VI, p. 266; J. Mason Neale, A history of the holy eastern Church, Lond. 1850, p. 1. Gen. introd. p. 1051–1076; Giese, Erörterung der Streitfrage üb. d. Gebrauch der Azymen. Münster 1852; Pitzipios, L'église orientale Rome 1855, p. 96–7; 125–130 (übs. v Schiel, Wien 1857 p. 153–9); Ioann Čokrljan, Pravoslavie. U Beču (Viennae) 1860, p. 235–242; II. Schmitt, Harmonie d. morgenl. u. abendl. Kirche. Würzb. 1863 p. 295–9; Marković, O Evgaristii s osobitom obzirom na epiklesu c. 5.; F. Probst, Sakramente u. Sakr. Tüb. 1872, p. 200–3; Brandi, Dell'unione delle chiese³ Roma 1896; N. Nilles, Kalendarium² II, 221–9; Revue de l'Orient chrétien 1896, 313; Revue benédicteine 1889 (VI) p. 485–499.

NEA ΣΙΩΝ 1906 (III.), I. et II.

Archim. Chrysost. A. Papadopoulos, Σχέσεις τοῦ ἡγίου Ιωάννου τοῦ Νευκαστέλου πρὸς τὴν Ρώμην. I, 225–237. Exponitur, rationem, cur Innocentius ad Niceenos canones provocans non ipse litem diremerit sicut Leo I., Sardicensibus confisus, esse illam, quod saltem canones 3. 4. 5. tunc nondum exstiterint. (De ceteris lis est; cf. A. Spasskij in Bogoslovskij Věstnik 1902, ijun' et J. Friedrich in Revue intern. de théol. 1902, No. 37; 1903, No. 43). Quos a. 417 circiter ortos esse e Gratiani decreto anni 375 et synodo Romana anni 380 et ex usu illius temporis, quem Theophilus secutus sit (M. 47, 25) ostenditur. Inde illud Io. Chrysostomi, quod nonnulli occidentales urgunt, Innocentio scriptum (M. 52, 535) infirmum est, praesertim cum similia aliis episcopis scripsserit (M. 715, 654–5. 700, 702, 714).

Idem, Οἱ Πατριάρχαι Τερροσλύμων ὡς πνευματικοὶ χειραγωγοὶ τῆς Ρωμίας κατὰ τὸν τότε αἰῶνα (cum introductione de relationibus inter Graecos et Russos ante saec. XVII.) I, 341–363; 449–470; 579–601; II, 2–31; 177–196; 314–329; 413–428; 481–497.

Ide m., Έπιστολὴ Κυρίλλου τοῦ Λουκάρεως πρὸς τὸν Ἀρχιεπίσκοπον Καντερβορίας Abbot. I, 3–10. Cyrillus promittit ei Metrophanem Critopulum et queritur de simulatione Iesuitarum.

Archim. Kallistos, Μελέτη περὶ τοῦ Νομικάνονος τοῦ ἡγιωτάτου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως Φωτίου. (Pars huius commentationis iam a. 1905 edita est). I, 11–27; 118–138; 250–265.

Gregor. Papamichael, Ἐθικὰ διδάγματα. E longa serie capitum ad nos maxime spectat illud, quod inserbitur Tz „ὑπεροφειλόμενα“ (II, p. 233–246). Sententia P. est, quid singulis hominibus praeceptum sit, quid non sit, repetendum esse ab eorum determinato habitu et condicione, non tantum a natura humana in abstracto spectata. Singuli quatales particularem Dei de se voluntatem explere debent, quae est pars voluntatis divinae universlis seu legis moralis. Ita esse explicanda consilia evangelica: Ἐάν τὸ καθήκον ἀναφέρεται εἰς τὴν ὅλην ἡώρην τῆς ἀτομῆς ἡθικῆς ἐλευθερίας καθ' ὅλην αὐτῆς τὴν τῆς ὑποστάσεως ἐνότητα, τότε οὐδεὶς δύναται νὰ πράξῃ τι πέραν του καθήκοντός του γ, ὅπερ τὸ αὐτό, οὐδὲτε δύναται: νὰ πράξῃ τι περισσότερον ἐκείνου, τὸ ὄπειτον ἀγε: εἰς τὸν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ὅριον ζέντα:

αὐτῷ σκόποι. "Ἄγε αἱ εὐαγγελικαὶ συμβουλαὶ καὶ γνῶμαι οὐδὲν ἄλλο εἶνε, ὅλος ἡ εὐαγγελικὴ γνώμονες καὶ κανόνες διὰ τοῦ ἐπι μέρους ἀπομα καὶ καθ' ὥρισμένας περιστάσεις, διὰ τοῦτο δὲ δὲν δύνανται γὰρ ἐκφρασθῆσαι καὶ διατυπωθῆσαι ὡς γενικαὶ καὶ ἀπόλυτοι ἐντολαὶ, καίτοι εἶναι οὐχὶ ὀλιγάτερον τοῖταν ὑροχρεωτικαὶ καὶ ἐπίτοις ἐπιβάλλονται διὸ ὠρισμένον τι ἀπομον., εἰς τὸ ὄποιον ἀφορῶσι. (p. 239). Verba illa Christi ad adolescentem explicat ita: ut sis perfectus, oportet (*πρέπει*) te vendere quae habes, debes (*διαθέτεις*) sequi me; sc. tu in tua condicione et in tuis circumstantiis; solum hoc addendum ab adolescente esse Christus sciebat, ut dignus evaderet, qui electis adnumeraretur. »Τὸ τοιοῦτο περιστατικὸν τοῦ διλήμματος δὲν συμβάνει βεβαίως εἰς ὅλους καὶ συγχρόνως· πότε δὲ ἔκαστον συμβάνει, ἀπόκειται εἰς αὐτὸν γὰρ τὸ γνωρίζη δοκιμάζων καλῶς καὶ ἔξετάσων ἐπιμελῶς καὶ ἔσυτὸν καὶ τὰς περιστάσεις, δόπτε καὶ τῷ εἶναι καθήκον, θείᾳ ἐντολῇ καὶ ἀπαίτησις, ἢν διατέλεσθαι αὐτὸς ἀπομικθῶ.« p. 240. — Similiter ii, »quibus datum est, ut studeant castitati, non sunt homines electi, sublimes, perfecti, sed illi, qui perpensis omnibus rebus ad persuasionem pervenerunt, debere se eligere virginitatem, quia solum hac perfectionem consequi possint. (Cf. Slav. l. th. I, 68). Magnopere errant, qui sperant singularem mercedem se accepturos esse, si caelitatum elegerint. Quapropter neque verum est caelitatum esse rem multo nobiliorem quam matrimonium. (Cf. Slav. litt. th. I, 65).

— Cum s. Paulus virginitatem non praecipit, sed tantum suadet, loquitur in genere, non ad homines particulares; ideo dicit »alius quidem sic, alius vero sic« (1 Cor. 7, 7); »Unusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat« (v. 20) »propter instantem necessitatem« (v. 26). — Denique quidquid fit, fieri debet in caritate; atqui caritatis praeceptum infinite patet (p. 245). Quo quisque magis perfectioni studet, eo magis sentit, quantum distet ab eo gradu, quem occupare debuerit. Ambrosium, quem catholici allegant, notat tractare rem secundum Cice onem ad opinionem stoicorum.

P. haec scripturum fuisse non puto, si saltem ea, quae Bellarminius (De monachis I, 2, c. 7—13), Suarez (De relig. II (tr 7), l. 1, c. 6—9, Maldonatus (in Mt 19), Schwane (De operib. supererogatoriis et consiliis evangelicis. Monast 1868), Ballerini-Palmieri (Opus morale IV, n. 48) inspexisset. Ceterum Makarij (Pravoslavno-dogm. bogosl. II, 461—2 [§ 228]), Sil'vestr (Otvēt pravoslavnago na shemu starokatolikov o dobryh dělah Trudy 1875, I, 9—78; 167—213), Uspenskij (Oblič. bogosl. Ufa 1891, p. 63—6), M. Grigorevskij (Hrist Čt. 1906, II, 564), alii non melius rem suam defendunt.

Praeter haec notari hie possunt etiam ea, quae de casuistica et le collisione officiorum iudicat II, p. 132 s. »Ἄλλος ἡ αὐτοτράχερθεστέος κριτικούντι, θεική, ἔχουσα ὑπὸ δύψιν τὸν ὑπὸ αὐτῆς διαπαδαγωγηθέντα καὶ θεικῶς κατακριτεθέντα ἀνθρωπὸν, δὲν ἀναγνωρίζει πραγματικὴν σύγκρουσιν ακαθηγόντων καὶ ἐποιέντων πολὺ ὀλίγον εἶναι διατιθεμένη γὰρ γενεθεῖσῃ πακρολόγους κανόνας τῆς διαρρυθμίσεως τῆς διαγωγῆς τοῦ ἀπέναντι τῶν μυρίων δυνατῶν συνδυαζιῶν καὶ τερπτικῶν τῆς καθηκοντολογίας, διότι ὁ τοιοῦτος ἀνθρωπὸς ἔχει ἐκάστοτε τὴν ικανότητα καὶ γὰρ προληπτικὴν τὰς συγκρούσεις διέτα τοῦ θεικοῦ κατατιθεσθεῖσοῦ τοῦ κρόνου του καὶ γὰρ εἶναι βέβαιος, ὅτι εἰς ἐκάστηγη περίπτωσιν ἐπραξέν ὅτι τὸ φειλε γὰρ πράξῃ. Scilicet obici solet Latinis pharisaeismus et levitas in doctrina de moribus (Uspenskij, Obl. bogosl. p. 143); casuistas Romanos negligere internam hominis dispositionem, gradum conscientiae et voluntarii et determinare operis pretium secundum res externas; inde oriri doctrinam de collisione officiorum. Hac de re a P. agitur a p. 120—133.

In miscellaneis agitur p. 212—6 de relatione Pii X ad ecclesias Orientis. Queritur scriptor, Orientales, quos Leo XIII. semper magni testimabat, a Pio X. contemni. Abbatiam Cryptoferratensem esse sublatam, commentarios Bessarione subsilio privatos, liturgiam Slavicam coegeri; ubi accurate narratur quandam episcopum Bosniae ad reprehensionem secretarii papae respondisse, se epistolam illius in coram conieciisse, cum a peritis decessoribus illius numquam reprehensus

sit ob ea, quae utilia vel noxia populo suo iudicaverit. — Generatim existimat Pium X. a doctrina colenda alienum esse.

La Ciudad de Dios. Anno XXVI (Vol. 69. 70.) Madrid 1906.

P. Cipriano Arribas, O. S. A., Estudio crítico sobre el probabilismo moderado. I, 361—372; 539—546; 653—663. II, 36—45; 107—117; 294—307; 443—453; 557—567; 645—656.

Perlustrata doctrina s. Alphonsi et eis, quae alii (Ballerini, Arendt, Lehmkuhl, Sabetti, Le Bachelet, Caigny, Aerthys, Gaudé, Jansen, Marc, Ter-Haar etc.) de hac re exposuerunt, A. ostendit, discriumen inter aequiprobabilismum et probabilismum, prout a theologis practicee propugnantur, fere nullum esse. Ratio est, quia et »excessus probabilitatis, nisi magnus sit, evidens esse nequit« (Aerthys, Theol. mor., de conc. n. 89) unde »quotiescumque intellectus, adhibita ad cognoscendam legeim rationabili diligentia, certam tutioris opinionis praeponderantiam clare percipit, libertas remanet in plena sui iuris possessione (P. Marc. C. ss. R., t. 1, nn. 99. 105) nec continget ut spectatis intrinsecis rationibus quisquam probabilem censeat opinionem, cuius oppositam habet ceu probabilissimam« (Gury t. I, n. 77) Itaque A. consentit Lehmkuhl et Arendt, discrepantiam inter utrumque systema esse exiguum theoreticam, practicam aut nullam aut vix ullam. (I, p. 362. 424. II, 646 ss.) Quodsi addimus non solum aequiprobabilistas a probabilistis revera vix differre, praeter quae systemata moralia in theologia catholica nullum approbat, sed etiam nomen probabilistarum amplecti viros plurimos, Societati Iesu non adiunetos, ut d'Annibale, Hählein, Bouquillon, Gópfert, Rappenhöner, Raphael a s. Josepho, Huppert, Leimbach etc., satis appareat, quam iniuste a nonnullis theologis Russorum Iesuitis probabilismus expobretur.

Rivista internationale. 1906. Vol. XLI. P. A Palmieri, Il prossimo sinodo generale della chiesa russa. P. 161—187. Exponuntur sententiae Russorum de necessitate et utilitate concilii generalis ecclesiarum Russiae ac de quaestionibus cum eius constitutione coniunctis.

Bessarione 1905—6.

C. Tondini de Quarenghi, Une étrange profession de foi russe. (Fasc. 87 p. 241—6).

Exponitur, S. Synodus Russorum contentam fuisse confessione Polockensi (qua episcopi et clerici uniatorum (12. febr. 1839) ad ecclesiam Russicam accedebant), qua tantum exprimebatur solum Iesum Christum verum caput unius verae ecclesiae esse, nec ultra de ullis quaestionibus antiquitus inter ecclesiam Occidentalem et Orientalem controversis requisivisse consensum.*). Ita enim iudicavit: »Toržestvennoe v postanovlennom sobornom Aktě ispovědanie, čto Gospod' Bog i Spasitel' naš Iisus Hristos edin est' istinnaja Glava edinoj istinnoj Cerkvi, i oběščanie prebyvat' v edinomysli so svjatějšimi Vostočnymi Pravoslavnymi Patriarchami i Svjatějším Synodom, neostavljajut ničego trebovat' ot Greko-Úniatskoy Cerkvi dlja istinnago i suščestvennago soedinenija věry, a potomu ne ostaetsja takže ničego, čto moglo by prepjatstvovat' edineniju ierarhičeskemu.« Hac confessione dicit T. potuisse s. Synodus omnes catholicos sibi unitos esse declarare. »Les Evêques et le clergé uniates émettaient une Confession de foi qui se trouve en toutes lettres, dans le Catéchisme du Concile de Trente, et le Saint Synode eût pu, fort logiquement, en se basant sur la même »Confession

*) Cf. Zapiski Iosifa Mitropolita Litovskago, izdannyja Imperatorskoju Akademieju nauk, po zavěščaniju avtora. Spb. 1883. — Wł. Chotkowski, Dzieje Zwięczenia Sw. Unii na Białorusi i Litwie, w świetle „Pamiętnikow Siemaszki“. — Sbornik statej izdannych Svjatějšim Synodom po povodu pjatidesyatilétiya vozsoedinenija s pravosl. Cerkovju zapadno-russkih Uniatov Spb. 1889 (II. p. p. 6. 11).

du foi», déclarer comme également incorporés à l' Église russe, je ne dis pas les Pères du Concile de Trente, parce qu'ils étaient déjà morts, mais tous les Catholiques qui, en professant de croire ce qu'on lit dans le dit Catéchisme professent une doctrine commune aux deux Eglises.« Conferuntur deinde verba Catechismi Romani (de IX. symb. art. q. 11 et 13) cum verbis Confessionis orthodoxae (Petri Mogilae) I, q. 85. Unde apparet utrosque confiteri ecclesiam habere unicum Caput Iesum Christum et consentire etiam in notione vicarii eius, de solo numero viciorum dissentire. Ecclesiam tamen initio consensisse de monarchica forma regiminis, cuius proprius est vicarius unus, ostenditur e voce ἀρχιπομήν τῶν λογικῶν προβάτων, quae etiam nunc in liturgia Graeca (Μητροπόλεως 29. Iun. ad Laud. [ἀρχιπομένα τῶν λ. πρ. κατέστησεν] de s. Petro adhibetur.

A. Palmieri, Il ristabilimento del patriarcato in Russia e le polemiche della stampa Russo-Ortodossa. (Fasc. 88 p. 42—47). Exponuntur sententiae diversae Russorum de commodis et incommodis instituendi patriarchae.

Revue Bénédictine, Avril 1906.

A. Palmieri, Un document inédit sur la rebaptisation des Latins chez les Grecs (p. 215—232).

Ecclesia Graeca seu strictius patriarchatus oecumenicus Constantinopolitanus baptismum, quem Latini per aspersionem vel infusionem conferunt, invalidum declarat. Cyrillus V. secundo suo patriarchatu (1752—57) decretum edidit, cui etiam Matthaeus, patriarcha Alexandrinus ac Parthenus, Hierosolymorum antistes nomen dederunt, quo definitur: ab ecclesia orthodoxa in fide orthodoxa Latinos baptizatos non baptizatos haberi et secundum apostolicos canones ac synodos absque dubitatione denuo baptizari (Gedeon, Κανονικαι Διατάξεις t. I, Constantinop. p. 254). Nuper Anthimos VII. (1894—97) super Leonis XIII. litteris ad unionem ecclesiae utriusque adducendam datis, cum rescriberet, Latinos baptismum invalide conferre declaravit. Nam baptismum Latinorum rem novam, tangentem essentialia fidei ac relinquendam dicit. Accedunt Graeci theologi moderni plerique: Elias Tandalides, Πατριαρχῶν ἐλέγχων τόμος τρίτος, Constant. 1853 pp. 55, 57; Constantinus Oecumenos, quem ipsi theologum saeculi XIX. clarissimum habent, Τὸς σωζόμενα t. I. pp. 398—515; Chrysostomus, Drama antistes, Ήερὶ ἐκκλησίας t. II. p. 410; Zigavinos archimandrita, Ἀπάντησις εἰς τὴν ἑγκύκλιον ἐπιστολὴν Λέοντος ΙΙ Πάπα Ρώμης περὶ ἐνώσεως τῆς ἀνατολικῆς ἐκκλησίας μετὰ τῆς ὁυτικῆς. Marseille, 1894, p. 179. Omnes hi auctores, quamvis invalidum baptismum per aspersionem collatum declarant, tamen Latinos ad Gentiles pertinere, id quod sequitur, affirmare non audent.

Contra Graecos tria militant: Usus ipsorum sæpe contradicens, ecclesia orthodoxa Russia in hac re non consentiens, origo huius erroris funesta.

Ioachim II. (1860—63; 1873 — 78) litteris patriarchalibus et synodalibus supra decreto Cyrilli V. celeberrimo datis, laudans illud simul ecclesiae independenti (autocéphale) regni Hellenie plenam hac in re libertatem fecit. (Theodoea, Νομολογία τοῦ οἰκουμενικοῦ πατριαρχεῖου Constant. 1897 pp. 369, 70). S. Synodus a. 1878, 24/IV. anabaptismum necessarium esse decernens, subsequeuti anno sola unctione chrismatis denuo collata contenta fuit (ib. p. 370). Infantes etiam dispensati a. 1880 dein a. 1885 diaconi (ib. p. 371, 74). De doctrina eccl. Russicae hac in re discrepanti legi potest Serafimov, Pravila i praktika cerkvi otositel'no prisoedinenija k pravoslaviju nepravoslavnym hristian, Kostroma, 1882, pp. 131—138. Maltzev, Antwort auf die Schrift des hochw. Domkapitulars Röhm, Berlin, 1896, p. 64—66. —

Si historiographos consulis, originem anabaptismi a monacho quodam Graeco ipsos deducere repieres. Ita Sergius Maeree, Γρονιμί-ματα ἐκκλησιαστικῆς ιστορίας, apud Sathas Μεσανανκή βιβλιοθήκη, t. III. Ve-

net. 1872 pp. 208–224; Dapontes, Καθηέπεται γραμμῶν, Lipsiae, 1766, t. II. pp. 178–81; Hypsilanti, Τὰ μετά τὴν ἀλωσιν, Constant, 1870, p. 365; Kumas, Ἰστορία τῶν ἀνθρωπίνων πράξεων, Viennae, 1831, t. X. pp. 33–41. Ipsum fuisse pseudomonachum, c. a. 1750 populum praetentu invalidi baptismi contra Latinos excitasse, tandem sine vestigio disparuisse conveniunt. Sed documenta gravissima hæc in re nondum edita sunt. Ad quæ pertinet illud, quod Palmieri ope Papadopulo-Kerameos, multum in rebus Byzantium spectantibus versati, primo in lucem edidit, quodque historiam famosi Auxentii magnopere aperit. Est desumptum ex catalogo patriarcharum Constant. a Pancratio Dimeros seu Dimaris, diacono Ianinensi, exarato. Qui catalogus ineditus in bibliothecæ Constantinop. collectione litteraria Graeca servatur et in codice, signato numero 14, continetur. Titulus Ms ab ipso Pancratio exarati sequitur: Κατάλογος χρονολογικὸς ἀκριβῶς μᾶλλον καὶ συγκριτικῶς περιέχων τοὺς βασιλεῖς Βυζαντίου καὶ Ὀθωμανῶν καὶ πατριάρχας Κωνσταντινουπόλεως ἥπερ τοῦ ἡγέτης ἔτους, τοντεντεῖς παρὰ Πατριαρχίου ἰεροῦ αὐτόνου Δημήτρου τοῦ ἐξ Ιωαννίνων. Ille catalogus non amplius integer, ex omnibus hucusque de Patriarchis Const. editis teste Papadopulo-Keramevs spectata critica ratione et copia rerum primo loco venit. Quod pseudomonachum Auxentium controversiamque anabaptismi spectat, clarissimum ac pulcherrimum valoris baptismi a Latinis collati contra Graecos exhibit testimonium. Pauca rem evincent 1751. Πατοῖς δὲ τὸδε, ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ Μαχμούτη διὰ κοινῆς προστάλγεσσων τῶν ἀγίων ἀρχιερέων ἔλαχεν τὸν θρόνον καὶ ἐπιτριάρχευσε θεοφιλότερος ἔτος ἐν καὶ μῆνας τρεῖς. Σημείωσα: ἐπὶ τούτου τοῦ σεβασμίου πατριάρχου ἀνεψύγη ἐν τοῖς περιγράφοις Νικομηδεῖας εἰς ψευδομάρκας καὶ ἐλασπλάνει: πολλοῖς. «Παναγρινόμενος ἀρετὴν καὶ ἀγιότητα ἔλεγεν θεόθεν πεμφθῆναι: ἀγράντα: μετάνοιαν.» Totus est fraus et fallacie; præstigiator, qui fictis cum aliis composito consilio miraculis mundum decipit, impurus etc. De anabaptismo legimus: »Ἐν μάζῃ τῶν ἡμιεργῶν ἀναρρέεις ψευδοεργμένης ἐπὶ τὴν θυρίδα τῆς κελλίας αὐτοῦ ἔλεγε τῷ ξήλῳ. »Χριστιανοί, σήμερον καντράθενται νὰ κηρύξω τὸν ἀναβαπτισμόν, καὶ γὰρ ἡ θεοφιλότερος δὲτοι οἱ Αριμένιδες καὶ οἱ Φράγγοι εἰναι ἀβάπτιστοι, καὶ δὲν πιστεύουν τὸν Χριστὸν καὶ τὴν Παναγίαν καὶ τὸν καλέγγρον (οὗτως ἔνωτον ἔκάλει). Διὰ*) τοῦτο ἀναβαπτισμός, ἀναβαπτισμός.» Quibus sane vesanii et fraudibus Cyrillus V, aequalis pseudoprophetae, valorem dogmaticum tribuit. Lebedev, Istorija greko-vostočnoj cerkvi pod vlastju Turok (Sergiev Posad, 1896, t. I. p. 322–323), patriarcham vituperat quod antiquam consuetudinem (drevne-cerkovnoe obyknovenie) qua Latini in ecclesiam orthodoxam solum uncti denuo sancto chrismate recipiebantur, improbe mutaverit.

J. Knabenbauer, S. I. **Commentarius in duos libros Machabaeorum.** Parisiis 1907

Notus scripturae sacrae commentator novum industriae suæ fructum edidit. Ubi dolemus locos maioris momenti non diligentius tractari quam alios. De illo enim 2 Mach 12, 46 haec pauca commemorantur (p. 410–1): Nihil ex hoc loco colligi pro doctrina catholica de purgatorio existimat Keil, quia... — Sufficiat nobis ab auctore illam sententiam et Iudei attribui et vehementer commendari; testimonium evidens est præterea de fide Iudeorum illius temporis. — Etiam Grimm monet Iudam potuisse velle sacrificium in bonum superstitem; cf. v. 42. Sed auctor libri explicite aliud de Iuda enuntiat. Dein monet Gr.: si pro mortuis sacrificium offerendum curabat, ita fieri poterat, ut apud Deum iis impetraret remissionem poenarum in oreo (Hades). Optime; ita censem Gr. et nihilo minus contendit nihil rite colligi pro doctrina purgatorii. Vir doctus non videtur suspicari quidnam illa doctrina contineatur; alioquin intellexisset se remissione illa poena ium in oreo verissime adstruxisse illam ipsam, quam impugnat, doctrinam. Verum est obvium huius loci sensum videri omnino esse eum, unde

*) Revue Bénédictine: Frz.

concludatur Iudam et sacerdotes et synagogam, item populum pecuniam conferentem credidisse (quae sententia saltem minime improbatur a scriptore inspirato), orandum esse, ut mortui post peccata ceteris liberentur a poenis pro illis peccatis luendis. Alioquin enim aut dicendum esset, intelligi peccata synagogica, quae sola auferri possint sacrificiis V T., non theologica, aut efficaciam precum pro tempore praeterito (ut ante mortem actum contritionis elicuerint), aut solutionem a peccatis, pro quibus luendum non esset, sed fortasse tantum minor gloria acceptanda. Quae tamen data opera excludenda erant.

J. B. Rebours, **Traité de Psaltique.** Jérusalem 1906, 290 p. De cantu in eccl. Graeca.

Iezekiel Beladiniotes. ΤΟ ΕΘΝΟΜΑΡΤΩΣ ΗΛΙΤΡΑΙΩΧΗΣ Κύριλλος Λαζαρίδης. Athen. 1906. 24 p.

Memoria liturgiae slavicae in dioecesi Auxerensi. (Publicationes Palaeoslav. academie Veglensis A. 1906 fasciculus 1-4.) Ex archivio dioecesano Auxerensi excerptis J. S. Vajs. Veglae 1906.

Anno clapsi, quo Illimi metropolitae Ilyrici (Goritien), Dalmatiae (Jadertinas) Croatiae (Zagrabien,) cum suis suffraganeis Romam ad consulendum de quaestione liturgiae Glagolito-romanae vocarentur, triste spectaculum oculis nostris apparuit. Plura enim folia periodica Italica potissimum dictionis Austriae et externa, et quod peius est catholica, imo etiam ea quae principaliora habentur, tali modo de quaestione liturgiae Glagolito-Romanae attinet scripserunt, ut in apertam cum historio contradictionem devenerint. Hanc agendi rationem Illimus episcopus Veglensis rei Glagoliticae vindex intrepidus in Actis Curiae episcopalibus Veglen. (Num. 9, pag. 143 et sqq.) publice notavit.

Interea in publicationibus dioecesanae academie Veglen. opusculum supra nominatum prodiit, quod apologia quaedam est liturgiae Glagolito-Romanae in dioecesi Auxerensi ab adversariis impetitae. Auctor omnia et singula quae ex SS. Congregationum Litteris, Visitatoris Apostolici relationibus, Synodorum dioecesanarum Actis nec non Visitationum canonicarum protocollis proferri poterant, attulit, siveque adversarios ex locis, ad quos ipsi confugiebant, convincit. Itali in opusculo potissimum Fr. Salatae (L'antica diecesi d'Ossero e la liturgia Slava) Polae 1897 edito confisi sunt, qui custodes archivii dioecesani Auxerensis accusavit, quasi nolent ex archivio ea in lucem proferre, quae commentis suis ad confutandum ius liturgiae in dioecesi Auxerensi favere sperabant. At frustra; nam acta nunc publicata liturgiae Slavicae patrocinantur.

Opusculum seriem annexam habet singulorum sacerdotum, qui Saera lingua slavica peragebant, nec non indicem glagoliticorum missalium, breviariorum, ritualium, tabellarum etc., brevi omnium, quae ab Illmis Ordinariis dioecesim visitantibus tamquam liturgiae in dioecesi legitime vigenti necessaria comparari iubentur.

Talis modus cum adversariis agendi optimus est, librumque, qui non solum quae ex ignorantia vel passione falso asserebantur confutat, sed etiam partem historiae dioecesis Auxerensis, quod ad liturgiam Slavicam attinet, illustrat, commendat.

Ant. Malvy, **La Réforme de l' Église russe.** Paris 1906.

Motum et agitationem religiosam in Russia quae modo obtinent, plenius describere non intendit auctor, sed quaedam puncta quasi super profundo turbido lucentia exhibere sive religionis reformandae facta publica praecepua notare prae oculis habet. Cui in conscribendo libello completa collectio praecepuarum publicationum a theologis Russicis anno 1905 editarum ad usum fuit.

Motus ille, qui iam totam Russiam velut mare immensum inundavit, ex duplice ortum duxit fonte, ex privata activitate et auctoritate

publica, quae iuxta se currentes, nullam forte de se invicem notitiam habebant.

Consilium ministrorum cum capitibus potestatis administrativae extremo anno 1904 ad »deliberationem propriam« convenerunt, ut spes edicto imperiali de 12.12.04 exhibitas multo negotio implerent. Praecipua quaestio eis fuit de secta »Raskolniki« dicta, quae postquam publice discessit, a magistratibus et legibus multum vexabatur. Ad quam sessionem Antonius, metropolita Metropolitanus, excellens eruditione et ingenio, ascitus fuit. Quamquam ille libertatem conscientiae defendit, tamen concessionem »Raskolnicis« faciendam ipsi ecclesiae orthodoxae iniustam ac periculosam fore declaravit.

Comes de Witte, qui praesidebat et praesuli consentiebat, rem ad imperatorem rettulit. Sua maiestas dein eundem metropolitam benigne invitavit: »ut de petitionibus et desideriis hierarchiae certior fieret.« Praelatus pluribus adhibitis iuris canonici professoribus academie Metropolitanae, imperatori post dies aliquos libellum supplicem dedit.

Quae dum a magistratibus aguntur, eadem quaestio de reformatio-
nanda religione iam etiam a presbyteratu in lucem editur

Sacerdotes enim numero 32, omnes Metropolitaniani, in foliis quae Cerkovnyj Věstnik vocant, placita sua »de necessitate mutandae gubernationis ecclesiae Russicae« divulgaverunt. Hi praesuli suo litteras supplices, postea 5.IV. editas, de eadem re insuper dederunt. »Per duo iam saecula«, ita illi siluit ecclesia. Regimen atque magnam vim rei publicae ad internas res ecclesiae radicem esse omnium malorum; episcopos a magistratibus civilibus eligi, transponi, deponi; s. synodum a gubernio formari; ipsos postulare has ob causas concilium generale, vere repraesentans ecclesiam.

Quae de una hac re a Martio usque ad Iunium 1905 prodierunt, volumen amplum, 600 p. continens constitut.

Antonius in libello superius nominato maiorem petuit libertatem et independentiam a gubernio, ut clerus ad rem publicam administrandam admitteretur, denique ut conventus generalis tum cleri tum laicorum convocaretur ad actuales utriusque potestatis necessitates ordinandas.

Ilio tempore etiam de Witte, nescitur utrum per se an libello illi Antonii motus, »De actuali ecclesiae Russicae statu« spripsit, propius quam ipse praelatus petitioni sacerdotum accedens. Praeter alia, illud Dostoevskyi »A tempore Petri M. ecclesiam Russiacam ea paralysi laborare« suum faciens, patriarcham abhinc non fuisse caput personale scribit sed non nisi consilii permanentis praesidem. Ipse quoque comes concilium postulat, ad quod omnes meliores vires ex clero et laicis congregentur. »A duobus saeculis«, inquit »siluit ecclesia; non audi-
vimus vocem eius; nonne tempus est, illi aurem accommodare et de illa sciscitari, quid cogitet de forma, quam contra suam voluntatem suasque traditiones a sacra antiquitate transmissas, accepit?«

Interim Pobèdonoscev, procurator supremus s. Synodi, timens operi Petri N. ab imperatore impetravit mandatum: »Tollatur res de consilio ministrorum ac transferatur ad s. Synodum.«

Sed hic supremi procuratoris extremus conatus ad irritum redactus est. Nam s. Synodus, sessionibus 15., 18., 22. Martii habitis, libellum supplicem et relationem pro religione reformata ad imperatorem edidit.

Insequentes res politicae effecerunt, ut quaestiones istae de ephemericibus, in publicationes theologicas, quibus excellit Russia, paulatim transirent.

In eunte anno 1906 prodiit maximo totius fere cler cum applausu catalogus electos designans ad consilium futurum praeparandum. Inter quos etiam nonnulli archipresbyteri et professores laici, clarissimi inter scriptores, habentur.

Iam vero magis in dies semper ecclesia orthodoxa in ipsa sua

interna forma et vita exagitari et turbari videtur. Non solum quod clerus saecularis sive albus, immo aliquando et laici ad s. Synodum eligi, et ad consilium futurum vocari student: quod clerus albus etiam ad episcopatum admitti vult; sed disputatur iam etiam de ipso principio vel fonte, in quo sit omnis potestas in ecclesia. Altera sententia non differt a catholicismo nisi defectu primatus papalis, docetque omnem iurisdictionem penes solos esse episcopos iisque divinitus impositione manuum tribui; altera omnem potestam delegari a populo episcopis affirmat. Quod principium democraticum, etsi nondum aperte prolatum tamen ex placitis argumentis quae pro futuro formando concilio afferentur, et logica necessitate deducitur et in dies latius diffunditur. —

En brevis conspectus libri »La Réforme de l' Église russe« inscripti, maxima cura ac diligentia compositi, quem rerum in Russia modo gestarum futuris scriptoribus magnopere commendamus.

O. Židek.

RESPONSA AD INTERROGATIONES.

I.

De salute peccatoris morientis in attritione existentis.

In fasciculo primo huius anni (p. 92—94) quaestioni propositae, utrum cum Graecis defendi possit, „Deum etiam iis, qui in peccato gravi moriuntur, ignoscere posse et ignoscere vere, si pro eis preces fiant in terris“ responsum, doctrinæ claritate commendatum, propositum est. Cum tamen ad illud plures obiectiones factae sint, iuverit, paucis quid de tota quaestione sentiendum videatur ita aperire, ut et responsi iam dati et obiectionum, quae factae sunt, simul debita ratio habeatur.

Ac primum quidem videtur propositio proposita sensu omnino sano et catholico accipi posse. De fide est ex ipso concilio Florentino, eos, qui in actuali mortali peccato discedunt, mox in infernum descendere, ex inferno autem nullam esse redemptionem. Quare quaestio non am de homine mortuo, sed de moriente intelligenda est. Hic homo supponitur esse in statu peccati mortaloris, attamen habens, ex Dei gratia, contritionem imperfectam seu attritionem. Quaeritur, num hic homo, si pro ipso preces in terra fundantur, salvari possit. Ad quam quaestionem sine ulla dubitatione respondendum est: et salvari posse est de facto multos pro Dei misericordia salvari. Attamen quaeritur, qua via oratio fidelium salutem huius hominis obtineat. Recte sane animadversum est per vim orationis impetrativam a Deo obtineri posse et obtineri reipsa quasdam gratias, ad quas ex opere operato oblinendas vel sacramentum nullum institutum vel saltem in casu dato non applicatum est; et inter has gratias sine dubio salus talis hominis nerito comprehenditur. Sed quaeritur, primo, quis effectus immediatus alis orationis sit, seu quaenam sit praecise ista gratia, quae immediatus fructus talis orationis est, seu quaenam secundo, utrum orationis effectum finalem i. e. salutem animae infallibiliter obtineat.

Quod primam quaestionem attinet, ille effectus immediatus orationis sine dubio in gratia Dei speciali reponendus est, qua talis homo

ad contritionem perfectam, iam iustificantem, disponatur et moveatur et indicatur: haec enim est illa gratia, quae tali homini in his circumstantiis ad salutem necessaria est, et generatim credendum est, Deum usque ad ultimum vitae halitum erga hominem non iustitia puniente, sed misericordia adiuvante uti velle, et voluntatem Dei salvificam, veram et sinceram solum cum ipsa morte finem habere. Deum semper ad preces fidelium talem gratiam inducentem ad contritionem perfectam iustificantem concedere, negare non est necesse et credere pium est et sanae fidei de Dei infinita misericordia omnino congruum.

Omnino alia autem est quaestio, num in omnibus hisce casibus etiam effectus completus et finalis, salvatio dico animae, reipsa obtineatur. Iamvero licet hoc in multis casibus, quae Dei est misericordia, piissime credamus, tamen aequum certum est, id de omnibus casibus dici nullo modo posse. Haec enim semper est conditio hominis, sub gratia positi, quod ipsius est per cooperationem suam talem gratiam reddere efficacem, et sicut durante longissima vita sua, non obstantibus omnibus precibus pro ipso fusis consensum denegare potest, ita etiam in hoc supremo momento, a quo tota pendet aeternitas, hunc consensum negare potest. At, dixeris, quomodo probabile est hominem, qui attritionem iam habere supponitur, gratia ad contritionem perfectam impellente non uti? Attamen haec possibilitas nullo modo excludi potest. Nam etiam gratiae ad contritionem perfectam moventes, etsi omnes et singulae ad illum effectum obtainendum vere sufficiant, tamen possent esse maiores vel minores. Maior vel minor autem gratiae vis tum obiective a veritate illa pendet, quam gratia mentem illuminans ei proponit atque ab impulsu voluntatis, qui per modum inspirationis talem illuminationem sequitur, tum subiective a dispositione habituali huius hominis. Potest enim esse, ut de homine agatur, qui vix unquam in vita sua a caritate perfecta se moveri sivit, unde esse potest, ut etiam nunc moriens, etsi terrore inferni concutiatur vel etiam spe coeli alliciatur, tamen in amore Dei perfecto, etsi eum, si omnes vires resumat, ponere possit, tantam difficultatem nunquam a se vinci solitam inventiat, ut de facto ad talem actum non assurgat. Sic quidem sperare licet Deum, quo ferventiores pro tali homine preces fundantur, eo maiores et convenientiores eidem gratias in hoc ultimo momento concedere; attamen, etiamsi gratiae maxime insigne sint, manet homo semper liber, etiam maximam gratiam potest vel omnino negligere vel ita negligenter se ad consentiendum movere, ut eum prius mors occupet, quam ad contritionem perfectam perveniat. Ipsi Iudei in supremo vitae momento Iesu amantissimi magistri gratiam defuisse credere non possumus, et ipsam etiam Beatissimam Virginem pro eo orasse valde probabile est, attamen Dominus dicit, melius ei fuisse, si nunquam natus esset, quod signum est eum, gratiae non cooperando salutem non esse consecutum; et ipse etiam bonus latro, cum iuxta Dominum in cruce pendens, gratiam pretiosissimam obtainuisse, eadem sicut latro malus non uti potuisset. Quare sicut unus homo non obstantibus omnibus orationibus pro ipso fusis et non obstantibus omnibus gratiis intuitu harum

orationum ipsi collatis, potest sua culpa ne ad contritionem quidem imperfectam pervenire, sic alius poterit contritione perfecta ipsi necessaria sua culpa destitutus ad aeternitatem infelicem transire. Omnia quidem in illo supremo momento de Dei infinita misericordia sperare et ferventissimis orationibus postulare possumus, effectum etiam orationis proximum i. e. gratiam ad perfectam contritionem necessariam eum nunquam denegare pie sperare et credere possumus, at de ultimo et pleno salutis effectu absolutam certitudinem habere non possumus.

Quibus omnino suppositis, ad singula, quae ad solutionem iam prius propositam obiecta sunt, haec responderi possunt:

Ad textum concilii Tridentini ibidem allatum animadversum est, eum de viventibus loqui non autem de morientibus. Verum quidem est, concilium immediate et directe hominem sanum spectare vel saltem eum, qui adhuc per confessionem saluti animae consulere possit, de eoque enuntiare attritionem illam sine ipso sacramento re suscepto ad iustificationem non sufficere, neque decretum immediate tangit alteram quaestionem, utrum in mera attritione existens et sine sacramento moriturus tamen adhuc et qua via salutem consequi possit. Iam vero, ut in expositione illius decreti recte animadversum est, attritio qua talis, nulla omnino re accedente i. e. neque confessione neque extrema unctione neque contritione perfecta, nullo unquam in casu iustificare potest; oppositum esset doctrina a revelatione omnino aliena. Sicut tamen ex iis, quae diximus, luculenter patet, inde quaestio prorsus diversa nullo modo tangitur, utrum non mediantibus orationibus fidelium ad illam attritionem etiam in eo, qui nec poenitentiam nec extremam unctionem accipere potest, aliquid aliud accedere possit, quo posito salutem aeternam consequatur. Ad quam quaestionem affirmative, sicut fecimus, respondendum est.

Ad explicationem orationum in missa pro defunctis datam animadversum est, tales dramaticam alias nullibi in orationibus ecclesiae inveniri. Nolo hic epiclesim commemorare, ut quae et ipsa controversiae locum daret. At: illae orationes etiam in sententia ab obiciente proposita, quod scilicet attritio cum nuda additione orationis fidelium aliquod totum ad salvationem animae sufficiens constitutat, omnino eodem sensu explicandae essent. Nam aut hanc vim adscribunt tantum orationibus ante mortem factis aut etiam orationibus post mortem factis: si primum, explicandum manet, quidnam istae orationes post mortem factae et liberationem ab inferno postulantes efficiant, quove tendant: si alterum, tunc modus, quo summi effectum consequantur, sane explicandus est, nec poterit aliter explicari quam eo, quod a Deo tanquam ante mortem factae accipientur, quo ipso habetur repraesentatio illa dramatica temporis iam praeteriti.

Quod explicationem datam efficaciae precum attinet, sustinetur ab obidente, ecclesiam, dum orat, esse simpliciter infallibilem, tum quod in obiecto petitionis, vero scilicet bono, errare nequeat. tum quod potentis indignitas, quae efficaciam precum privataram impedire solet, hic exclusa sit. Iam vero in expositione prius data recte omnino statuitur, etiam ecclesiam quoad exauditionem precum suarum habere conditionem

appositam, dummodo gratiae tales ordini divinae providentiae sint conformes. Id enim nullo modo negari potest: nam ecclesia certo ardentissimis a Deo precibus unionem ecclesiarum separatarum postulat, quam esse verum bonum et obiectum ipsius petitionis Christi, „ut omnes unum sint“ „ut fiat unum ovile et unus pastor“ extra omne dubium positum est: attamen nondum ecclesia exaudita est.

Profecto verum est, ecclesiam, si quidem absolute aliquid petat, infallibiliter id impetrat: sicut et Christus, pro Petro eiusque cesseribus absolute petens, ne fides eorum unquam deficiat, effectum huius petitionis, infallibilitatem dieo Romani pontificis certo obtinuit. At iude non sequitur sive ecclesiam omnia, quaecumque petit, absolute petere ideoque infallibiliter obtinere, sive etiam tantum ecclesiam quidquid sibi placuerit, saltem posse absolute petere *). Nonne enim, si posset et non faceret, crudelis dicenda esset? Quare, si una ex parte constat, ecclesiam pro omnibus fidelibus perseverantiam finalem petere [etiam respiciendo ad promissionem Christi, ut in Canone Missae „in electorum tuorum iubeas grege numerari. Per Christum“] ex altera tamen parte in extremo iudicio multo fideles propter defectum honorum operum in ignem aeternum detrudi, profecto hoc signum est, ecclesiam perseverantiam finalem omnium fidelium non solum de facto non petere absolute, verum etiam ne posse quidem petere absolute ideoque eam promissionem impetrationis in nostro casu non esse intellegendam absolutam sed [etsi non a ratione pulchritudinis e damnatorum existentia orientis aut ab ulla ratione quae cum universalis voluntate salutifera Dei componi nequeat, tamen] a divino beneplacito, certe optime fundato, dependentem.

Dr. P. S.

II.

De valore absolutionis in ecclesia Orientali.

A priori videtur exclusum esse, ut iurisdictio necessaria ad valorem absolutionis tot pastoribus animarum non concedatur ab eis, qui eam concedendi copiam habent quomodo enim rationem redderent tantae inclemenciae in eos, qui bona fide ab eis abalienati sunt?

Cum demonstratum esse videatur (cf. p. 63—8) s. Sedem sacerdotibus ecclesiae Orientalis a se separatis potestatem extraordinariam confirmandi et oleum infirmorum consecrandi in universum non abstulisse, iurisdictiōnem ad sacramentum poenitentiae necessariam eos habere, vix prudenter negatur. Nullo modo dubitari potest hac de re in periculo mortis. Attendendus est etiam error communis. Accedit, quod ecclesia Romana, ni

*) Ecclesia absolute nihil petit nisi absolutam promissionem Domini accepit, ut in precibus stricte sacramentalibus e. g. in ordinatione sacerdotis, in unctione infirmorum; in precibus quae ad victoriā de inimicis suis obtainendam — non tamen determinato tempore — obtainendam — et in eis, quae ad simpliciter mala avertenda spectant etc. In secentis aliis casibus talem absolutem promissionem non habet; neque scit, num res, si impetratur, certo bona sit futura, e. g. si precatur: a peste, fame et bello libera nos Domine. K.

fallimur, nunquam ab eis, qui se ei denuo coniunxerunt — ut nonnumquam integrae nationes — confessionem generalem de tota vita postulavit, id quod postulare debuisset, si absolutiones priores omnes invalidae fuissent. Cf. de hac quaestione librum: *Memento de Theologie morale à l'usage des missionnaires par le P. Rom. Souarn des Augustins de l'assomption n. 129—138.*

Red.

De Velehradensi conventu theologorum commercii studiorum inter Occidentem et Orientem cupidorum.

Postquam privatim — maxime Dris Fr. X. Grivec industria — complures theologi consilium cuperunt enitendi, ut distracti inter se et a coniunctione avocati Occidentales et Orientales in pristinam concordiam reducerentur, ex alienis amici redderentur, rationum utilitatumque communicatione fruerentur, denique infelix illud ecclesiarum dissidium tolleretur, — unde et »Slavorum litterae theologicae« ortae sunt et societas Apostolatus ss. Cyrilli et Methodii iam pridem Velehradii condita adducta est, ut novis illis commentariis praesidio suo munitis negotia sua augeret, — mirum non erat, quod de re maximum emolumentum promittente, de conventu eodem spectante a viris hoc studio inflammatis agi coeptum est. Res Deo manifeste iuvante ita evenit: Inter Pl. R. D. Mons. Dr. A. C. Stojan et R. D. A. Špaldák per occasionem conventus Apostolatus supra nominati eiusque coetus academici superiore anno Velehradii habiti convenit, ut ad studia pertinentia ad aperiendam viam pacis et concordiae inter Occidentem et Orientem, ad controversias disceptandas, opiniones praejudicatas corrigendas, animos offensiores recolligendos, amicitiam de integro renovandam, inquam ad haec, studia eorumque desideria augenda et dirigenda conatus caperetur convocandi eos, qui his rebus operam dare vellent. Velehradium in Moraviam — quo loco sive commoditatem spectas sive religionem, nullus aptior invenitur —, ubi doctorum virorum, in his rebus perfectorum, lectiones audirent. Quae cum pararentur varia consilia proposita — maxime a R. D. Werner — et animi rei studio ardentes effecerunt, ut praeparatum institutionis triduum in conventum omnium theologorum commercii studiorum inter Orientem et Occidentem cupidorum mutaretur, qui non solum de rebus in cognitione positis instruerentur, sed etiam de variis rationibus in agendo positis deliberarent.

Ex invitatis ad legendum benigna excusatione impedimentorum usi sunt RR. DD. Dr. J. Kern, Dr. M. Končar, Dr. J. Pachta, Mons. L. Duchesne, Pl. de Meester, P. Pierling, A. Malvy, M. Jugie: promiserunt se verba facturos esse R. D. I. Urban de eis, quae a theologis occidentalibus pro Orientalibus effici possint et debeant, R. D. A. Špaldák de debita Orientaliū ad ecclesiam Romanam relatione, R. D. A. Palmieri de sententiis catholicis apud theologos Russiae R. D. Dr. Fr. Grivec

de tentaminibus unionis, R. D. B. Spáčil de indulgentiis, R. D. M. Haťuščyňský de epiclesi, R. D. Fr. Snopek de consensu ss. Cyrilli et Methodii cum doctrina Romana, R. D. I. Černý de liturgia eorundem; RR. DD. Spáčil et Černý tamen impediti sunt, quominus legerent. Quae in »Slavorum litteris theologicis« simul cum tempore conventui celebrando a R. D. V Wirsig, Velehradensis collegii rectore, constituto indicata sunt, unde etiam in alia folia (ut Corriere d'Italia, Num. 193; Cerkovnyja Vědomosti No 20, p. 825) transierunt. Deinde litteris scriptis singillatim plurimi episcopi et theologi — occidentales et orientales, Slavici et externi — ad conventum invitati sunt, Celsissimus vero dioecesis Olomucensis princeps archiepiscopus Fr. Sal. Bauer, ut s. Methodii, patroni caelestis, successor, rogatus est, ut tutelam conventus suscipieret. Cum res iam maturaे esse viderentur R. D. J. Rybák et ea quae legenda et ea quae deliberanda erant descriptsit atque apte disposuit et libellis, qui in variis commentariis (Casop. kat. duchovenstva, Vlast, Hlas, Čech etc.) descripti sunt, dispersis nota fecit. Nonnulli diurnorum scriptores vim et momentum futuri conventus sapienter praesenserunt et exposuerunt ut in praeclaro illo Pragensi »Týden« n. 29 (42)¹) et in Labacensi »Slovenec« n. 158²).

¹⁾ Čím důležitější, rozsáhlejší a obtížnější jest započaté dílo, tím snáze se stává, že energie a vytrvalost činitelů jeho poněkud ochábne a že zapotřebí jest vzpružení, aby dílo opět čile pokračovalo, rostlo a se dařilo. „Spojenými silami“ volá se dnes na všech stranách, schůze a sjezdy jsou dnes zpravidla pružinou při sebe menší akci. Jak jinak mohla by býti účinněji vzpružena idea Cyrillo-Methodějská, jak jinak mohlo by zdatněji podporováno býti dílo podniknuté pro unii mezi pravoslavným Východem a katolickým Západem než sjezdem těch, kteří si této unie přejí, pro ni pracují, ji připravují? Proto sluší uznati, že sjezd vědeckého odboru Apoštolátu sv. Cyrilla a Methoděje na Velehradě, který se bude pod protektorátem Jeho Excel. nejdůst. p. arcibiskupa Olomouckého konati ve dnech 25.—27. července t. r., znamená pro myšlenku Cyrillo-Methodějskou důležitý krok v před. Sjezd ten pořádán jest pro všechny, kdo se o východní otázku zajímají a oživení a rozproudění pokusův o sblížení církve východní s církví římskou si přejí. Jaké naděje na unii byly kladený u nás v Čechách při założení Apoštolátu sv. Cyrilla a Methoděje v roce 1885! Zdaž odpovídají těmto nadějím také skutečné události? Tážeme-li se na výsledky misionářské práce na Východě, zůstaly daleko za očekávaným úspěchem. Ale kdo zná poměry a překážky zdárného misionářského působení, nediví se tomu. Neboť jak mohou tamní tak četní misionáři z různých států a zemí evropských pracovati energicky, vytrvale a vynalezavě, i když opatrne, pro unii, dávají-li se strhnouti polmutkami jinými a pracují-li spíše pro zájmy evropských států? Vedle toho scházel dosud v práci Apoštolátu pro unii systém. Proto ohlášený sjezd unionistů na Velehradě jest slibným začátkem práce organisované a soustředěné na to, co jest v plánu Apoštolátu hlavním a vůdcím, na uskutečnění idey Cyrillo-Methodějské. Dnes pracuje se všude hlavně tiskem a agitací. Tak i zde. Tisk jest práce literární, vědecká; agitace jest práce misionářská a sběratelská. Sjezd ustanoví její program, objasní překážky, ukáže cesty a prostředky k jejich odstranění, usnese se

Celsissimo Protectore sub vesperum diei 24. Iulii sollemniter excepto conventus initiam sumpsit.

Convenerunt: † Franciscus Salesius, Princeps-Archiepiscopus Olomucensis; † Andreas Metropolitanus Halicensis, Archiepiscopus Leopoliensis Ruthenorum, Episcopus Kameneensis Podoliae (comes Szeptycki); † Fr. Robertus Menini O. C. Archiepiscopus Vic. Apost. in Bulgaria; Dr. Fr. Grivec, docens theologi. Labaci, delegatus RR. D. Episcopi Labacensis; Dr. Fr. Kovačić, theologus prof. Marburgi, delegatus RR. D. Principis Episcopi Marburgensis; Dr. Fr. Reyl, Ep. Consistorii Consiliarius, delegatus RR. D. Episcopi Reginae-Hradecensis; Io. Baczek (Varsavia); A. Barvinsky (Leopoli); H. Beránek (Brno-Zábrdovice); Dr. A. Breitenbach (Kroměříž); A. Bukowski (Widnawia); Er. Cyrus (Praga); J. M. Černý (Kalksburg); A. Čihal (Niclesii); E. Dlouhý (Olomucii); Dr. D. Dorožinskij (Leopoli); E. Dostál (Holice); Dr. Fr. Ehrmann (can. Olomucensis); J. Filip (Prostějov); Fr. Gája (Zahnašovice); Iv. Gašperčík (Olomucensis); Cyr. Grebeniček (Znoimae); Lud. Čírygera (Vracov); Mc. Haluščyňský

na resolucích a postará se, aby přešly ve skutek. Dokud se sjezd nesešel, měl jeden pracovník na tomto díle zápasiti s překážkou tou, jiný opět s jinou, a k tomu jeden o druhém nevěděl, neřeku-li, aby byl mohl mu poraditi. Sjezd sblíží a seznámí vespolek všechny činitele pro unii praeuijsci a po zralé úvaze všech zkušených ustanoví jednotný postup v práci, kterým se bude jednotlivecum řídit. Myšlenka sjezdová pro účely unie není sice zeela nová; něco podobného zamýšlel již prof. Zdziechowski, laik, ale nepodařilo se mu ji uskutečniti. Za to postěstilo se letos svolavatelům sjezd zabezpečiti. Volba místa jest co nevhodnější. Tam pracuje se lépe, kde jest nadšení: a Velehrad jest místo posvátné a drahé jak pravoslavnému tak katolíku, místo, odkud vzešla Slovanstvu víra jediná a kde mu má také navrácena býti. Pozvání ku sjezdu jako svolavatelé podepsali p. Dr. Ant. Stojan, poslanec a p. Dr. Ant. Podlaha, metropol. kanovník v Praze.

²⁾ Največje versko in kulturno vprašanje, kar jih pozna svetovna zgodovina, je vzhodno cerkveno in kulturno vprašanje, vprašanje o razmerju med vzhodno in zapadno cerkvijo, med vzhodno in zapadno kulturo. Globoke kulturne razlike, različnosti narodnega značaja in duha so sodelovali pri onem boju med vzhodom in zapadom, ki se je končal s cerkvenim razkolom. Prvi evropski učenjaki (Krummbacher, Ehrhard, Diehl, Gelzer, Duchesne), priznavajo, da spada vzhodni razkol med najusodnejše dogodek svetovne zgodovine; ta razkol je imel posebno za vzhod najstrašnejše posledice. Odkod to globoko nasprotje med Srbi in Hrvati, med Rusi in Poljaki, orientalci in zapadnjaki? Vse to je provzročil razkol, ki je pretrgal prijateljsko in zaupno občevanje med vzhodno in zapadno cerkvijo, vzhodno in zapadno kulturo, vzhodnim in zapadnim duhom.

Stoletja so se veliki in goreči možje trudili, da bi rešili to velikansko vprašanje, a brez posebnega uspeha. A vkljub vsem neuspehom vedno spet vstajajo učeni in goreči možje, ki poskušajo pripomoči k rešitvi tega ogromnega problema.

Kdor le nekoliko pozna sedanje ruske razmere (dovolj je le površno pregledati „Die Grundprobleme Russlands“ profesorja Zdziechowskega), se lahko prepiča, da so usodepolne krize, ki sedaj pretresajo Rusijo, v zvezi z vzhodnim cerkvenim in kulturnim vpra-

(Buczacz); A. Hlinka (Rosenbergensis); B. V. Hříva (Napajedla); Dr. T. Hudec (Brno); Iac. Hudeček (Hradištii); A. Janda (Kroměříž), A. Jašek (Něm. Loděnice); Fr. Jemelka (Val. Meziříčí); V. Jonáš (Pragensis); K. Kizlink (Uh. Hradiště); Dr. A. Kolísek (Hodonín); K. Komárek (Spytinov); J. Konečný (Blatnice); A. Kusela (Boršice); Cyr. Laichman (Halenkovice); Dr. Th. Leonini (Roma); Th. Ležohubský (Leopoli); E. Matzel (Cracoviae); Nic. Mikić (Feričanci); J. Myšliveček (Podivín); Dr. D. Njaradi (Zagreb); Com. Ed. O'Rourke (Innsbruck); A. Palmieri (Romae); Dr. J. Pazman (Zagreb); Fr. Pošpišil (Olomucii); Dr. Fr. Přikryl (Týn); Dr. Sv. Ritig (Djakovo); J. Saip (Pragae); Dr. J. Samsour (Brunae); Al. Sauer (Uh. Hradiště); Dr. I. Schneider (Křižanovice); Fr. Sedláček (Budišov); V. Skácel (Podštát); Andr. Snoj (Labaci); Fr. Snopek (Kroměříž); Cesl. Sokolowski (Varsaviae); A. Štaffa (Boršice); Fr. Starý (Prostějov); Dr. A. C. Stojan (Dražovice); T. Šilinger (St. Brno); L. Škarek (Velehrad); A. Skrabal (Olomouc); A. Špaldák (Pragae); Dr. B. Šustek (Brunae); Dr. Fr. Tomáštík (Česká Ruda); Io. Urban (Cracoviae); Dr. C. Večeřa (Mägno-Olexovicensis); Mich. Werner (Posonii); V. Wirsig (Velehrad); Fr. Vlach (Olomucensis); Jos. Vraštil (Velehrad); Io. Vychodil (Charváty); J. Zalokov (Pittsburg); Ot. Žídek (Velehrad); Vás Žoldak (Lvov).

In universum aderant theologi 76 et natione et munere ac statu diversissimi: Bohemi, Slovaci, Rutheni, Russi, Croatae, Sloveni, Itali, Germani; complures ex Ordine s. Basilii M., item e Societate Iesu, duo ex Ordine Praedicatorum, duo ex Ordine Crucigerorum, tres ex Ordine s. Augustini, clerus saecularis variae dignitatis.

Huius vespere, in magna aula collegii salutati a Pl. R. Dre Stojan, cum lecta essent deliberanda consilia, quae iam ante conventum proposuerunt domini RR. D. Iosefus Kessler, Episcopus Tiraspollensis, RR. DD. A. Csávossy, B. Hendl, A. Palmieri, P. Perica, St. Petranović, J. Rybák, J. Sauer de Augenburg, A. Špaldák, M. Werner, oblati sunt excellentissimis DD. Archiepiscopis, ut ab ipsis et inter se cognoscerentur.

Postero die sacro sollempni a Celsissimo Protectore celebrato congregati hora 9. in eadem aula collegii summo consensu omnes Excellentissimum Dominum Andream Metropolitam Galiciacae (Comitem Szeptycki) praesidem conventus delegerunt, actuarios (negotium gerentes) RR. DD. Dr. Stojan, Špaldák, Černý. Excellentissimus Praeses brevi alloquio quantum munus ad theologos Slavicos pertineat quantumque sit quaestionum in conventu tractandarum momentum ostendit; etsi enim non omnia ad ipsum

šanjem. Prav pravi dr. F. Koneczny, poljski zgodovinar in izvrsten poznavavec slovanskih razinjer, da je od rešitve vzhodno-cerkvenega vprašanja odvisna bodočnost Rusije.

Gotovo je primerno, da se zbudi najživejše zanimanje za to veliko kulturno in versko vprašanje etc.

usum referantur, ratio et scientia res et usum praecedant oportere. Neglecta esse sananda, opinionas corrigendas. Optimo eventu rei susceptae exoptato peroravit.

Haec excellentissimo Praeside praefato primus legit R. D. Io. Urban de eis, quae a theologis catholicis pro ecclesia Orientali agenda sint. Planum erat eum rebus minutatim perquisitis et per vestigatis sententias suas explicare. Res — verecundia quoque oris commendata — omnium ingenti assensu audita et cum propter novitatem tum propter gravitatem argumenti plausibus studiisque prorumpentibus excepta est. Initium melius nemo speraverat. E rebus a R. D. Urban expositis attentione dignissima sunt, quae de membris ac notis ecclesiae et quae de mutatis quaestionibus inter Orientem et Occidentem controversis protulit.

Ad quae paeclare explicata ipse Excellentissimus Praeses haec fere addidit: Si consideretur doctrina ecclesiae orientalis vix ac ne vix quidem quidquam est, quo a doctrina ecclesiae catholicae discrepet. Quo enim tempore discidium inter ecclesias ortum est, dogmata omnia communia erant, utraque pars ecclesiae erat orthodoxa. Tempore procedente catholica ecclesia nonnulla decrevit, quae tamen ecclesia Orientalis neque ponit neque negat, cum solum ea teneat, quae in primis 7 conciliis constituta sunt, ita ut orthodoxus, qui velit primatum Romani Pontificis agnoscere, secundum principia ecclesiae orientalis reprehendi non possit. Pernecessaria enim est distinctio inter doctrinam ecclesiae Orientalis et doctrinam theologorum Orientalium. Alia sane legitur doctrina saepe in libris theologicis, alia auditur in ecclesiis, alia usu manifestatur — et alia est doctrina ecclesiae. Haec enim ea est, quam tota communitas ecclesiastica vel potius omnes communites ecclesiasticae ecclesiae orientalis a Romana separatae ponunt: quae est secundum principia maxime fundamentalia, in symbolicis libris omnibus exposita, doctrina septem conciliorum oecumenicorum. Unde doctrina ecclesiae orientalis a doctrina ecclesiae catholicae secundum illius principia et ut ita dicam iure dogmatico non aliter differt quam doctrina ecclesiae catholicae saeculi noni a doctrina eiusdem post 10 saecula, cuius dogmata iam tunc in nucleo extabant. Unde ostendi potest nos catholicos multo propius accedere ad veros orthodoxos quam illi theologi Orientales accedant, qui a vera orthodoxa doctrina et disciplina antiquae ecclesiae recedunt.

Dr. Th. Leonini adiecit in testimoniiis sanctorum Patrum afferendis negligi solere ab Occidentalibus sintne in conciliis oecumenicis allegati necne, quod apud Orientales magni sit. Praeterea exposuit aliam rem nominari ab Orientalibus theogiam moralem, aliam ab Occidentalibus; illi de christiana morum perfectione, hie finibus liciti, graviter et leviter illiciti agunt.

His rebus auditis disceptatum est de proposito primo ita ut, sicut et postea semper, primum ipsi, qui rem proposuerant, eam

(si aderant) explicarent et argumentis probarent, deinde ea disceptationi et arbitrio conventus permitteretur. Ea, quae disceptionibus approbata, immutata vel reiecta (2 prop.) sunt, in conspectu decretorum conventus, omissis eis, quae non latius patent, enumerare praestabit.

Alter recitavit R. D. Palmieri O. S. A., vir excellentis ingenii ac theologiae Russicae peritissimus, de rationibus catholicis in theologia Russica.

Quae fuso orationis genere magna delectatione et admiratione omnium pro singulari rerum cognitione exposuit, omnibus persuaserunt, se non incassum venisse, etiamsi iam aliud nihil essent percepturi. Clarissimus vir accurate ostendit theologos Russorum, quamvis infensi sint catholicis, propter fundamentorum communionem nonnumquam adduci, ut catholice sentiant et catholicis utantur argumentis. Ne Antonius quidem Archiepiscopus Volhyniensis, catholicae doctrinae insignis adversarius, excipitur, quippe qui incommodorum laicæ procurationis ecclesiae gnarus ad sententiam catholicam de capite spirituali, potestati civili non obnoxio, pervenerit.

Ilis rebus cognitis varia proposita deinceps disceptata sunt, cuius disceptionis multi, etiam ipse excellentissimus Praeses, partem ceperunt. Deinde epistolæ (vel telegrammata) lectæ sunt, missæ conventui a RR. DD. M. Ledochowski³⁾, H. Gaisser⁴⁾, L. Duchesne, Dre F. X. Slavić (Sarajevo), Dre A. Jeglić,

³⁾ Magno cum gudio nuntium de cogendo Velehradii conventu de quaestione orientali ecclesiastica accepi plurimasque gratias ago pro benigna invitatione. Proh dolor occupationes mihi non permittant, quominus Romam relinquam, hinc solum a longinquo labores Vestros precibus meis iuvare conabor. Addictissimus M. Ledochowski S. J.

⁴⁾ Saecularibus festis occurribus S. Ioannis Chrysostomi, Universalis Ecclesiae Doctoris et Luminis Ecclesiae Orientalis rugilantis, Congressus solemnitatis huiusmodi promovendae causa Romae constitutus, consilio die XII. Iulii habito, unanimi voto deliberavit decrevitque:

ut Illustrissimis Praesulibus ad Velehradum in Moravia in concilio congregatis fausta quaque feliciaque in Domino apprecentur, ut Dei gratia praeveniente fideliter pro unione utriusque Ecclesiae laborantes ministri gratiae multiformis de felici possint exitu gaudere.

Insuper humiliter enixeque rogat congressus, ut unitatis strenui propugnatores inspirante S. Doctoris lumine nomen opusque impendant solemnitati eiusdem Sancti centennali die XIII. Novembris in templo Principis Apostolorum Romae celebrandæ, atque ad hunc effectum mittant suorum nomine et mandato delegatos, ut eo gloriōsior evadat coadunatio collineetque in animum uuum utraque Ecclesia, et de sepulchro S. illam aedem ornante sumant pignus fraternae caritatis fideique unitatis omnes plaudentes.

Denique ne inefficacia remaneant desideria et vota pii operis perficiendi, neve memoria excidat solemnitas tanto magistro digna, volumen insigne prodiet in lucem, cuius sumptus liberalitati commendant illorum, qui se praebebunt emptores et fautores huius operis, cuius pretium inclusis simul aliis opusculis constabit 15 fere libellis seu coronis.

Episcopo Labacensi, Dre I v. Šarić (nomine capituli Vrbbosn.), Con st. Czechowicz, Eppo Premisiensi. Postremo Celsissimus Protector telegramma recitavit ab Einin. Card. Merry del Val ipsi missum: »Summus Pontifex incepitis consiliisque Apostolatus ss. Cyrilli et Methodii bene precatus cupit, ut felicem exitum sodales assequantur iisque amantissime benedicit.«

Post meridiem duae lectiones habitae sunt, prior a R. D. Dre Fr. X. Grivec, de conatibus unionis inter ecclesias separatas restituendae, posterior a P. D. M. Hałuščyňskýj O. S. B. M. de vi epicleseos. Utraque accurata rei investigatione excellebat.

Tempore reliquo acriter disceptare perrexerunt (RR. DD. Sokólski, Urban, Palmieri, Židek, Ritig, alii) de eis, quae scribenda et edenda sint pro Occidentalibus et Orientalibus.

Proximo die (26. Iul.) sacro a Celsissimo Domino Francisco Salesio Bauer Principe Archiepiscopo (ab hora 6³⁰) et post eum ab Excellentissimo Domino Roberto Menini Archiepiscopo facto primum RR. D. Dr. Reyl, mentione facta quattuor locorum suae dioecesis, s. Clementis nomine nexum aliquem cum ss. Cyrillo et Methodio hucusque experimentium, vota Reverendissimi Episcopi sui favoremque erga conventum pronuntiavit.

Deinde Excellentissimus Dominus R. Menini haec fere verba fecit: Summo gaudio a Pl. R. Dre Stojan oblatam copiam accepi invisendi locum, ubi corpus requiescit s. Methodii, qui tanta labaravit in Slavis ad Christum adducendis, praesertim apud Bulgaros, Moravos et Bohemos. Gaudeo item, quod personaliter benefactorem meum insignem, Celsissimum Protectorem conventus cognovi; gaudeo, quod tot homines docti et desideriis sanctis repleti hoc convenerunt ad consilia sua efficaciter promovenda atque Deo adiuvante ad effectum perducenda. — Numquam obliviscar verba Sumini Pontificis, cum ante 27 annos me in Bulgariam mitteret. Populus Bulgarorum, inquit, debet aliquando uniri matri ecclesiae, a qua fidem accepit; forsitan ego et tu iam defuncti erimus, sed tempus illud certe adveniet. Interim labora, Deus erit tibi adiutor. — Ego, etsi indigne, laboravi, certavi, et si gloriari oportet, aliqua passus sum — prope cursum meum consummavi, neque dicere possum cum Apostolo: reposita est mihi corona iustitiae — tantum misericordiae Dei, cuius proprium est misericordia semper et

Haecce omnia perpendentes et ad viscera vestrae caritatis appellantes has litteras tamquam pignus unitatis fraternitatisque Vestrae commendamus dilectioni, preces insimul Vestras pro felici exitu humiline impetrantes.

Romae, die XX. Iulii a. s. 1907. Collegium graecum de S. Athanasio P.

Hugo Athanasius Gaisser O. S. B.,
Rector eiusdem Pont. Collegii Graeci (via Babuino 149),
Praesidens Congressus Chrysostomiani.

parcere. — Populus Bulgarus simplex est et rectus, nostri catholici Bulgari sunt exemplares in moribus; blasphemia apud nos non cognoscitur neque contra eam praedicatur; vigent publicae poenitentiae apud nos ut temporibus antiquis; nullum indultum Bulgaris conceditur, qui totam quadragesimam in oleo et oleribus a feria IV Cinerum usque ad Pascha vitam agunt. Bulgari non catholici nos magni aestimant, saepe a nostris sacerdotibus benedictionem petunt. Ad Bulgaros in partem ecclesiae catholicae propensos reddendos complures res conferunt. Primum, quod in Macedonia Bulgari orthodoxi vexantur, cum Bulgari catholici plena pace et securitate fruantur. Deinde Bulgari excommunicati sunt a Patriarcha Constantinopolitano. Restat igitur, ut in pristinam matrem innitantur, a qua maximo cum ecclesiae detrimento se separarunt. Princeps Ferdinandus catholicus est. Politicae quidem rationes eum impulerunt, ut filium suum a me, cum lacrimis dico, catholice baptizatum ab ecclesia Romana separari permitteret. Sed hoc exstincto inter Bulgaros et ecclesiam catholicam discidio sanari potest. Bulgari venerantur Borisem regem, qui lumine Christi eos illustravit; ast hic coronam regiam non a Patriarcha Constantinopolitano, sed a Papa accepit. Convenit igitur, ut Bulgari celeberrimi regis sequantur exemplum. Bulgari ardenter colunt ss. Cyrillum et Methodium; at hi fuerunt catholici, Romae consecrati episcopi. Nihil igitur iustius, quam ut Bulgari exemplum sequantur eorum. — Neque potest obici, quod ecclesia catholica ritum Latinum desideratura sit. Bulgari gratias agere debent Romanis pontificibus, qui ss. Cyrillo et Methodio concesserunt, ut lingua Slavica in liturgia uterentur, quod Graeci Patriarchae non videntur unquam concessuri fuisse. Neque dicant papam negare usum linguae Slavicae in liturgia Latina. Illud enim probandum est, hoc periculis plenum. Slavos, Bulgaros par est in ritu suo orientali lingua Slavica uti. Ecclesia catholica non laedit domesticos mores ullius gentis, est »internationalis«: Gallus remanet Gallus, Germanus manet Germanus.. Christus dixit Apostolis »docete gentes« non »supprimite nationes«. Concipi potest clerum esse nationalem, seminaria esse nationalia; sed religio si esset nationalis, non esset catholica.

His magno plausu exceptis Dr. Fr. X. Grivec acta cum Ioanne Terribili de concilianda cum Romano Pontifice concordia et Possevini consilia quam diligentissime exponere perrexit.

Deinde R. D. Špalda de officiis disputavit, quae ab Orientalibus praestanda sint catholicis, quippe qui neque haeretici neque schismatici haberi possint; item de officiis, quae ab eisdem praestanda essent catholicis. si haeretici aut schismatici essent.

Inter singulas lectiones proposita disceptata sunt maxime de discidio inter ecclesiam Orientalem et Occidentalem communis omnium christianorum precum et laboris impetu impugnando. (R.R. Dr. Schneider, Stojan, Kováčič, Ritig, Pazman, alii).

Post meridiem A. R. D. Fr. Snopék, archiepiscopaloris Archivarius de s. Methodii orthodoxia agens solidae doctrinae propriam scrutationem levitati adversarii sui prof. Brückneri opposuit.

Cum re perfecta plaudentibus omnibus pulpitu m reliquisset et plausum a se ad magistrum suum, ipsum Celsissimum Protectorem modeste deflexisset, hic iam abiturus, actis nomine conventus a Pl. R. D. Dre Stojan pro benevolentia quam conventui exhibuit, gratiis, studia et concordiam conventus laudavit ac divinum auxilium laboribus eius adfore confisus eidem bene precatus est.

Quo facto tempus, quod supererat. omne in disceptandis propositis consumptum est. Multis laudatus est ritus orientalis eiusque notitiam aequa ac sanctorum, qui ab Orientalibus coluntur, divulgandam esse statutum est (disceptarunt RR. DD. Ležohubskýj, Palmieri, Leonini, Urban, Haļuščynskýj, Sokołowski, alii). Deinde de bibliotheca Cyrillo-Methodiana. communi omnium ecclesiasticae quaestio nis orientalis studiosorum (RR. DD. Škarek et Matzel) et de ceteris propositis. In eis, quae in his disceptationibus exposita sunt, inter alia tacta est quaestio theoretica de valore absolutionis in ecclesia Orientali, nec leviter tractata. Excellentissimus Praeses. R. D. Haļuščyński, R. D. Urban haec fere docuerunt. Occidentales non possunt dubitare de valore absolutionis Orientalium. Dubitant nonnulli de hac re. quod sacerdotes Orientales careant iurisdictione ad absolvendum necessaria. Quaestio nis, num habeant sacerdotes separati ab ecclesia catholica habitualiter, ordinariam. iurisdictionem connectere solent cum ea, num habeant iurisdictionem in foro externo; hac utique volunt eos privatos esse. Verum — censet R. D. Urban — coram Deo, nisi peccatum formale habeant, censuram non incurunt nec iurisdictione privantur. Certe vero — ut clare rem explicavit Excell. D. Praeses — ex ipso dissensu theologorum catholicorum (quorum doctissimus quisque in suffragiis quondam collectis valorem agnoscebat) probari potest absolutionem illam Orientalium validam esse. Ecclesia enim supplet, si iurisdictione est probabilis; atqui probabilis est iurisdictione, quam theologi probabilem ducunt. Adest certe etiam titulus coloratus. Denique non est commiscenda iurisdictione fori externi cum iurisdictione ad sacramentum poenitentiae necessaria. Illa numquam conferebatur per ordinationem, haec apud Chaldaeos, Armenos hucusque simul cum ea traditur, ubi approbatio aut iurisdictione ad absolvendum determinatae regionis homines necessaria non est. quia legi ecclesiasticae orientali non derogavit decretum concilii Tridentini. Quodsi quis graves rationes habeat ad negandum valorem huius legis orientalis, negare tamen non potest eiusdem legis probabilitatem. — Ad haec accedit — quod addidit R. D. Haļuščyński, quod ecclesia catholica nec a Ruthenis sibi unitis nec alias postulavit, ut peccata

antea commissa denuo confiterentur. — Menthio facta est etiam huius rei, quod in processibus matrimonialibus etiam ubi lex Tridentina promulgata est matrimonium contractum coram orientali parocho semper habetur validum non minus quam si coram parocho occidentali ineatur.

His rebus perpensis et eis, quae placebant, decretis constitutum est collegium decem virorum (RR. DD. Palmieri, Leonini, Kovačić, Grivec, Pazman, Njaradi, Urban, Stojan, Špaldák, Werner), qui de modo decreta exsequendi deliberarent et inter se curam distribuerent eadem ad effectum perducendi, de conatibus suis proximo conventui — post duos annos habendo — rationem reddituri.

Postero die (27. Iul.) Excellentissimus metropolita Andreas sollempni ritu Graeco-Slavico (cum duobus presbyteris) liturgiam celebravit. Qua finita brevem contionem ad congregatos coram altari socios conventus habuit. Magnum gaudium suum expressit et Deo ipsisque sociis gratias egit, quod conventus prosperrime successit. Cum ea sit divinae cooperationis ratio, ut res parvas, quibus hominum pia industria par est, modo sancte et concorditer agantur, auxilio suo mirifice foveat, ut magnae evadant, Deum studia, labores, iacturas ipsorum bene iuvaturum esse atque effeturum, ut Slavi omnes uno Christi ovili comprehendendantur. Quapropter ad precium et operae assiduitatem hortatus est. Post haec hymno »Te Deum« Deo gratiae actae sunt.

Hora octava convenerunt illi decem viri, a conventu exsequendis decretis delegati, cum Excellentissimo Praeside et iis, quibus interesse placebat, ad deliberandum de singulis rebus iussu conventus efficiendis.

Consilio habitu ii, quorum intererat, ad ea, quae Velehradii visenda sunt, ducti sunt et unumquidque ostensum est. Quo facto socii discesserunt.

E decretis a conventu haec, cum latius patere videantur, exscribere utile duximus:

1. De omnibus quaestionibus controversis componendae sunt quam accuratissimae et solidissimae commentationes pro »Slavorum Litteris Theologicis«

2. Ipsi Orientales theologi rogandi sunt a conventu, ut propriam doctrinam nobis in eisdem commentariis exponant.

3. Libelli inter Occidentales propagentur de opportunitate et necessitate unionis ratione nostrorum temporum habita agentes.

4. Vertantur in linguas Slavicas et in Latinam libri Orientalium de historia ecclesiae eorum et de eius statu huius temporis; item libri, qui ad maiorem aestimationem Orientalium conferre possint.

5. In singulis linguis Slavorum Occidentalium edantur commentarii, sive novi, sive ex aliis transmutandi ad unionis desideria propaganda.

8. Vertantur libri occidentales in Russicum, qui praeparent animos mutua sui cognitione ad mutuam aestimationem.

9. Consulant inter se Orientales et Occidentales de rebus theologicis atque commercium epistolarum foveatur.

10. Occidentales theologiae professores optimas Russiae facultates theologicas, Russiae theologi optimas catholicas visitent.

11. Orientales rogandi sunt, ut instituant inter se sodalitatem, quae precibus communibus unionem ecclesiarum separatarum impetrare conetur.

12. Curandum est, ut in qualibet Slavorum occidentalium natione introducatur sodalitas unionem promovens.

19. E communi bibliotheca Cyrillo-Methodiana Velehradii deposita singulis quaestionis orientalis (ecclesiasticae) studiosis libri ad determinatum tempus (ad summum tres menses) gratis — expensis tamen missionis statim solutis — commodentur.

20. Instituta et maecenates, aequi orientales atque occidentales, rogandi sunt, ut praemia instituantur et distribuantur pro commentationibus et libris ad quaestionem orientalem ecclesiasticam pertinentibus.

21. Instituantur cathedrae speciales in occidentalibus universitatibus praestantissimis generatim et in facultatibus theologicis Slavicis, ad historiam et criticam confessionis Graeco-Russicae pertinentes.

24. Docti ordines, praecipue Iesuitarum et Benedictinorum rogentur, ut studiis quaestionum theologicarum controversarum peculiari modo operam dent.

25. Bibliopolae occidentales et scriptores orientales rogandi sunt, ut libros suos bibliothecae Cyrillo-Methodianae gratis mittant. Item scriptores occidentales rogentur ut theologis orientalibus opera sua mittant.

26. Curandum est, ut denuo edantur libri excellentes antiqui ad opus unionis maxime pertinentes.

27. Proximo anno habeantur conventus particulares singularum nationum ad studia unionis alenda.

28. Secundo quoque anno generalis conventus habeatur eorum, pui quaestioni orientali ecclesiasticae student.

* * *

Praeter hanc uberiorem relationem ipse conventus alias duas consribendas curavit, brevem Russico sermone pro Orientalibus et brevissimam Latinam pro Summo Pontifice, ei ab Excellentissimo Domino Relatore de conventu, archiepiscopo Menini tradendam. Russicam subicimus

Konspekt kongressa.

Zašedanija kongressa prodolžalis' tri dnja s 25 po 27 Ijulja novago stilja).

Prisutstvovali Arhiepiskop Olomjucskej Francisk Salezij Bauer (protektor kongressa) mitropolit Galickij i arhiepiskop L'vovskij Andrej Šeptickij arhiepiskop Sofii i Filippopolja Menini i drugie prelaty Krom togo na kongress javilis' predstaviteli počti ot všeh slavjanskikh nacial'nostej Avstrii čehov, kroatov, slovencev i dr. Vsego na kongressě bylo okolo 80 čelověk.

V pervye dva dnja zasědanij byli pročitany 6 referatov, v slēdujuščem porjadkē

1. o. Ioann Urban V čem zaključaetsja objazannost' katoličeskikh bogoslovov po otноšeniju k Russkoj Cerkvi.

2. o. Avrelij Pal'm'eri Katoličeskija tečenija v russkom bogoslovii.

3. o. Francisk-Ksaverij Grivec Popytki edinenija.

4. o. M. Galuščinskij Značenie prizývanija Duha Svjatago (επίκλησις) dlja osvjašenija Darov.

5. o. Adolf Špal'dak Normal'nyja otnošenija Russkih k Rimskoj Cerkvi.

6. o. Fr. Snopek Pravoslavie prepodobnyj Kirilla i Methodija.

Vsě referaty budut izdany otděl'noju knigoju.

Proizneseny byli rěci: mitropolitom Andreem (o značenii kongressa, o ego celi i otnošenii k dělu soedinenija cerkvej), arhiepiskopom Bauer in arhiep. Menini (na tu že temu).

Predsēdatelem kongressa vybran mitr. Andrej. Poslě každago referata imeli město sověščanija o različnyh sposobah najbolě těsnago sbliženija katoličeskikh učenyh s pravoslavnymi dlja osnovateľnago oznakomlenija s pravoslavnoj bogoslovskoj naukoj, v osobennosti že ruskoj kak glavnoj predstavitel'nej naučnago progressa vostočnoj cerkvi.

Vyraženy byli želanija ustanovit' reguljarnya naučnyja sноšenija katoličeskikh universitetov s pravoslavnymi dužovnymi Akademijami Peterburga, Moskvy, Kieva i Kazani; vvesti v slavjanskikh gimnazijah Avstrii izučenie russkago jazyka: osnovat' pri katoličeskikh universitetah otdělnyja kathedry dlja izučenija pravoslavnago isповědanija i liturgiki vostočnoj cerkvi; ustanovit' osobyja premii za lučšija sočinenija, kasajuščiesja russkoj cerkvi, organizovat' osoboe obščestvo dlja perevoda russkih naučno-bogoslovskih proizvedenij na inostrannye jazyki i pr.

Na konec vsěmi bylo vyraženo poželaňie, vidět' na buduščih kongressah russkih pravoslavných bogoslovov.

Kongressy budut sobiraemy reguljarno čerèz každye dva goda priblizitel'no v koncě Ijulja (po novomu stilju).

Aliorum iudicia de nostro periodico.

Échos d' Orient 1907 No. 63 pag. 125 : »Promouvoir les études théologiques parmi les différentes nations slaves en faisant connaître tout ce qui se publie chez elles sur les sciences sacrées, favoriser ainsi le libre échange des idées et dissiper les malentendus qui s'opposent à la réunion de tous les Slaves dans le sein de la véritable Eglise, tel est le magnifique idéal que la revue *Slavorum litterae theologicae* se propose de réaliser. Nous applaudissons de tout notre coeur à sa noble entreprise, et les Échos d'Orient sont heureux de saluer en elle une soeur travaillant au but commun l'union des Eglises.

A en juger par les numéros des deux premières années 1905 et 1906, les *Slavorum litterae theologicae* sont destinées au plus brillant avenir. Deux au début, les directeurs sont maintenant au nombre de six: trois à Prague, un à Cracovie, un à Laybach et un à Zara. C'est dire qu'ils sont très bien placés pour suivre la pensée slave chez tous les peuples où elle peut se manifester. La langue adoptée est de latin, pour le plus grand avantage des étrangers, qui, déjà rebutés par la langue russe, n'auraient certainement pas le courage de s'attaquer à toutes les langues soeurs et cousines. La revue compte quatre fascicules par an. Chacun d'eux se compose d'environ 80 pages et porte invariablement les divisions suivantes: Bohemica; Bulgarica; Croatica; Palaeoslavia; Polonica; Russica; Ruthenica; Serbica; Slovenica; Quaedam de quibus theologi utriusque ecclesiae dissentunt; Extranea, res Slavorum spectantia; Miscellanea. Les recensions sont très soignées et donnent la substance des ouvrages. Quant aux articles sur les questions controversées, ils sont bien documentés et présentent le plus vif intérêt. Parmi les sujets déjà traités, signalons: Le canon de l'Ancien Testament chez les Russes, de M. Jašek; Le divorce pour cause d'adultère, d'après l'Ecriture Sainte, du R. P. Špaldák; La doctrine sur l'Eglise, du même.

Tous ceux qui prennent intérêt au mouvement intellectuel de la grande nation slave, tous ceux que préoccupe l'oeuvre sainte de l'union des Eglises trouveront dans les *Litterae theologicae* de quoi satisfaire leur curiosité, de quoi stimuler et éclairer leur zèle. Au début du premier fascicule, les directeurs terminaient leur article-programme par ces mots: Deus approbet opus nostrum! Nous faisons le même souhait, en y ajoutant ces mots: Et homines pariter!

M. Jugie.

Revue de l'Orient chrétien 1907, N. 1. p. 111—2.

Les travaux publiés en langue slave nous sont et nous seront longtemps peu accessibles, car nous ne sortirons pas facilement du cycle des langues néo-latines, germaniques et sémitiques. Des professeurs autrichiens placés au confluent des mondes slave, germanique, sémitique et latin ont donc entrepris, depuis 1905, de signifier et de résumer en latin les travaux slaves relatifs à la théologie. Nous souhaitons voir éclore une revue analogue pour les travaux historiques et philologiques.

Theologisch Tijdschrift 1907. 288: Het bevat overzichten van hetgeen op theologisch gebied verschijnt in Slavische landen, Rusland,

Polen, Bohemen, Bulgarije, Servië en Croatië. Het beoogt de studie der wetenschappelijke theologie in die landen te bevorderen, ook door de verbreiding der kennis van de werken van Westersche godgeleerden. Daar het in de Latijnsche taal geschreven wordt, stelt het Westersche theologen in staat op de hoogte te komen van hetgeen er op theologisch terrein onder Slavische Christenen omgaat. De redactie bestaat niet uit aanhangers der Oostersche of Grieksche kerk, maar uit katholieke Slaven, die streven naar toenadering tusschen al de Christelijke kerken in de genoemde rijken. Het verdere, nog grootschere doel is de volledige verzoening van de geheele katholieke kerk in het Oosten en in het Westen.

F. P



Slavorum litterae theologicae.

Conspectus periodicus.

Dirigentibus

Dr. Jos. Tumpach, Dr. Ant. Podlaha, Ad. Špaldák, Pragae
J. Urban, Cracoviae. Dr. F. Grivec, Labaci. Dr. Luc. Jelić, Jadrae.

Annus III. (1907)

Pragae Bohemorum.

Nr. 4.

BOHEMICA.

Jos. Plaček, O starých klášterech česko-moravských, zvláště řehole benediktinské (De vetustioribus monasteriis Bohemiae et Moraviae praecipue Ordinis s. Benedicti). Commentatio edita in programmate gymnasii Hunohradeciensis. 1907 P. 18. Exposita historia singulorum monasteriorum *P* concludit monasteria antiquissima fundata esse non ita ad fovendam religionem, sed ut pecunia principis collocata redditum referret et ut principi firma subsidia praestos essent.

Vlast XXII. 1905—6.

A. Lenz, Lze říci podle pravdy, že byl Hus, trváje v Čechách, ač bloudil u víře, vnitř katolíkem? (Num dici possit, Io. Hus, quamdiu in Bohemia esset, intus catholicum fuisse, etsi in fide erraret?) P. 1—7; 97—105; 193—203; 289—296. Probari potest id quidem, Hus non persuasione ductum, sed ex alia causa mortem subiisse, quippe cum non solum animo fluctuaret sed etiam paene subiecturus se esset. Tamen cum in Bohemia esset et in ipso itinere ad concilium Constantiense sententias Vichifii mordicus tenebat, quamvis enī sit, ut haeresis suspicionem averteret. Itaque non demum Constantiae haereticus factus est, sed antea iam erat.

*B. Jiřiček, »Mojžíš a Darwin« (De Moyse et Darwin). P. 21—24; 143—148; 218—222; 313—320; 385—391; 465—470; 561—566; 641—645; 737—742. Nullam esse pugnam inter doctrinam revelatam, cuius Moyses testis est, et doctrinam empiricam de rerum natura, cuius personam gerit Darwin, ostensurus *J.* tria capita se legit, quae methodo scientifico-populari tractat adhibitis omnibus quae hucusque de natura explorata sunt. Quae tria capita sunt a) de origine mundi; b) de formatione terrae et dispositione rerum in ea; c) de homine cum brutis comparato.*

Aloysius Stork.

Ad. Špaldák, Člověk a zvíře. Sbírka klassických studií o anthropomorfistickém pojímání života zvířat, s filosofickým úvodem P. A. Špaldáka o duši zvířat. (*De homine et bruto.* Commentatione optimae de anthropomorphismo in vita brutorum explicanda collectae praemissa philosophica disputatione de anima brutorum.) Pragae 1907. 154 pag. 1 K 60 h.

Liber hic constat e duabus partibus, quarum altera corpus quoddam est selectarum de discrimine inter hominem et animalia bruta

commentationum, altera huic corpori praemittitur, philosophica „de anima brutorum“ disputatio. Hic ipse Š., multa quae hac de re scripta sunt perscrutatus, agit de anima seu forma organismorum et de sensatione brutorum et de intellectu eorundem.

Selectae illae commentationes sunt magnam partem e B. Altum, *Der Vogel und sein Leben*, qui optime agit de cognitione (in nido eligendo, hostibus fugiendis etc.), de cantu et vocatu, de amore avium: cuius libri saepe editi praestantia nota est. Quae hic, novitate rerum laetissima, exponuntur, persuadent omnibus, qui ad veritatis lucem oculos non claudunt. Quapropter magnopere commendanda sunt imprimis viris doctis, qui hinc in babylonica illa perturbatione, quam Darwinismus excitavit, iucunde de quaestionibus antiquissimis, quas tempus hoc postulat, instruantur. Quae Altum docet vix unquam corrigentur; saltem si caput rei consideremus, et absolute vera sunt.

Alia hausta sunt e Wasmann S. J., *Vergleichende Studien über des Seelenleben der Ameisen und der höheren Tiere*: ubi agitur de militia et architectura formicarum. Formicae modo, quo se gerunt, nonnumquam nos obstupefaciunt ita, ut multi et docti viri revelata sphenentes decepti sint, et ut ad rem sine intellectu brutorum explicandam magna sagacitate multisque experimentis haud raro opus fuerit. E. Wasmann egregium se in suo genere Roscium praestitit: non solum facile acquiescimus eis, quae dicit, sed ea etiam admirationi sunt. Expositionis simplicitas, claritas, perspicuitas animos percellit: simul subridentes dolemus sententias praematuras eorum, qui bestiis intellectum tribuunt.

Ultima commentatione a Michelis conscripta inquiritur in causam similitudinis inter simiam (bestiam hominis simillimam) et hominem; si enim explicatio eius obvia (e consanguinitate) reicitur, si tenetur simias non casu ortas sed creatas esse a Deo, alia requiritur explicatio, quam Michelis, consilii divini in rebus creatis indefessus scrutator, paucis proponit, alteri certe praferendam.

Optime haec electa sunt, etsi alia quoque (e. g. e Fabre, *Souvenirs entomologiques*, e Knickenberg, *Der Hund und sein Verstand* etc.) addi potuerunt. Et praestat certe capita optima selecta proponere, quae multi lecturi sunt, quam integros libros transferre a paucis legendos.

Restat, ut de eis, quae Š. ipse scripsit, referamus. Docemur hic ecclesiam, cum in concilio Viennensi definiret animam esse formam corporis, non sanxisse scholasticam doctrinam de forma substantiali, corpora esse constituta e materia prima et forma substantiali: neque ullam sententiam de forma ex eis, quae tunc inter scholasticos florebant, approbasse. Definitum esse solum animam rationalem vere ac per se, i. e. essentia sua et non per accidens, esse formam corporis humani unde solum id clare ac determinate sequitur, hominem ex anima et corpore compositum esse unum unitate entitativa, animam esse partem totius eamque completem, determinantem, non determinatam (formam, non materiam), eamque (sive reduplicative, sive specificative sumptam) completem corpus (i. e. partem materialem, corporalem, non spiritu-

alem) ad hominem. At non sequitur inde animam rationalem in corpore humano esse unicum vel ullum principium formationis (organizationis) internum, organismum sive humanum sive alium natura sua indigere proprio principio substantiali (forma, anima) ut vivere possit. Itaque non solum vegetabilibus, sed etiam brutis et homini — salvo decreto concilii — substantiale principium vegetativum, simplex vel compositum, animam vegetativam abiudicari posse Š. existimat: omnem organizationis processum in corporibus vivis sine crimine haeresis alio modo explicari posse — puta legibus communibus omnium organismorum. Quae Š. ita esse non dicit, verum ut ita esse dicantur integrum esse iudicat. Sine haeresi igitur dici potest animam in homine non esse id, quod corpus nutrit, corpori incrementum confert, membra efformat: hoc a legibus quibusdam materiae organicae repeti potest. Haec de theologica rei ratione.

Si philosophia consulatur, idem appareat. Ne philosophice quidem demonstrari potest organismos praeter materiam continere propriam aliquam formam entitative ei unitam, specialem quandam substantiam, qua organizatio et compositio corporis contineatur atque efficiatur. De vegetabilibus ita sentire Tongjōgi S. I. aliosque notum est. Verum etiam sententia opposita, principium substantiale in organismis necessarium esse, gravibus innititur argumentis, quae Š. indicat.

Tenebunt certe legentium animos, quae exponuntur „de sensu brutorum. Herbas non habere animas facile est concedere: de brutis persuadere idem, difficillimum, nisi eis, qui creaturam spiritualem negant. Certe enim, si bruta sentiunt vere ac proprio vocis sensu, e corpore et anima (sive simplici sive composita) constituuntur. At de sensu pnaeritur. Ea, quae Š. affert, mirifica sunt. Laicos naturae investigatores hac in re longius puto progressuros fuisse, nisi brutis cum homine iequatis occaecati esse solerent. Magnae sane quaestiones hie occurruunt. Quantae difficultates oriuntur, si animae brutis tribuuntur! Copiosa argumenta hie proponuntur, etsi non omnia exhaustantur (omittuntur quaestiones de fallacia sensus, de daltonismo etc.). Š. nihil diuideat, quinquam eum inclinare ad partem eorum, qui bruta animas habere negant, tenendi ansas dat. Ad quaestionem fierine possit, ut tantam allaciam in natura statuamus, quantam sensus brutorum negatus secum erit, non respondet nisi fortasse indirecte commentatione illa de similitudine homine. Praecipuum sane momentum est in arguento negativo, no animis brutorum in rebus creatis locus nullus videtur relinqui. Si nim secundum concil. Lateranense IV Deus ab initio simul utramque ondidit creaturam, spiritualem et corporalem et deinde hominem ex traque compositum, homo solus videtur esse ens compositum et animam abere. Scientia sui, qua phaenomena illa, quae ab anima procedere iuntur, differunt a motibus, qui a physiologis reflexi vocantur, in indivisibili est nec minor materiae tribui potest, maior spiritui, sed potius quidquid sui scium est, naturam spiritus habere dicendum est. Ad magnas has quaestiones tractandas Š. iure invitat legentes, cum pluma in his rebus dubia et incerta sint, quae clara esse primo aspectu identur.

Scriptori huic iuveni grati esse debemus, quod tanta libertate et auctoritate has quaestiones movit earumque vim, terminos, diversas solutiones exhibuit: quae apud nos, quantum scio, a nullo theologo via et ratione tractatae sunt.

F. Žák.

CROATICA.

Hrvatska Straža. (Dirigente Dr. J. A. Alfirević). Krk (Veglia). IV. a. 1906. —

Hic commentarius periodicus finem apologeticum prosequitur ac philosophiae et apologiae christianaे optimum officium praestat. Plurique articuli, etsi momento scientifico non careant, anonymi sunt, quod certe non est laudandum. —

Sinkretizam i principi utilizatione. »De syncretismo et principio utilitarismi« (pg. 1—19). Syncretismus temporis recentioris omnia bona elementa, quae in variis religiosis et philosophicis systematibus inveniuntur, componere atque ex iis commune aliquod sistema theologicum efficere intendit, quo omnia, quae essentialia et vera in singulis agnoscuntur, comprehendantur. Conditor et princeps syncretismi recentioris est Cousin; discipuli eius sunt Joufroy, Damiron, Michelet, Lerminier. Auctor anonymous syncretismum illum quoque, quem »reformatores« catholici qui vocantur defendant, falsum esse demonstrat. Theologiam ac philosophiam »perennem« scholasticam (S. Thomae Aquinatis) sequendam esse, ut pantheismus evitari possit.

D. Dujmušić, Evolucijonizam i katoličke dogme. (De evolutionismi ad dogmata catholica relatione) (pg. 467—493). Ostenditur, catholicismum evolutioni in sensu evolutionistarum recentium non esse obnoxium, cum ecclesia catholica divinae sit originis eiusque dogmata veritates a Deo revelatae sint, quare immutari nequeant.

Jadran, Pravda Božja u povjesti naroda. (De iustitia divina in nationum historia) (pg. 385—405). Demonstratur Deum nationes propter peccata ab iisdem patrata iudicare et punire. Quae viri politici scribunt ac sentiunt, eis populus tacendo consentit; quae si mala sunt, peccata nationalia evadunt. Quae non solum ex historia populi electi demonstari possunt, sed aliorum quoque populorum (Graecorum, Gallorum, Hispanorum) historia illustrantur. Croati multa perpessi sunt, quia populus Croaticus regem suum Zvonimirum occidit. Quapropter expiatio nationalis necessaria est; e. g. ecclesia aliqua extruenda, peregrinatio nationalis facienda (Cf Slav. I. th. II., 24).

Commentatione de »iuris origine« (563—574) probatar, iuris originem non in suprema populi voluntate, sed in Deo quaerendam esse.

Fr. H. Žundálek.

POLONICA.

Świat Słowiański. Operi edendo praeest dr. F. Koneczny. A. I.—II., Cracoviae 1905—6.

Licet huius comentarii periodici a laico cura geratur idemque fere solum a laicis scribatur, tamen plurima in sensu catholico conscripta sunt ac res ecclesiasticae et religiosae quoque tanguntur.

Ipse qui praeest Dr. F. Koneczny sub inscriptione »Z r u c h u religijnego w Słowińszczyźnie« (I., 349—380) vim religionis apud Slavos catholicos et orthodoxos Russos describit. Res catholicas apud Slovensos optimo loco positas esse testatur, qui populus parvus haec in re omnibus Slavis catholicis antecellit. Dein agitur de ideis

religiosis apud Russos: Dostoevskij, Tolstoj et Vl. Solov'ev, de commentario periodico »Novyj Put'« (Nova via) a. 1903—4, qui ab a. 1905. »Voprosy žizni« (Quaestiones vitae) vocatur, in quo non solum sacerdotes sed etiam laici quaestiones religiosas ac philosophicas pertractant. Denique de »unionis studiis« agit ac »Slavorum litteras theol.« laudat. (Cf. Slav. I. th. I, 285).

A. Grzymała-Siedlecki de sectis religiosis in Russia (I, 2, 1—18) tractat. Quae sectae ecclesiae orthodoxae summum parant periculum, quia populum Russicum ad deliberandas quaestiones religiosas propensum valde alliciunt, cum ecclesia »officialis« sensum mysticum neglexerit. Idem scriptor in articulo »Klasztor Suzdalski i Sołowiecki« (II, 1, 7—22) duo monasteria Russicorum palaeodoxorum (starověrci) describit.

J. Urban, unus ex dirigentibus conspectum nostrum, praecclare »quid ecclesia et theologia Russica de Occidente sentiat« (II, 1, 142—158) exponit. Secundum celebrem V. Bélinskij (1810—1848) Russi atheistae, secundum Dostoevskij autem natio theophorica sunt ac tota »slavophilorum« schola »sanctae Russiae« sublimem locum religiosum inter ceteras nationes tribuit. Quae extrinsecus saltem omnino inter se contraria iudicia U. aliquo modo conciliari posse iudicat. Religiosa indoles naturae Russicae quasi innata est, quam re Dostoevskij verum dicit; tamen clara Dei et verae religionis notio, clara persuasio christiana deest. Christianismus in Russiam in forma byzantinismi pervenit, qui solum liturgiam attulit, animos doctrina revelata non imbuīt. Unde factum est, ut icones eodem fere loco sint atque idola paganorum, et Trinitatis voci teste L. Tolstoj aliisque i. vulgo sensus subiciatur tres esse patronos hominum Christum, Mariam, S. Nicolaum. Ieiunio, s. missae sacrificio et sacramentis magica quaedam vis tribuitur. Plebs Russica litterae adhaesit, unde saec. XVII. nāgnum illud veterofidelium schisma oriri potuit, propter aliquot litteras et modum digitos componendi. Preces plebis Russicae physicae sunt — »le moujik russe prie avec tous ses membres« (Leroy Beaujeu). Russus igitur sub quodam respectu polytheista ac fetiſista est; deceata pietati non adversari, praeecepti ieunii observationem, liturgiam sufficere putat. Classis eruditorum in Russia religione caret; potiorum pars neque catholicismum neque orthodoxiam curat, paucissimis exceptis, e. g. iis, qui »Voprosy žizni« opera sua iuvant. Plebs Russica non solum liturgiam catholicam, sed etiam paganam tolerat et facile utrique se accommodat.

Hierarchia orthodoxa a vetustissimis temporibus ecclesiam catholicam odit; unionem cum ecclesia catholicā nunquam tentavit. Ut nonnulli Russi et statum ecclesiacē potestati civili obnoxiae miserū (Kapterev) et libertatem ecclesiae catholicae veram (Bajkov) esse agnoscant, tamen praeter Vl. Solov'ev et, qui hunc praecesserat, Čadaev, nemo videtur in ecclesiam catholicam propensus fuisse.

Homjakov ecclesiam orthodoxam in medio inter catholicam et protestanticam positam esse demonstrabat. Nonnulli theologi Russici Kirěev, Světlov) ecclesiam catholicam, Anglicanam et veterocatholicam veras esse ecclesias Christi affirmant, ut unionem cum veterocatholicis et Anglicanis promoveant; pars maior (praecipue Sergius) id negant.

Nunc in Russia de ecclesia reformatā ac de concilio convocando agitur. Metropolita Antonius a. 1905 ut restitueretur patriarchatus petiit. Pobèdonoscev horum studiorum ac patriarchatus adversarius erat, qui nunc est synodi praefectus (procurator) Oboleskij ore ut concilium convocaretur promisit. Lis est, utrum soli episcopi, in etiam clerus inferior et laici, id quod maior pars cleri et omnes esse professores academiarum clericalium desiderant, huius concilii nembra esse possint. Si pars conservativa vicerit, forma ecclesiae non mutabitur. Factio liberalis autem in ecclesiam protestantium errores introducere studet, quod ipsam paulatim imperio saeculari subiciebat.

Unioni restituendae in proximo concilio ecclesiae Russicae nemo favebit. Doctrinam theologicam emendari ac perfici necessarium est, et si tot res ad theologiam spectantes edantur in Russia quot praeter Germaniam et Angliam nullibi. Emendatum institutum seminariorum clericalium ac libertas sentiendi optimos fructus certissime afferent.

Fr H Žundálek.

RUSSICA.

K. Zaprùdskij, Vselenskij sobor. M. 1906 (0:40 r.) 91 pag.

Hoc libello *Z.* notionem concilii oecumenici explicare et illustrare conatur. Primum negat concilia vocari oecumenica ob omnium totius orbis terrae episcoporum convocationem: oecumenica vocantur propterea, quod episcopi civitatum principalium imperii Romani aderant ut legati quidam (представители) provinciarum (p. 8). Ut agnoscit concilio etiam infimum clerum et saeculares interfuisse, ita (cum Hefele) solum ius consultativum eis tribuit (p. 10). Vera membra (дѣjstvitel'nymi členami), quae de ipso dogmate atque disciplina ecclesiastica disceptabant, fuisse tantum episcopos (p. 11). Ut concilium sit oecumenicum. *Z.* innixus actis conciliorum saltem praesentiam patriarcharum postulat (p. 13). Praeterea etiam metropolitanorum praesentia necessaria erat (p. 13. 14). Episcoporum praesentia in concilio ex arbitrio patriarcharum vel metropolitanorum pendebat. Decreta vim habebant secundum *Z.* a libero omnium assensu non ab aliqua superiore auctoritate (p. 16): nonnumquam assensus concilii de aliqua re potiori parti praesentium innitebatur (p. 16.). P. 17^a. *Z.* de praeside conciliorum quaestionem instituit atque contendit, nullo modo cum certitudine cognosci posse, quis hoc munere functus sit. Distinguens inter momentum dogmaticum et canonicum conciliorum priori vim infallibilitatis ex ipsa concilii natura tribuit et ita aperte opinioni asseclarum Homjakovii atque ipsorum patriarcharum, qui encyclicam a. 1859 ediderunt, adversatur, qui sanctitatem et valorem dogmaticum decretorum non ab ipsa natura concilii sed ab accidente consensu populi christiani repetebant (p. 19—21). Quod momentum canonicum attinet, opinionem professoris Berdnikov (Po povodu recenzii na izslědovanie Pavlova 40—7) et episcopi Ioannis — contra prof. Laškarëv (Hr. Čt. 1899, II, p. 480—2), quem opinionis suae fere unicum adversarium esse dicit — amplectitur, canonicas conciliorum definitiones esse mutabiles (p. 21—24.) — Concilium oecumenicum non esse organum ordinarium sed extraordinarium ecclesiae nec adversus id ullam esse provocationem exponit p. 24—6. Unde definit concilium oecumenicum: concilium oecumenicum est conventus extraordinarius, exiguum tempus manens, episcoporum-legatorum (metropolitanorum et patriarcharum) omnium ecclesiarum sui iuris (autocephalarum), qui in suis decretis a Spiritu s. regitur ideoque in rebus fidei pro omnibus temporibus iura magistri infallibilis atque legum sanctoris et iudicis supremi (adversus quem appellari non possit) tenet. — Ius convocandi concilia oecumenica *Z.* imperatoribus tribuit atque Romano pontifici idem omnino denegat: quam tamen sententiam argumentis non persequitur. (26—30).

Post haec paucis modo agendi conciliorum descripto (p. 30—36) ut exemplar huius rei acta selecta concilii oecumenici VI. proponit (p. 37—74, quae pars fere dimidiā partem libri aequat). Quo facto inquirit, quid imperatores in rebus fidei generatim, maxime vero in conciliis oecumenicis, valuerint. Christiani imperatores, qui vere pii et hoc nomine digni erant, numquam doctrinae, gubernationi, rebus liturgicis ecclesiae se interponebant: haec ad solam ecclesiam pertinent (p. 77: Уčenie, upravlenie i svjaščennodějstvie v cerkvi vědaet nerazděl'no cerkovnaja vlast). Tota imperatorum vis in his rebus eo continebatur, quod iura ecclesiae tuebantur et brachio saeculari eam defendebant: in concilio vero oecumenico quam maxime curabant solum externum modum agendi, ut concilium sine ira et studio et sine detrimento fidei et ecclesiae et conformiter cum legibus Romanis ageretur (p. 75—84). Tamen sub finem agnoscit hanc legitimam atque laudabilem imperatorum curam saepenumero eis causam abusus praebuisse et caesaro-papismum procreasse: Kak neobhodimoe slědstvie etih otnošenij dolžen byt javit'sja v cerkvi cezaropapizm.“ (p. 84); cuius abusus varia exempla affert (84—91)

Dr. Th. Leonini.

Богословскій Вѣстникъ (Bogoslovskij Věstnik) 1906. (P. tr.)

A. Vvedenskij, Analiz idei prostranstva (Analysis notionis spatii) I., 403—430, 692—709. Articulus nondum finitus est.

I. Pjatnickij, Sekta strannikov i eja značenie v raskolě (De peregrinantium secta deque eius in schismate, quod dicitur, raskol', dignitate) I., 431—468, 639—653; — *Istorija sekty strannikov* (historia sectae peregrinantium) II., 382—416. Initio P. litteraturam, quae 16 paginas complectitur quamque magna ex parte ipse perlustravit proponit.

Secta, de qua auctor agit, ut evolutio sectae raskol' spectari potest. Radices suas haec secta maxime in districtu Jaroslavl fixit, unde in alias regiones propagata in dies magis crescebat. Usque ad quintum decennium saec. XIXⁱ secta fere incognita erat, donec farta, quae in eorum loco centrali grassabantur, eos patefecerunt. Primus eorum parens fuit Euphimius quidam, qui post varias vitae vicissitudines a. 1772 seipsum iterum baptizavit sieque novae sectae auctor exstitit. Pjatnickij hic solum sectae historiam enarrat — de eius organizatione et doctrina sequentibus articulis locuturus.

S. Smirnov, Kto soversal tainstv pokajaniya v drevnej cerkvi (De administratore sacramenti poenitentiae in antiqua ecclesia) I., 469—502, 607—638, II., 1—33.

Omissis aliis quaestionibus, quarum solutio non in omnibus placet, quaedam de administratore poenitentiae notanda videntur. Secundum auctorem usque ad IV. saeculum secretam confessionem presbyter poenitentialis suscipiebat, a XII. saec. autem πνευματικὸς πατὴρ (p. 616); quis vero saeculis intermediis hoc munus exercuerit, auctor hic inquirit. Censem confessionem secretam usque ad dimidium IIIⁱ saec. in ecclesia notam non fuisse (p. 493). Primos, qui de illa testantur, Socratem et Sozomenum citat (p. 607); id tamen minime impedit, quominus alio loco (p. 622 sq.) recentiora testimonia adducat.

Subnotis presbyteris poenitentialibus poenitentiae cum publicae tum occultae administrandae officium a Nectarii tempore episcopus ipse obibat (p. 612); sed illud quoque effectum est, ut post presbyteri poenitentialis suppressionem „тайнaja исповѣдь na Vostokѣ faktičeski na dolgoe vremja ostalas' počti bez organa“ (poenitentia secreta per longius tempus in Oriente administratore cereret — p. 613); hac de re, non tamien definiens accurate tempus, auctor in articulo praesenti quaerit.

Itaque in Oriente „stala obšče obvjazatel'noj, tol'ko togde.

načala priznavat' nepreměnnym sredstvom proščenija vsjakago grēha vsěh hr̄istian (p. 614) (*secreta confessio demuin saec. XII. ut obligatoria utque medium necessarium ad peccatorum remissionem obtinendam considerabatur*).

Sed quis magnorum conciliorum tempore poenitentiam publicam vel privatam administrabat? Pavlov (p. 617) et Alinazov (p. 621) parochum, Suvorov (p. 619 sq.) monachos etiam dignitate sacerdotali non ornatos presbyteri poenitentialis successores esse dicunt. Smirnov vero contendit episcopos fuisse ordinarios administratores poenitentiae (p. 622 et 625); at praeter episcopos et alios fuisse dicit, qui ut episcoporum delegati confessionibus excipiendis vacarent (p. 626 sqq.) Adsunt enim testimonia, (cf. p. 634), quae ostendunt etiam presbyteros saec. IV, V, VIII, IX. ligandi et solvendi potestatem exercuisse. At non omnes presbyteri videntur hoc officium demandatum habuisse, sed pars eorum; at quibus hoc officium committebatur, probabilius generalem delegationem accipiebant (p. 635 sq.). Non sunt tamen hi presbyteri cum presbyteris poenitentialibus antiquis, quorum munus patr. Nectarius suppressit, identificandi, quia illi antiqui absolvendi potestate destituti solum ius habebant poenitentiam persolventibus invigilandi. Ceterum confessio secreta ab illo solum, cui placebat, peragebatur (p. 2). Qua in re haec quoque consuetudo vigebat, ut etiam simplices monaci nulla in dignitate sacerdotali positi secreto confitentes absolverent. Saec. X. et XI^o consuetudo haec latius propagata erat, ad quod iconoclastarum haeresis, in qua propugnanda monachi excellebant. multum conferebat (p. 12 sq. et 15, 20, 23). Et hoc monachorum ius seu potius usurpatio a patriarcha quodam (Nicephoro Confessore?) et ab aliqua synodo saec. IXⁱ approbatum est.

Res, quam auctor tractat, clara imprimis explicatione et distinctione indiget; quam Smirnov non in omnibus partibus praestitit; inde multa confusa. — ne plus dicam — videntur esse.

M. Tur̄eev, Živyja duši. Očerk nra vstvennyj sil sovremennoj Rossii (De viventibus quaedam. Moraliū virium in recenti Russia descriptio) I, 503—528, 720—738, II, 60—81, 183—211. Nondum finita sunt.

V. Myščyn, Političeskija parti i ih idealy (De politicis factionibus deque earum desideriis) I, 529—569. Rem prius inceptam auctor persequitur. Varias factiones politicas, quae exsistunt, enarrat et, quibus rebus inter se differant, describit. Quibus explicatis, quae dixit, ad hodiernum rerum in Russia statum applicat.

I. Pjatnickij, Učenie strannikov (De „fugientium“ doctrina) III, 1—25; Idem: Organizacija i bogosluženie sekty strannikov (De sectae „fugientium“ organizatione et cultu) III, 189—211.

Evolutione et historia sectae in prioribus articulis, enarratis, nunc eius doctrinam proponit. Quae dissertatio, ut et in prioribus articulis, multis innititur documentis. Fundamentale sectae dogma iuxta Pjatnickij est sectae persuasio Antichristum personaliter inde a Petri M. regimine in Russorum imperatorum solo sedere. Antichristus ante Petri M. tempora varias vicissitudines subierat: post Christi enim nativitatem per mille annos catenis vincetus erat, — postea imperatores Graecos invaserat, tum ut praecursor in patr. Nicone apparuerat, exinde visibiliter per imperatores Russos regnat (1 sq.). Ideo Antichristi (i. e. gubernii) iussibus renitendum, nullumque eius decretum observandum (p. 6 sqq.) Ceteri homines praeter sectae asscelas haeretici sunt, qui veris christianis (scl. Stranniki) fugiendi sunt; secundo baptismo Antichristo et haereticis renuntiandum est (p. 12). Qui-cunque potestati civili oboedit, inter haereticos ab eis computatur. E sacramentis praeter baptismum solam poenitentiam amittunt. In vita communismum introducere conantur (18 sqq.).

Quod sectae organizationem attinet, triplex membrorum, quae ad sectam pertinent, distinguitur gradus: 1. primus gradus est eorum, qui sectae associati et denuo baptizati sunt; 2. secundus eorum, qui sectam profitentur, licet nondum baptizati sint; 3. tertius eorum, qui sectam auxilio adiuvant (p. 189 sqq.). Ad sectam omnis licet pessimus, recipi potest, his

tamen condicionibus impletis: 1. ut priori societati, e qua fugit, renuntiet; 2. ut omnia documenta, si quae habet, annihilet; 3. ut denuo baptizetur; 4. ut praescriptam poenitentiam impleteat (p. 190). Qui sectae solum auxilium praebet, omnia praestare potest, quae ab ipso exigit gubernium. E sectae membris (baptizatis denuo) eligitur superior, qui potestate tum spirituali tum administrative gaudet, immo etiam sacramenta conferre potest (p. 193). Maioris momenti res a concilio, ad quod omnes superiores pertinent, deciduntur (194). Inducta est quidem a Nicolao Semenov alia organizatio (p. 195), at licet secta leges et superiores habeat, nemo tamen eos observat vel timet (p. 200).

Dein varios sectae ritus describit, quos secta iuxta exemplaria ante Niconem edita, celebrat (p. 200 sqq.). Ad munus superioris eligitur etiam mulier, quae nonnullas caeremonias ecclesiasticas obire potest.

V. Lavrskij, *Moi vospominanija ob arhimantrite Theodoré* (Mea memorabilia de archimandrita Theod. Bužarev) III., 26—60. Rem prosequitur.

E. Voskresenskij, *O reformě dužovno-učebnyh zavedenij* (De ecclesiasticarum scholarum reformatione) III., 61—81, 378—402. Auctor varios scholae ecclesiasticae defectus indicat et quae corrigenda sint, ostendit. Inter alia magistratum scholariū decentralizationem et membrorum, quae ad scholarum magistratum pertinent, electionem a professoribus faciendam, proponit.

N. Solov'ev, *Melodičeskoe pěnie pravoslavno-russkoj Cerkvi*, III., 82—107. — *Garmoničeskoe pěnie pravoslavno-russkoj Cerkvi* III., 212—253 (De melodico et harmonico cantu in ecclesia Russiaca). Auctor cantus Russiaci originem, evolutionem, historiam enarrat.

A. Tokrovskij, *O soborah Jug-Zapadnoj Rusi XV.—XVII. věkov* (De synodis australis et occidentalis Russiae saec. XV.—XVII.), III., 108—151.

Auctor de tempore agit, quo metropolis Kioviensis separatam vitam degebat (a. 1459—1687). Illo tempore confraternitates ecclesiasticae magnum influxum in rebus ecclesiae regendis habuerunt: hae enim simul cum clero regebant ecclesias, clerum eligebant, ei invigilabant, res ad ecclesiam spectantes in synodis decidebant (p. 118). Maximum influxum habuerunt confraternitates Stauropigiales (quae solum a patriarcha et a metropolita patriarchae exarcha pendebant). Confraternitati autem Leopolensi a patriarchis, Antioch. loachim (a. 1586) et Hieros. Jeremia (a. 1589) commissum est, ut ecclesiae orthodoxae per Polonorum dicionem existenti, invigilaret et inobedientes, licet episcopali dignitate ornatos excommunicationi traderet (p. 120 sqq.). Itaque enarratis ecclesiae per illud tempus historia, confraternitatique origine, historia et influxu, transit ad eius temporis synodos describendas, ut inde argumentum eruat: etiam recentiore tempore Russicam ecclesiam simili ratione gubernandam esse atque inferiorem clericum et laicos ad ecclesiae regimen et ad synodos admittendos esse.

E synodorum huius epochae et confraternitatum historia haec habentur: in synodis affuisse semper episcopos et clericum inferiorem, nonnumquam etiam laicos, confraternitatesque, episcopis renitentibus, e patriarchae Cpolitani gratia, magnum in ecclesia regenda influxum habuisse. At haec annotanda esse videntur: patriarchas Cpolitanos confraternitates variis donis ornasse, ne super ecclesiam per Polonorum dicionem existentem, iurisdictionem, quae temporis successu minuebatur, amitterent. Secundo synodis affuisse etiam clericum inferiorem ac laicos nemo negat — at quo iure et qua voce nemo illustravit: — auctor quidem eorum magna iura supponit, at nulla ratione id probare conatus est. Idem de privilegio confraternitatum in regendis ecclesiis dicendum est. Quam ampla fuit earum potestas et ad quas res sese extendebat?

G. Voskresenskij, *Iz cerkovnoj žizni pravoslavných Slavjan* (Quaedam de orthodoxorum Slavorum vita ecclesiastica) III., 152—187. Auctor facta maioris momenti, quae in Serbia inde ab a. 1903 acciderunt, ex fas-

ciculis periodicis Serbicis adnotat. Ex illis cernitur magna ecclesiae Serbicae a gubernio dependentia. Candidati theologiae idonei ad facultates theologicas exterarum nationum, etiam protestanticas (cum synodi consensu) mittuntur (p. 165). 18. Augusto 1905 electus est novus metropolita. Electores fuerunt: episcopi, omnes archimandritae, omnes districtuales protopresbyteri, rector seminarii, — e laicis primus minister, praeses et vicepraeses comitiorum, (skupština), minister cultus et rector universitatis (p. 172). Magna schola mutata est a. 1905, 2 octob. in universitatem cum tribus facultatibus: philosophica, iuridica et technica (p. 185 sq.).

N. Kuznecov, *K voprosu ob učastii duhovenstva i naroda v vyššem cerkovnom upravlenii* (Quaedam, quae spectant ad quaestionem, num inferior clerus et populus in regimine ecclesiastico partem habere debeant) III, 259—297. Kuznecov, membrum commissionis quaestiones ad synodum praeparantis, inquirit, num clerus et populus, si ad synodum admittantur, etiam extra synodum ad regimen ecclesiasticum pertinere debeant. Ad quod affirmative respondet, tribus potissimum ductus rationibus: 1. Populus et clerus melius quam episcopus, quae in dioecesi aguntur, novit (275 sqq.). 2. In vetere ecclesia similia habentur exempla (p. 290 sq.). 3. Id etiam recentiorum ecclesiarum constitutio commendat. In ecclesiis enim Serbica in Austria (292 sq.), Constantinopolitana (p. 294), Antiochena (294 sq.), Cernogora (p. 295), Bulgarica (ibid.), Rumenica in Hungaria (p. 296), in Bosnia et Hercegovina (p. 296 sq.) praeter synodum episcoporum, qui res dogmaticas et spirituales decidunt, aliae quoque — magna ex parte permanentes — synodi habentur, quae in ecclesiarum regimine participant. Nonnulla tamen habentur, quae cum theologia orthodoxorum minime quadrant.

A. Kotović, *Komitet 4. apr. 1851 goda* (Commissio 4. aprilis a. 1851) III, 298—325. Mense Aprili a. 1851 constituta est commissio eaque secreta, quae s. synodo subiecta libros, qui de rebus ad religionem christianam spectantibus tractant, censurae subiciat. Quae commissio sublata est 25 maii 1860. De huius commissionis origine, evolutione atque eius relatione ad aliam commissionem (ex 2 apr. 1848; annullata a. 1855), quae alias libros sibi commissos habebat, Kotović hoc articulo agit.

N. Kapterev, *Car i cerkovnye moskovskie sobory XVI—XVII stolētij* (Imperator et Moscovиenses synodi ecclesiasticae saec. XVI—XVII) III, 326—360. Res nondum finita est, ideo de ea infra agemus.

V. Belen, *Slavjanskaja ikona svjatyň Kirilla i Methodija v basilike sv. Petra v Rimě* (De Slavica imagine ss. Cyrilli et Methodii in basilica s. Petri Romae existente) III, 361—377. Usque ad a. 1857 omnes putarunt imaginem, quae in „capella dei reliquie“ basilicae s. Petri invenitur, fuisse a Constantino M. RPontificibus donatam. At Iohannes Kuklević ostendit id verum non esse, cum imago Slavicam inscriptionem habeat sanctosque Slavorum apostolos repraesentet. Auctor varia opera, quae imaginem describunt, nominat aliorumque de ea opiniones refert. Ex iis, quae *B.* affert, elucet, imaginem hanc basilicae s. Petri a Slavorum apostolis, Cyrillo et Methodio donatam fuisse.

M. H.

V. Sokol'skij: „*Евангельскій идеалъ христіанскаго пастыря*“ (*Evangel'skij ideal hristsianskogo pastyrja*) Kazan' 1904 (in invol. 1905) „*Imago idealis evangelica pastoris christiani*“ pp. 426, pretium 2 rub.

Totus liber quinque partibus constat. In introductione scriptor de methodo, qua in operé conscribendo usus est atque de ipso tractationis scopo disserit (pp. 5—29). In parte prima agitur de debita pastoris ad curam animarum suscipiendam præparatione et de vitae eius pastoralis initio (pp. 30—187). Pars secunda: Pastoris opus (пастырское дѣло) (pp. 188—319). Pars tertia: Pastoris vita (pp. 320—418).

Conclusio: Explicatio schematica parabolae „de bono pastore“ cum applicatione ad pastorem ordinarium (pp. 419—426).

Thema, quod sibi scriptor proponit, in eo est, ut pastoris christiani exemplar, secundum Iesu Christi doctrinam repraesentetur. Licet Christi persona in tota sua amplitudine considerata sit sublime exemplar, quod viribus humanis attingi nequit, tamen omnibus christianis, speciatim vero pastoribus grave onus incumbit Christi vestigia premere ipsumque pro viribus imitari (pp. 5—12). Ipse Christus munus pastorale instituit: proinde protestantes, qui hoc negare conantur, a veritate aberrant (pp. 12—17). Hoc posito quaeritur: quomodo Christus, ut pastoris christiani exemplar sacerdotibus exponatur? Quidam methodo comparationis contenti ostendunt pastoribus ea, quae Christus gessit et illos, ut Magistrum divinum imitentur, invitant. Hoe tamen non sufficit, remanet enim semper illa quaestio: quomodo ad pastores nostrae aetatis haec omnia applicanda sint, quomodo ipsi id queant attingere, quod Pastor Supremus in Semetipso ostendit? Proinde scopus theologiae pastoralis est, ut integrum exemplar pastoris christiani repraesentetur, nempe ut eius persona viva (его живую личность) ostendatur. Non vero in eo scopus theologiae pastoralis ponendus est, ut omnia media, quibus pastor ad oves suas pascendas et ad ultimum finem conduceendas utitur, enumerentur (contra Ios. Aertnys) (pp. 18—19). Ut hoc obtingat, scriptor methodo synthetica simul atque analytica utitur et e Sacris Litteris atque S. Patrum operibus sumnum pastoris christiani exemplar eiusque vitam intimam delineare conatur (19—26). Sub finem introductionis litteratura Russica, quae theogiam pastoralem spectat, succinete percurritur et opera extranea, quibus scriptor usus est, enumerantur (pp. 27—29). In parte prima, cap. 1. scriptor ostendit, quomodo Christus, qua homo, se ad missionem pastoris praeparaverit. Primo quidem in Sacris Litteris videmus Christum iuvenem assidue Legi Divinae operam dantem, exercitantem humilitatem et oboedientiam (pp. 30—39). Cordi illi erat etiam solitudo et quies, ubi Patrem suum caelestem invocare consuevit, contemplatio naturae, atque vitae humanae consideratio. Inter educationem Iesu pueri et iuvenis corporalem et spiritualem erat semper harmonia perfecta (39—47). Unde eruitur, quam necessaria sit pro pastore christiano praeparatio ad sanctum munus suum. Licet gratia divina et pastoralis praxis plurimum efficiant, tamen quam primum oportet, ut pastor theoriā diligenter addiseat simulque assidue in se ipso perficiendo laboret. Proinde necessaria est specialis praeparatio ad vitam pastoralem, in qua scientia simul cum educatione spirituali quam strictissime sit unita. (47—60). Speciatim vero pastori curandum est, ut se ipsum perficiat, vitamque fere — asceticam ducat (жизнь готовящуюся должна быть — аскетическая, почти монашеская р. 65). (pp. 60—67).

Cap. II. Sicut Christus puer in templo relictus (Luc. 2, 48—50) ostendit specialem suam obligationem in domo Patris Sui esse, sicut apostoli a Christo vocati sunt, ita et pastor debet habere vocationem divinam, ut ipse cum Magistro Suo Cœlesti dicere possit: „in eis, quae

Patris mei sunt, oportet me esse“ Vocatio est condicio sine qua non muneris pastoralis (pp. 68—73). Vocatio debet esse duplex: una, quae est interna, quando nempe amor Dei hominem totaliter penetrat et homo ipse se ita Deo vocanti subdit, ut voluntatem Dei suam faciat (pp. 73—96) altera — **vocatio ecclesiastica**, quae diversis circumstantiis vitae, status, educationis vocatorum constituitur. Tales circumstantiae quattuor enumerantur: a) ortus ex familia ecclesiastica, b) educatio in seminario, c) interna dispositio et amor erga sacerdotium, d) voluntas episcopi (pp. 113—114). Tamen scriptor quamcumque ideam „levitismi“ seu spiritum castae, ut dicunt, reicit (p. 103 et in nota). Tales circumstantiae tantummodo considerandae sunt ut signum voluntatis divinae, quae electum iuvenem speciali providentia protegit. (pp. 96—118).

Cap. III. Ex baptismate Christi eruitur divina officii pastoralis institutio et necessitas consecrationis per Spiritum Sanctum, quae in sacramento Ordinis conficitur. (pp. 119—140). Doctrina protestantium, quae negat gratiam in Sacramento ordinis conferri, omnino reicienda est. (pp. 144—150).

Cap. IV Antequam munus suum pastorale Christus incipiat, a Spiritu in solitudinem ducitur, ubi triplici temptationi, nempe cupiditati carnis, cupiditati oculorum, superbiae resistit. (151—167). Cum omnes temptationes in nostra voluntate ultimatum nitantur, pastor, qui illis resistere cupit, oportet amorem proprium totaliter annihilet ac se ipsum divinae voluntati penitus conformet (pp. 168—171). Nostra aetate pastores primae temptationi succumbunt, cum bona materialia magni aestiment credentes illa tamquam fundamentum vitae christianaee necnon morum probitatis ponere debere, cura spirituali omnino neglecta (pp. 171—176). Neque debet pastor Dominum tentare ab Ipso miracula petens, secus in secundam temptationis speciem continuo labetur. Non miraculis, sed influxu morali ipsius personae pastoris homines convertendi sunt. Proinde sacerdos nullo modo mediis externis fideles meliores reddere cupiat, sed ipse per suam propriam personam novam vitam in societatem introduce conetur (долженъ самъ вносить въ нее освѣжающую струю р. 181) pp. 166—181). Quam maxime tamen pastor a superbiae abhorreat atque vanam gloriam fugiat. Haec tertia tentatio talis est, ut necessario omnes calamitates vitae spiritualis secum ducat. (pp. 181—187).

Pars secunda, quae „opus pastoris“ inscribitur, eo tendit, ut munus pastoris sub triplici aspectu nempe magistri, animarum curatoris (врачъ душъ) et sacramentorum administratoris tractetur (cap. V., pp. 188—205).

Cap. VI. Christi praedicatio neque tempore, neque loco restringebatur, sed erat universalis (pp. 206—209). Ipse loquebatur cum hominibus sicut Pater cum filiis omni methodo scientifica reiecta (p. 208—212). Obiectum principale praedicationis Christi erat „Regnum Dei“, quod idem omnino est ac „regnum caeleste“ (contra Grigórij Petróv) eiusque Caput est Christus (pp. 212—217). Ut regnum Dei in terra denuo stabiliatur Christus de caelo descendit, in se assumpsit peccata nostra, iustitiae divinae satisfecit. Hoc modo peccatum delevit et gratiam Dei mundo redonavit (pp. 217—231). Hanc doctrinam Christi eiusque opus pastorale pastor christianus fidelibus exponere debet; at dogmata

evangelica aperire tantum potest, non evolvere, quia dogmatum evolutio ab ecclesia orthodoxa non agnoscitur (по православному учению догматы не развиваются, а только могут быть раскрыты в р. 231). Dum pastor Christi doctrinam exponit, unice Dei gloriari salutemque animarum quaerat oportet. (pp. 231—232). Circumstantiae, in quibus pastor nostra aetate versatur, tales sunt, quae ab eo prae ceteris postulent doctrinae evangelicae puritatem, ut persona Christi in toto suo splendore reluceat. Caveat pastor doctrinae Christi humanas ac fallaces inventiones admiscere, sed tanquam veritatis columna ignaros doceat et rebelles arguat. (pp. 232—236). Ut praedicatio fructum afferat, verbum magistri indiget unctione et persuasione intima, ita ut pastor veritates, quas praedicat, revera sentiat eisque tanquam cibo nutriatur. (236—240). Doctrina evangelii prorsus omnibus propnenda est: tamen caveat pastor, ne margaritas ante porcos proiciat. (240—244). Tanquam animarum curam gerenti pastori onus incumbit oves suas errantes ubique quaerere et omni cum diligentia eas corrigerere (pp. 244—246).

Cap. VII. Analysis facta cap. 8, 3—11 evangelii Ioannis videmus in mundo esse continuam luctam bonum inter et malum, seu inter regnum Dei et regnum diaboli. Homo dum per paenitentiam ex uno regno, diaboli scilicet, ad aliud transit, non solum externe, verum etiam interne mutatur (*μετάροια*) (pp. 247—254). Ex eodem loco eruitur pastorem posse ferre indicium seu condemnare moraliter peccatorem eumque corrigere. (pp. 254—258). Talis peccatorum correptio debet niti in fundamento caritatis. Pastor debet corrigere in peccatore peccatum ipsum, non personam, diligenter perquirere omnes vel minimas peccati circumstantias atque ipsum peccatoris characterem, ne aliqua re neglecta loco remedii venenum animae apponat. Speciatim tota pastoris cura eo dirigenda est, ut caritate conscientiam peccatoris transmutet, ut illum amet tamquam ovem errantem paratusque sit animam suam ponere, ut illum salvet (pp. 258—286). Correptio paterna pastoris secundum diversa temperamenta hominum est dirigenda. Generatim quattuor temperamenta nominantur: sanguinicum, cholericum, melancholicum, phlegmaticum. Ipse Christus diverso modo agit cum singulis apostolis: cum Petro — sanguinico, Ioanne — melancholico, Thoma — phlegmatico, Iuda — cholericu (pp. 286—298). Inter animorum curam et sacramentorum administrationem nexus strictissimus deprehenditur (pp. 298—299).

Cap. VIII. Inter ista sacramenta praecipuum locum tenet eucharistia, ad eius celebrationem pastor se quam piissime praeparare debet: ad quam præparationem iuvat de passione Christi meditari (pp. 300—310). Omnia sacramenta intime inter se connexa sunt; proinde pastor, sicut bonus hortulanus, per sacramenta plantas i. e. animas fidelium sibi a Deo commissas curare debet, bonos palmites inoculando, noxios abscondendo (pp. 310—319).

Tertia pars continet ea, quae ad vitam pastoris pertinent. sive ad vitam individualem, sive ad ea, quae eius activitatem in mundo spectant.

Cap. IX. Christus lugebat cum lugentibus, gaudebat cum gauden-

tibus, breviter: semetipsum totaliter hominibus tradidit. Pastor, Christi discipulus atque imitator, eodem modo se gerere debet, ita nempe oves suas diligere, ut vitam suam pro illis ponere paratus sit. (pp. 320—325). Licet homini simplici talis virtus impossibilis sit, tamen pastori haec omnia per gratiam sacerdotii praestantur, quae sola efficere potest, ut pastor semetipsum abneget, talesque ei vires confert, quibus adiutus iugum suum facile gestare queat. Propterea catholici characterem indeleibilem sacerdotio adscribunt (num recte agant, scriptor non dicit, sed videtur hnic sententiae favere) (pp. 325—339). Specialis qualitas pastoris in connexione quadam intima cum Christo ponenda est. (pp. 339—344).

Cap. X. In relationibus pastorum ad invicem potiorem partem obtinere debet humilitas, quae omnes tendentias ad primatum excludat. (pp. 345—354). Magni quoque momenti est unitas a Christo tantopere desiderata, mutua fiducia et sustentatio, ut hoc modo melius viribus unitis diabolo ceterisque inimicis religionis christianaee resistere possint. (pp. 354—367).

Cap. XI. Quod mundum spectat eiusque insidias, pastor in Christum, sicut Ipse in Deum-Patrem, semper sperare debet et nunquam animum amittere propter persecutiones, quas in mundo discipuli Christi patiuntur (pp. 368—387).

Cap. XII. In vita sua intima sacerdos est homo orationis. Oratio est eius panis quotidianus, aer, quem respirat. Ne usum orationis amittat, perpetuo in ea se exercitare debet (pp. 388—401). Orationem sequitur vita sancta, qua pastor aliis exemplum praebeat oportet. Vis exempli talis est, ut sine exemplo omnia, quae pastor dicit et facit, fundamento suo careant. (pp. 401—407). Quapropter pastor, cuius doctrina et vita inter se discordant, est petra scandali pro fidelibus suis omnique influxu salutari in societate caret. (pp. 407—418).

Conclusio comprehendit explicationem parabolae de bono pastore Ioann. 10, 1—16. 18. Scriptor ostendit discriben inter pastorem verum et mercenarium (pp. 419—426).

Non possumus non salutare hunc librum magna cum eruditione conscriptum et, quod speciatim laude dignum est, cum unctione, qua scopus operis, i. e. Christi personam ivam in pastore ostendere, melius attingitur. Profecto non possumus consentire cum scriptore in illis locis, ubi ipse privilegia S. Petro apostolo data vel non agnoscit (pp. 130 et 192) vel tanquam remedia apostolo lapsi applicata repraesentare conatur (pp. 81—84, cf. p. 190 nota et p. 305). Obscurum quoque est, quid sibi velit scriptor istis verbis: „Обращенные Имъ (т. е. Христомъ) слушатели и собесѣдники будутъ обращены не случайно, по чрезъ вторичное недоразумѣніе, какъ у католиковъ (?) съ ихъ угощенiemъ вкусамъ (?) но именно чрезъ утоленіе ихъ духовной жажды“ р. 237. Item pars patristica non satis est evoluta, quod operi haud parum nocet. Ceterum auctor omnino catholice rem pertractat, neque auctores catholicos spernit, sed eis libenter utitur. Omnibus, qui theologiae pastorali student, opus hoc non parvo adiumento erit.

Dr. Leonini.

Христіанське Чтеніе. 1906.

E. Voroncov: Gospod' Iisus Hristos i Melchisedek, car Salem a (Dominus Iesus Chr. et Melchisedec, rex Salem, Hebr. VII., 1—4), I., 3—26. Auctor explicationem huius textus praebet. Secundum ipsum nec de urbe Salem nec de origine Melchisedec quidquam certi constat (p. 7). At quoniam Christus cum Melchisedec comparetur eique opponatur, necesse est Melchisedec non mystica persona, sed verus homo fuerit. Parallelismus inter Melchisedec et Christum non tam in nominis quam in muneris similitudine positus est. Melchisedec dicitur sine parentibus, sine genealogia fuisse, quia per Spiritum S. supernaturaliter regeneratus et a Deo ad fungendum sacerdotio speciali modo designatus erat idque aliter ac sacerdotes levitici, quorum munus carnalem ab Aarone originem requirebat, quique filios suos ut successores legitimos relinquebant (cf. praesertim p. 19). »Initium dierum et finis vitae« officii sacerdotalis exercitium adnotant, ideo »sacerdotalium«, respective »sacerdotalis« verba subaudiuntur (p. 21 sq.) »In aeternum« i. e. usque ad vitae finem sine filiorum successione (p. 24 sq.). »Assimilatus« dicitur secundum ea, quae superius explicata sunt.

Sub finem auctor — quibus rationibus adductus sit, non intelligitur — concludit: adiectivum »Summi« non necessario Dei attributum esse, sed epitheton ornans, — vini autem et panis oblationem nihil nisi oblationem donorum ab amico factam fuisse (p. 26). Textus, quos citat, unde deprompserit, non omnino constat.

E. Kagarov: Religija drevnjago Egipta (Nonnulla de antiquae Aegypti religione I., 27—43, 226—238, 366—378. Cum documenta, quae de Aegyptiorum religione tractant, nondum omnia perlustrata sint, accuratam huius religionis historiam tradere hoc tempore impossibile est. Ideo Kagarov, principalioribus documentis, quae publicata sunt, comparatis, quaedam tantum momenta huius religionis evolutione tradere intendit. Secundum ipsum religio Aegyptiorum, sicut quaeviis alia religio, licet quaedam e monotheismo elementa contineat, monotheistica non fuit. Evolutionis enim theoriam ad religionem quoque applicat.

E. Akvilinov: Hristianstvo i social-demokratija v otnoshenii k sovremennym sobytijam (Christianismus et socialistica-democratie in relatione ad recentiores eventus) I., 27—43. Articulus hic nihil nisi popularis explicatio relationis inter christianismum et socialismum est.

I. Lihnickij: Osvjashchennyj sobor v Moskvě v XVI—XVII vekah. (De sacris synodis saec. XVI.—XVII.). I., 71—93, 239—255, 437—453, 716—734

Russica ecclesia, respective metropolis Moscoviensis ab a. 1459 ut independens, licet non de iure, sed saltem de facto se gerebat. At quo magis patriarchae Cpolitani iurisdictioni sese subtrahebat, eo magis potestas civilis in res ecclesiasticas sese ingerere coepit (p. 78 sq.), ecclesiaque ut institutum a gubernio civili dependens considerabatur.

Ex altera vero parte cum saeculum XVI. et XVII., synodorum aurea aetas, considerentur, oboritur quaestio, quid de horum saeculorum synodis iudicandum sit. Cuidesiderio, a cl. auctore satisfactum est.

Paucis itaque de priorum saeculorum synodis narratis, synodorum saeculis XVI.—XVII. habitarum evolutionem et historiam tradit. Secundum auctorem — haec in re prof. Pavlov sequitur — »соборъ стаиъ не столько органомъ дѣлъ, сколько органомъ государственного законодательства по дѣламъ церкви» (synodi non tam ecclesiastiarum rerum, quam civilis legislationis in rebus ecclesiae organum fuerunt. Inde ex hoc tempore receptum est, ut magnus dux non solum synodis praesideret, sed etiam quaestiones proponeret, quae ad internam ecclesiae competentiam spectabant (p. 442 sq.). Synodorum illis temporibus frequentia et evolutio ex metropolitarum de rebus ecclesiasticis cura, ex principium, qui sibi episcopos propensos reddere conabantur,

contra metropolitas pugna et maxime ex rebus socialibus eo temporis spatio vigentibus (81 sq.) explicanda est. Ut membra synodi, quae adesse debebant, soli episcopi considerabantur, inferior clerus non omnibus synodis aderat. Immo saecularis clerus tantum in tribus synodis praesens erat (p. 246, cf. p 244) Tempus convocandae synodi et membrorum numerus a temporis respectivi adiunctis nec non a quaestionis in synodo discutiendae indole dependebant (p. 245). Imperator cum magistratibus ex officii munere synodum visitabat (p. 251).

Auctor, quantum documenta edita permittunt, omnia quae ad synodi convocationem, membra, procedendi modum, alia id genus pertinent, singillatim pertractat. Pauca tamen adnotanda esse videntur. Auctor, similiter atque alii historici Russici, non decidit quaestionem, quomodo singulae filii saeculis synodi dividenda sint. In nonnullis enim synodis pauci aderant episcopi, nonnumquam 7 aut 8 (cf. p. 244₆₀); at hisce non obstantibus pari in veneratione atque aliae synodi habentur. Confuse quoque loquitur, quamvis vocem, decisivam an consultativam, alii praeter episcopos in synodis habuerint.

I. Brilliantov: Obrazovanie anglikanskogo duhovenstva (De intellectuali cleri Anglicani educatione) I., 94—111. Hic articulus Russicam versionem observationum E. Armand'ii in »Revue Catholique des Eglises.« 1905. No 2 depositarum, praebet.

R. Smirnov: Pravovoje položenie raskoła pri imperatrice ānně Ioannovně (Iuridicus status schismatis (raskoł) tempore regiminis Annae f. Ioannis) I., 112—128. Ad opus suum, quod ad magistri gradum obtinendum proposuerat, adnotationes addit.

M. Orlov: Čego trebuet istinnyj smysl avtonomii v otnošenii naših akademicheskikh nauk? (Quae ad studiorum in Academia autonomiam requirantur), I., 129—136. Methodum in disciplinis disponendis servandam esse consulit.

Th. Makar'ev: Reforma duhovno-uebnyj zavedenij i v častnosti duhovnyj učilišč (De ecclesiasticarum scholarum reorganizatione). I., 137—157.

V. Popov: Alfred Ieremias. Babylonisches im Neuen Testamente. Leipzig. 1905. I., 158—166. Relato sat late libri argumento eum omnibus commendat.

N. Nikol'skij: K voprosu o cerkovnoj reforme (Nonnulla ad ecclesiae reformationem spectantia). I., 177—203. — Anno 1905 mense aprilii proposita sunt ab Acad. Petropolitanae professoribus postulata de rebus, quas ad ecclesiae Russicae reformationem necessarias esse dedebant. Ad tria autem capita reduci possunt: primo, ut in inquirenda christiana fidei veritate summa libertas permittatur; ideo annullanda est censura ecclesiastica nec non ius nonnullorum (i. e. hierarchiae), qui soli de rebus fidei decernunt, abolendum est; secundo: notio »conciliarii« iterum resuscitanda est populusque in regenda ecclesia particeps sit oportet; tertio: episcopororum in fideles potestas iuxta pristinae ecclesiae normam reformanda ac restringenda est; sacerdotibus quoque saecularibus ad ecclesiasticas praelaturas aditus pateat (p. 179 sqq.).

Ad haec professorum Acad. desideria Nikol'skij adnotationes suas addidit, quae huc fere tendunt: quaestio de forma regiminis ecclesiastici secundarii momenti est; — praeprimis enim spiritus evangelicus — qui nunc temporis desideratur — iterum in ecclesiam introducendus est. Nam sola veterum canonum resuscitatio ad finem intentionem minime perducit parumque antiquae ecclesiae agendi modo concordat. Antiquitus enim non solum canones, si opus erat, mutabantur, verum etiam de rebus maioris momenti ut de fidei fontibus, s. canone, aliis, documenta id ipsum testantur (p. 183 sq.). Immo in Russica ecclesia mutata regiminis eccl. forma nonnullae doctrinae mutabantur (p. 185). »Вѣдь ни для кого не секретъ, что синодальная форма управлѣнія вы-

зыvala у насъ тяготъніе и къ такімъ принципамъ вѣры, какихъ мы прежде не знали». (Post Petrum M. synodalis ecclesia doctrinas antiquitati ignotas introducebat: p. 185) Recentiore tempore non episcopi, sed academie fidei custodes et revelationis magistri merito reputantur (p. 185).

Ut autem ad evangelii spiritum aditus pateat, praeprimis duo in Russorum ecclesia observanda sunt: primo in rebus fidei summa cuique libertas permittatur; secundo ab omnibus, principaliter ab episcopis, veritas inquirenda est (p. 186 sqq., p. 196 sq.). Quae duo cum nunc temporis non habeantur, synodus legitima impossibilis est. De ecclesia vero synodali post Petri M. tempora confitetur: eius regimen canonibus adversari — ideo decreta ab ea emissa, etiam catechismus metr. Philareti perscrutanda esse, ut inquantum ipsa cum ecclesiae orthodoxae fide sint conformia (p. 202 sq.), manifestum fiat.

Secundum ipsum de rebus fidei decernunt non episcopi, sed academie, cum recentiores episcopi sint »осталась теперь сосудами благодати, по не вмѣстимыемъ ученія« (charismatis, non doctrinae possessores et custodes: p. 185). Quae de synodorum et ecclesiae infallibilitate tenet, protestantica sunt (p. 195 sq.). Et generatim magnus protestantismi influxus in auctoris disquisitione cernitur.

V. Uspenskij, Religija Oskara Uajl'da i sovremennoj asketizm (Oskari Wild religio et recentior ascetismus) I., 204—225. Uspenskij tradita Oscari Wilde religioso systemate in recentiore ascetismum invehitur, utpote qui »odium mundi« a Christo preeceptum minime intelligat. Secundum Uspenskij revelatio, miracula, sancti non sunt sufficiens criterium ad discernendam veram a falsa religione (p. 218).

P. Iustinov, Theodosii systemate tempore eius vitae I., 256—281, 391—414, 591—615. Annus 1771 communiter consideratur ut terminus a quo nova, fractio in raskol paulatim sese evolvebat. Iustinov ex actis sectae tum publicatis tum manuscriptis ostendit iam ipsum sectae fundatorem Theodosium (1665—1711) totum systema composuisse.

D. Abramovič, K voprosu o reforme russkago pravopisanija (De reformatione orthographiae Russicae). I., 282—305. Auctor necessitatem ostendit esse veram, ut Russicus scribendi modus corrigeratur et reformatetur.

A. Radosskij, Zapiska ob ustanovlenii ežegodnago prazdnovanija dňa osnovaniya S.-Peterburgskoj duševnoj akademii, I., 306—312. Ab a. 1809, quo academia Petropolitana reorganizata est, diés eius foundationis celebratus non est usque ad a. 1865. Radosskij actus, secundum quos a. 1865 haec festivitas peracta est, prelo committit.

N. Pokrovskij, Želatel'naja postanovka cerkovnoj arheologii v duševnyh akademijah (Desiderata quoad archaeologiam in academiis ecclesiasticis). I., 333—350. Pokrovskij, auctor solidi operis »Очерки рамятниковъ христіанской иконографии искуство. Стб. 1900 г.«, exposita archaeologiae ecclesiasticae in Russia evolutione, argumentis sat gravibus prolatis propriam disciplinae archaeologicae cathedrali fundandam esse ostendit.

A. Brilliantov, Učenyja zamětki i pis'ma prof. V. V. Bolotova po perevodu bogoslužebnyh knig na finskij jazyk. I., 379—390; 671—696. Bolotov, cum commissio specialis ad vertendos libros liturgicos in linguam finlandicam instituta esset, animadversiones suas hac de re huic commissioni mittebat. Quas animadversiones Brilliantov cum annotationibus suis publicat.

N. Glubokovskij, Ellinskoe obrazovanie sv. Apostola Pavla (De s. Pauli in litteris Graecis educatione) I, 350—361, 499—532, 651—670, 844—857; II, 3—24.

Secundum Glubokovskij Iudaei in tantum eruditionem in Graecis litteris tempore apostolorum respuebant, in quantum haec litterae religioni revelatae repugnabant vel eam oppugnabant. Immo linguae Graecae scientiarumque Graecarum cultura apud eruditos Iudeos magni habebatur. Quare etiam apostolus Paulus, qui Tarsi incola et civis Romanus erat, hanc eruditionem minime negligere potuit, — id quod Glubokovskij per longum et latum ostendit. Maxime notanda sunt, quae Glubokovskij de s. Pauli civitate Romana habet.

M. Cel'cov, Hristians'tvo i politika (De christianismo et rebus politicis) I, 415—436. Ex religionis christiana ratione auctor ostendit eam ad res civiles indifferentem esse non posse. Ideo si res civiles a religionis principiis regantur, quamvis societatem quam maximam pace et prosperitate gaudere.

A. Bronzov, K voprosu o vegetarianstvè (Quaedam de vegetarianismo) I, 454—462. Ad rationes physiologicas, quas El'pe (L. K. Popov) tractat, Bronzov motiva ethica addit, quibus hominibus carne utendum non esse persuadere conatur.

N. Pokrovskij, O měrah k sohraneniju pamjatnikov cerkovnoj stariny. (De antiquarum rerum conservandarum ratione) I, 471—498. Auctor rationibus, quibus res antiquae usque ad praesens tempus conservabantur, enarratis, ut id efficacius fieri possit, etiam sua placita proponit.

P. Žukovič, Arhiepiskop Meletij Smotrickij v Vil'ně v pervye měsacy poslě svoej hirotonii (arch. Meletius Smotrickij, quid Vilnae priinis mensibus post suam consecrationem egerit) I., 533—551, 697—715, 858—877. Inter episcopos a patr. Theophane a. 1620 ordinatos fuit Meletius Smotrickij, archiepiscopus Poločensis. Is sub fine a. 1620 i Vilnam proficiscitur, unde ad orthodoxos varias in regiones epistolas mittit, quibus unionem in periculum adduxit. Inde tamen a 6. Febr. 1621 ep. Smotrickij cum asseculis utpote sine regis approbatione a patriarcha consecratus, in iudicium citatur et 28. martii 1621 a metr. Rutskij excommunicatur. Quos eventus auctor usque ad 16. Iunii 1621 — nonnumquam minus accurate — describit.

M. Sokolov, Gruzinskij monasty'r v Vizantii (De Iberorum monasterio sito in territorio Byzantino) I, 552—579; II, 570—583. A. 1084 fundavit Gregorius Pacurianus († 1086), μέγας δομεστικός δύσεως pro solis Iberis monasterium in honorem Dormitionis B. M. V. iuxta pagum Stenimach prope Philippos in Bulgaria. Fundator Pacurianus pro monachis speciale τυπικόν iuxta typicon monasterii Cpolitani, πόνη παναγίου, composuit monachosque a cuiusvis potestatis tum ecclesiasticae (etiam patriarchalis) tum civilis iurisdictione exemit. Cuius typici regulas auctor communicat.

E. Akvilonov, O nedozvolitel'nosti služenija pravoslavnym duchovenstvom pannihid v hramah po usopšim in ov'recam-hristianam. (Sacerdotibus orthodoxis officium defunctorum pro mortuis non orthodoxis celebrare non licet) I, 580—590. Akvilonov, cum eadem de quaestione in Церк. Вѣст. (1905, Nr. 35) scripsisset, tres contra eum oppugnantes V. A. Sokolov, A. Grinevič, P. Malyhin, insurrexerunt. In praesenti dissertatione eandem ac prius defendit opinionem id est officium defunctorum pro mortuis non-orthodoxis celebrare non licere. Ecclesia enim est societas non solum, ut volunt Protestantes, interna, sed etiam visibilis, externa p. 581. Et si pro vivis non-orthodoxis orat, id propterea facit, ut eos in sinum suum attrahat, — quoad mortuos vero id fieri nequit. Quodsi nullus canon, qui id prohibeat, ostendi potest, id inde explicatur, quod Patres de mortuis nihil decernebant, sed solum eos misericordiae divinae committebant (p. 599 sqq). Verum privatim cum non-orthodoxis, immo privatim et pro mortuis non-orthodoxis orare licet. (p. 591 sqq).

V. Roždestvenskij, Iz čtenij po hristianskoj apologetikē (Praelectiones de apologetica christiana) I, 629—650, 823—843. Secundum auctorem apologeticae christiana finis est, scientifice illustrare et defendere dogmata fundamentalia fidei christiana et morum. Eo autem ab apologia (defensione) christianismi communi differt, quod in apologetica dogmata christiana non solum defenduntur, sed quod id scientifico modo fit et quae res et qua ratione defendendae sint ostenditur. Talem autem tractandi modum possibilem esse auctor ostendit eo quod systemata Kant et Comte oppugnat.

M. Čel'cov, Pravoslavnoe pastyrstvo i obščestvennaja dějatel'nost' (Clerus orthodoxus et res sociales) I, 725—747, 878—888. Ex religionis christiana notione et ex historia ecclesiastica auctor ostendit clerum orthodoxum praesertim nunc temporis posse et debere sese rebus socialibus immiscere easque secundum Christi spiritum illustrare ac regere.

A. Vysokoostrovskij, O pravě duhovnyh akademij prisuzdat učenija stepeni po filosofskim naukam I, 748—777. Auctor omni ratione evincere conatur convenire, ut academiae ecclesiasticae ius et potestatem habeant discipulos suos doctorum philosophiae gradu ornandi.

I. Sokolov, Bogoslovskija i svjaščenničeskija školy na pravoslavnom grečeskom Vostoč (De scholis theologicis et clericalibus in orthodoxo Graeco orienti) I, 778—791, 889—908; II, 99—115, 234—253, 391—413. Auctor scholarum recentiorum in patriarchatu Cpolitano evolutionem et statum describit. Ex omnibus scholis solum quae fundata est a. 1844 in insula Chalki prope Cpolim, externis academiis similis est.

A. Brilliavtov, Proishoždenie monophysitstva (De monophysitismi origine) I, 793—822. Alexandrini, ut Athanasius et praesertim Cyrillus Alex., scripta refutabant, quae Apollinarii factio mitior sub orthodoxiae nomine divulgabat. Et licet Cyrillus ea catholico sensu explicare conatus sit, tamen nonnulli termini, ut μία φύσις errori viam pararunt. Ex altera vero parte, cum Nestorii praedecessores Diodorus et Theodorus nondum damnati essent, contra terminos, δύο φύσεις dubia movebantur. Quo ex duplice fonte Monophysitismus ut rivulus sponte sua scaturivit.

L. Brodskij, K voprosu ob edinověrčeskom episkopě (De unius-fidei sectantium quaestione) I, 909—930; II, 116—132. Unio sic dictorum „raskolniki“ cum ecclesia orthodoxa (единовѣрці) innititur condicionibus, quas a. 1800 Moscov. metr. Platon composuit. Ex illo tempore raskolniki, qui cum orthodoxis uniti erant, sacerdotes, qui ab orthodoxis episcopis ordinati erant, recipiebant. A. 1864 ac 1905, ut suos proprios episcopos haberent, petierunt. Ideo 6 apr. 1864, s. synodus episcopos, quid ipsi hac de quaestione sentirent, interrogavit. Ex episcopis duodecim id ecclesiae orthodoxae legibus repugnare responderunt, decem vero assentientes rescripsierunt. Quorum episcoporum responsis adductis auctor suam opinionem profert. Secundum ipsum tota lis sic componi potest, ut praediici raskolniki unum episcopum habeant, qui non, ut voluerunt orthodoxi episcopi in suis ad s. synodus responsis suam dioecesim habeat, sed s. synodo assistat et unionistarum curam spiritualem gerat.

P. Smirnov, Pervyja popytki raskol'nikov priobresti arhiereja (De primis eorum, qui raskolniki vocantur, conaminibus habendi proprium episcopum) II. 41—78. Nonnulli raskolniki inde iam ab an. 1730 orthodoxis episcopis, ut sibi proprium episcopum ordinarent, expetebant. Quae conamina documentis publicatis auctor describit.

E. Voroncov, K izjasneniju psalma 103 (104), 4 (Ad exegesim ps. 103 [104], 4): Ex contextu et grammatica Hebraica auctor ostendit

ante verba ἀγγέλους et λειτουργούς articulum τοῦ adesse debere; ex V Testamento, contextu, Patrum explicatione, angelos stricto sensu sumendos esse evincit.

V. Verjužskij, Sèverno-russkoe prihodskoe duhovenstvo v koncë XVII vëka (De boreali clero curato orthodoxo in fine saec. XVII) II, 79—98, 285—301, 425—441.

A. 1628 fundata est dioecesis Holmogorskaja (Хомо́горы.) Primus episcopus designatus est Athanasius. Cuius dioecesis cleri tum quoad scientiam tum quoad mores statum atque episcopi conamina ad clerum erudiendum vitiaque praesertim ebrietatem tollenda, auctor exponit.

K. Harlampovič, K biografii Veniamina, arhiepiskopa irkutskago (De vita Benjamin, archiepiscopi in urbe Irkutsk) II., 133—155, 302—310, 442—459. Benjamin, (Basilius Ant. Blagonravov) natus est 1825. Acad. in urbe Kazan absolvit 1850; dein per octo annos historiam ecclesiasticam in eadem academia tradidit. A. 1862 episcopus ordinatus est; a. 1871 archiepiscopus in urbe Irkutsk factus est, ubi usque ad mortem (1892) permanxit. Inde ab a. 1862 totus quantus missionibus inter paganos habendis occupatus erat et ita prospere laboravit, ut per triginta annos cum sociis suis fere 40.000 infideles ad christi fidem adduxerit. Cuius episcopi vitam, labores et opera auctor in praesenti articulo recenset.

P. Žukovič, Zaporozkie getmany Borodavka i Sagajdačnyj v svoi poslednjih cerkovnyh i političeskikh dělah, II., 189—212, 341—369. Duces Borodavka et Sahajdačnyj, cum Poloni cum Turcis et Tataris ad Chocim bellum gerebant, Cozacorum exercitui praefuerunt. Uterque dux curavit, ut orthodoxi episcopi a patr. Theophane sine regis consensu consecrati ab eo approbationem et iura acciperent, quam duplarem utriusque actionem auctor describit.

P. Smirnov: Načalo bezpopovščinskoy polemiki po voprostu o brakë, II, 213—233, 370—390, 669—695. Ex iis, qui raskolniki audiunt, alii primis sectae suae annis sacerdotium respuebant. Hi ut sectae suae adhaerentes virginitatem servarent, curarunt. Haec eorum conamina et disceptationes, prout primis temporibus locum habuerunt, Smirnov narrat atque simul duo documenta, quae hanc quaestionem respiciunt, edit.

P. Iustinov, Rjapinskij period v istorii theodosiev ščiny, II., 696—714. Raskolnikorum factio, quae a Theodosio originem dicit, inde ab a. 1712—1719 in pago Rjapin commorabatur. In praesenti articulo eorum vita, doctrina, alia id genus evolvuntur.

M. Grigorevskij, Značenie blagodati Božiej, věry i dobroj děl čelověka dlja opravdanija ego pred Bogom, po r. katoličeskому učeniju (Quid gratia Dei, fides, bona opera in hominis iustificatione secundum Rom. catholicam doctrinam valeant) II., 254—284, 414—424, 555—569.

G. quid catholici de gratia, fide, bonis operibus teneant ac docceant, inquirit. Ex catholicis theologis auctor nullos alios novit nisi Bellarminum, catech. Rom., Perone; aliorum enim nonnisi nomina citat vel eorum doctrinam ex protestantium aut orthodoxorum libris exponit. Immo et illorum trium, imprimis catech. Rom. et Bellarmini doctrinam ita evertit, ut absurdia illis attribuere non timeat. Quare mirum esse sane non debet, si in catholicorum doctrina innumerous inveniat haereses (Kromě iskažennago učenija o sv. Duhě, katolíci obnarodovali ešče eretičeskij dogmat o neporočnom začatii Božiej Materi, nepravil'no učat o Sv. Pisanii, otnimaja ego u mirjan, iskažajut učenie drevnej cerkvi o tainstvah, lžeumstvujut v učenii o cerkvi, usvojaja prinadležaščuju ej nepogrëšimost' odnomu papë, i pogrëšajut v učenii ob opravdanií i spasenii čelověka) (p. 255).

Ex singulis, quae de catholicorum doctrina quoad gratiam, fidem et bona opera tradit, aliquid exhibebimus.

Secundum auctorem catholici docent, cum homo iustificatus bona opera exerceat, Deum erga eum debitorem constitui (p. 256). Licet Christus pro omnibus mortuus sit, tamen nemo nisi is fructum ex Christi passione consequitur, cui eius merita applicantur (p. 257). Ex Tridentino (sess. VI., praesertim cap. XVI.) et ex theologorum catholicorum explicatione concludit secundum catholicam doctrinam redemptionem esse superfluam (Vsmatrivajas' bliže v privedenyyj nami dekret Tridentskago sobora i iměja v vidu sočinenija katoličeskij bogoslovov, my nahodim, čto logičeskim slědstviem i vyvodom iz katoličeskago vozrěnija na pervorodnyj grěh javljaetsja sovsěm uže nechristianskaja mysl': opravdanie naše v tom vidě, kak ono soveršenno Hristom, soveršenno izlišne) (p. 259). Dein inter hominem in statu naturae purae et hominem lapsum catholicī nullam asserunt esse differentiam (p. 261 sq.). Catholicorum opinio de disharmonia inter animam et corpus hominis in statu naturae purae positi logice statuit Deum peccati auctorem esse (p. 262.). Etenim »si Deus dedit legem, quae nonnisi bonum praecipiat, et hominem donavit libertate, qua parī modo bonum et malum velle possit, Deus inconsequenter agit et mali auctor iure merito dici potest (p. 264). Stricte loquendo catholicī peccatum originale non agnoscunt (Sobstvenno pervorodnago grěha katoličestvo ne priznaet) (p. 263), quia peccatum originale etiam in depravatione naturae humanae in naturalibus consistit (p. 265), id quod catholicī admittere nolunt. Cum vero peccatum originale putent catholicī in sola gratiae amissionē consistere (p. 265), ideo in eorum opinione redemptio prorsus superflua est (p. 265 sq.). Immo et gratia originalis, quam catholicī statuunt, nonnisi extēnum adiumentum homini additum est (p. 266), quod a catholicis tali ratione concipitur, ut illud peccati ab Adamo commissi causam esse recte concludi possit (Učenie rimskoj cerkvi o pervobytnoj blagodati, pri poslědovatel'nom ego razviti, pripisyvaet toj že blagodati vinu padenija čelověka) (p. 267). In canone 9. sess. 6. Tridentini Semipelagianorum sententiam, quae docet hominem propriis viribus ad gratiam Dei sese disponere, contentam esse statuit. (V 9 kanoně 6 sessii jasno govoritsja čto čelověk dolžen sobstvennoj voleju prigotovljat' i raspolagat' sebjā k prinjatiju blagodati) (p. 270). Tridentini decreta de gratia contradictionibus plena sunt (p. 271). Secundum Trid. doctrinam gratia antecedens nonnisi nominalis est (p. 272), gratiae vero concomitantis munus est hominem, qui bene velle incipit, adiuvare (p. 272). Tridentini doctrina (sess. V.), quae statuit concupiscentiam in homine baptizato remanentem non esse peccaminosam proprio sensu, s. scripturae (Paulo) repugnat et ludiera est (naivnaja), nam, si concupiscentia non est peccatum, virtus est (p. 274).

Secundum catholicos, qui »opus operatum« in sacramentorum operatione statuunt, sacramenta sine omni hominis cooperatione, modo mere mechanico (p. 275 sq.) et magice (p. 276. 281) gratiam sacramentalem producunt. Catholicī autem suam de »opere operato« theoriam inde sumpserunt, quod posuerant hominem non teneri omnibus viribus Deo adhaerere (nam kažetsja, čto ona (teorija) est slědstvie toj juridiceskoj, zakonniceskoj točki zrěniya, s kotoroj katoličestvo voobšče razsmatruivaet svoi otноšenija k Bogu i pri kotoroj čelověk možet scitat' sebjā kak by vpravě ne prinadležat' Bogu vsěm serdecem i pomyšleniem) (p. 280 sq.).

Catholicī et orthodoxi in fidei explicatione eo inter se differunt, quod orthodoxi fidem vivam et efficacem concipiunt, catholicī vero mortuam (p. 416). Et ad orthodoxorum fidei explicationem magis accedit protestantium, quam catholicorum explicatio, cum sec. orthodoxos fidei obiectum sit praesertim misericordia Dei. et fides resideat in voluntate, atque assensus non ad intellectum sed ad cor referatur (p. 418). Secundum catholicos fides potest esse viva, eti mores sint

pessimi (p. 423); quare fides in iustificatione non multum valet (ona iméet ničtožnoe značenie v opravdanii) (p. 424).

Perverse quoque catholici de bonis operibus sentiunt (nrvastvenaja dějatel'nost' čelověka ponimaetsja v katoličeskoj cerkvi grubo-mehaničeski, v smyslě summy vněšnjih postupkov), cum secundum eos bona opera nonnisi virtutis internae m e c h a n i c a quaedam complementa sint (p. 556). Supererogatoria catholicorum opera simili ratione ac protestantes explicat (cf. p. 563 sqq.), ita tamen, ut etiam apertos errores committat. E. g. in cap. 14. sess. 8. Tridentinum damnat sententiam, quae in poenitentia simul cum culpa omnem poenam idque semper remitti dicit (»numquam«) — auctor tamen concludit post omnem peccati remissionem semper (v s e g d a) poenam remanere (p. 566 sq.).

Totum vero opus ita concludit: u b l a g o d a t i i v ě r y k a t o l i ē s k a j a c e r k o v o t n j a l a p o č t i v s j a k o e z n a č e n i e i s i l u v o p r a v d a n i i. Věda tol'ko znakomit hr̄istianina s Bogom. Blagodat' pomagaet liš' emu v ego samostojatel'noj dějatel'nosti. I tol'ko eta poslēdnjaja iméet vse dostoinstvo v dělē opravdanija; čelověk sam načinaet ego, sam i zakančivaet (p. 569). (Secundum catholicos gratia et fides fere nihil valent in hominis iustificatione; homo ipse propriis viribus gratiae et fidei munus exerceat.)

V. Serebrenikov, Vozraženija Lejbnica protiv filosofii Dekarta (Leibnizii in Cartesii philosophiam animadversiones) II, 487—516. Serebrenikov inquirit de Cartesiana philosophiae in Leibnizium influxu, de utriusque philosophiae differentia nec non, in quo utraque philosophia emineat idque maxima ex parte ex ipsius Leibnizii operibus.

E. Voroncov, K voprosu o citacii 39 (40) psalma v poslani i k Evrejam (De citatione ps. 39/40) in epistola ad Hebraeos II, 517—533. Secundum auctorem v. 2—8 c. X. ad Hebr. referuntur ad munus Christi messianicum et ingressus in mundum initium operis messianici designat.

K. P. Tyle, Napravlenija razvitiija v častnyh religijah i v gruppaх srodnyh religij (De evolutionis ratione in particularibus religionibus) II, 534—554. Quarundam religionum indole characteristica annotata evolutionem cuiusvis religionis particularis in eo sitam esse dicit, quod diversae res diversique influxus evolvuntur idque independenter ab invicem, donec tandem differentiae tollantur atque harmonia plena efficiatur. Quae de V T. post captivitatem Babyloniam doctrina deque fidei ad rationem relatione dicit, rationalismum spirant. Quomodo evolutio ad religionem christianam applicanda sit, manifestum non est.

F. I. Jankovskij, O preobrazovaniu russkoj pravoslavnoj cerkvi (De Russicae orthodoxae ecclesiae reorganizatione) II, 621—643, 80—831. Ut Russica ecclesia perfecte reformati possit, auctor sequentia, ut executioni mandentur, consultit: separatio ecclesiae a gubernio utepte necessaria perficienda est, — dioeceses multiplicantur (sint pro Russia 2000) — episcopus a laicis eligatur, quae electio a civili gubernio approbetur, — in electione cum episcopi tum inferiorum eccl. ministrorum potius ad morum sanctitatem, quam ad doctrinam attendendum est, — episcopi autem singuli plene ab invicem sint independentes, — quisvis vero episcopus degradantis processu excepto similia iura ac nunc s. synodus possidet, habeat, — episcopi possunt esse uxorati — decanorum officium tollendum, — parochus, cuius subditi 100 numero non excedant, ex ipsis parochianis eligatur, — episcopus et inferior clerus non necessario habere debent eruditioem theologicam, scholae ecclesiasticae ac seminaria extingueda sunt, — metropolita ac patriarcha nullam praecedentiam nisi honoris habeant, clerus rebus, quae ad

gubernium spectant, sese ne immisceat, — officium ecclesiasticum et ieunium abbreviandum ac mutandum est.

A. Kotovič, Čerty i uslovija razvitija russkoj bogoslovskoj mysli v epohu Nikolaja I. (De indole et condicionibus evolutionis studii theologici tempore Nicolai I) II, 644—668, 854—877. Auctor ex scriptorum eius temporis operibus, quid Russi tune de rebus ad religionem pertinentibus senserint quaque ratione eorum opiniones evolutae sint depingit.

V. Popov, Hristianskaja ljubov' kak istinnoe osnovanie i cěl' čelověčeskoj žizni (Caritas christiana ut fundamentum et finis vitae humanae) II., 715—731. Caritatis christianaæ dotibus enarratis ex rebus irrationalibus, ex hominis natura et ex s. scripture concludit caritatem christianam esse vitae humanae fundamentum ac finem.

P. Levitov, O sčastii (De felicitate). II, 732—743. Ut felicitatem quis hisce in terris assequi possit, sequentia ei praestanda sunt: quae in vita eveniunt, aequo animo tractare, — vitam in quadam optimismi luce acceptare, — ad praesentia magis, quam ad ea, quae in futurum evenire possint animum attendere, — quam minimam rerum externarum indigentiam habere.

Arlyim. Mihail, Suma šestvie kak povod k razvodu (Mentis aberratio sufficit ad vinculum matrimoniale dissolvendum) II, 832—853. Commissio, quae ad legum civilium codificationem instituta est, proposuit, ut perfecta mentis aberratio ad matrimonium solvendum sufficiat. Arch. Michaël a commissionis rigorismo abhorrens consulit, ut etiam periodica mentis aberratio, epilepsis et melancholia disrumpere possit vinculum matrimoniale.

M. Posnov, K voprosu ob istočnikah hristianskago věroučenija i zadačah ego (De fontibus christianaæ fidei eiusque fine) II., 773—800. Secundum auctorem theologo quoad religionis christianaæ fontes, i. e. s. scripturam et traditionem haec praestanda sunt: primo debet illas intelligere et, quid illae doceant, scire; secundo ostendere debet illarum puleritudinem atque in vitam influxum; tertio debet eas defendere.

N. Nikolskij, O prepodavaniî patristiki v S. Peterburgskoj dužovnoj akademii v 40—50 godah XIX. stolětija, II, 878—888. Anno 1841 inducta est specialis cathedra pro patristica in academia Petropolitana. Huius disciplinae primi fata ex scriptis P. Kolossovskij auctor enarrat.

M. H.

Vladimir Solov'ev: **Россия и вселенская церковь** (Rossija i vselenskaja cerkov'). Переводъ съ французскаго (La Russie et L'Eglise universelle). Russia et ecclesia universalis. Liber versus e Francogallico: La Russie et L'Eglise universelle. Cracoviae. Typographia V. L. Ančic et Soc. 1904. 8⁰ pag. 222.

Liber I. De religionis Russiae et Orientis christiani statu. In capite I. exponitur narratio Russica de Nicolao et Cassiano et eius applicatio ad ecclesias divisas. Ss. Nicolaus et Cassianus Dei iussu in terram profecti sunt, ut res terrenas cognoscerent. Perambulantes terram vehiculum viri, in luto infixum, conspexerunt. S. Nicolaus quidem virum infelicem adiuvit et hinc non solum laudatus est a Petro sed etiam praemio donatus, ut festum suum bis celebraretur singulis annis ipseque post

Petrum in Russia maximi fieret; s. vero Cassianus, qui veritus, ne alba vestis macularetur, nullam manum moverat, solum semel quarto quoque anno (29. Febr.) festivitate laetatur. Ecclesia occidentalis, missione apostolicac fidelis, luto vitae quotidianaæ immergi non timebat. Sola

per longum tempus, immo per integra saecula iura legesque servare artesque colere docens. gentibus barbaris sui iuris tenacibus, institutis moribusque incultis, tum de rebus externis, tum de spirituali animorum cultura sedulo providit. Operi admodum difficulti velut s. Nicolaus vehiculo in via incumbens, non tam servavit sanctimoniam atque innocentiam quam genus humanum miseriis suis eripuit.

E contra ecclesia orientalis dedita ascetismo rigido et mysticismo contemplativo, neglectis interim rebus politicis officiisque socialibus, quae omnia maximi sunt pro hominibus momenti, uti s. Cassianus in paradiſo praeprimis sine mæcula in veste apparere cupiebat. In occidente ecclesia omnibus viribus bonum quodvis amplectebatur; hic in oriente prae amore et timore amittendae castitatis caritatem dimittebant. Qui inter ntramque ecclesiam dissensus etiam causa remotior est eius divisionis atque consistit in dissimili ipsius vitae spiritualis idea. Haec idea in se non erronea sed incompleta appetit (pag. 7—8). Christianus orientalis solum orat; occidentalis vero et orat et laborat. Uter est verus Christianus? (pag. 8). Monachi s. montis Athonis exemplar sunt ecclesiae orientalis orantis, ei ad imitandum propositum. Sed ubi est ecclesia laborans, quam Christus condidit, et eni exemplum ipse orans et laborans dedit? Non exuere nostram naturam orientalem sed completere, non relinquere propria sed assumere communia opus est Nostrum est, veritatem facilem et necessariam agnoscere, veritatem illam, orientem solum partem esse ecclesiae universae seu catholiceae, et partem absque centro in se, quod a providentia in occidente locatum, cuique nos cum proprietatibus nostris iuncti et iustitiae caritatique satisfaciemus et alterius in omni disciplina spirituali et in omni actione sociali progrediemur. Multum abest, ut s. Cassianus alias omnino homo contemptorque vestis immaculatae fieri debeat, dummodo defectum proprium compleat. Strenuum fratrem suum occidentem non ira persecui, sed socium eum potius ducemque in via perficienda sumere debet (pag. 10—11).

In II. ep. tractatur sententia illa, quae occidentem aberrasse dicit ac Russiam sibi sufficere secundum illud: In Oriente lux est, affirmat. Disputatur dein de condicione Russiae in Europa a providentia assignata, et concluditur, modernos sibi huius condicionis non esse consciens.

In sequentibus capitibus maiori brevitati stadebimus, summas tantummodo res attingentes, paucis exceptis.

III. cpte statuitur magnum discrimen inter populum Russicum eiusque scholam theologiam. Quae orthodoxis sancta sunt, valent etiam pro catholicis, et quod populus orthodoxiam habet, idem est ac si haberet fidem catholicam. Tempore, quo Russi a Constantinopolitanis fidem suscepserunt, Graeci quidem adhuc Romae addicti erant, sed iam corrupti particularismo nationali, cui patrocinabatur patriarcharum ambitio, imperatorum ratio politica, doctrinae denique scholarum theologiarum. Dum cleris et scholae placita erroresque Photii ac Caerularii seuti, schisma illud deplorandum invenerunt, ipse populus Russicus fidem integrum servavit. Essentia orthodoxismi consistit in negatione „filioque“ imma-

culatae conceptionis (quamquam Russi Deiparam „preneporočnaja“ h. e. immaculatam per excellentiam nominant), primatusque papae. Quam triplicem negationem a nulla auctoritate spirituali, quae ab omnibus ut suprema esset agnita, sancitam esse, auctor fusius persequitur. Nec ullum concilium oecumenicum doctrinam oppositam catholicorum damnavit. Maxime apud Russos auctoritas papae odio habetur et papam arbitrantur inimicum Orientis! Sed quid volunt loco papae? Concilium oecumenicum? Iam mille annos nullum in Oriente celebratum est neque secundum Philaretum Moscovensem ibi fieri potest. Neque s. Synodus Petropolitana nec patriarcha Constantopolitanus possunt esse caput universae ecclesiae. Quapropter alternativa relinquitur, aut affirmare cum sectis extremis, ecclesiam proprietatem divinam perdidisse, aut caput in Occidente agnoscere.

Capite IV agitur de dissidentibus in Russia, de vera causa schismatis, et quid Philaretus Moscoviensis nominet ecclesiam universalē.

Primum ad obtinendum statum religiosum meliorem in Russia est, ut postuletur ecclesia independens a caesaropapismo, quae cum populo omnem vitam socialem et politicam participet, ecclesia libera auctoritate pollens et vigens. Adhuc desideratur vera administratio spiritualis in ecclesia Graeco-russica. Quare dissidentes aliqui aperte affirmarunt, veram ecclesiam anno 1666 de mundo evanuisse, Russiam vero vivere sub spirituali imperio Antichristi, Petropoli residentis. — Summa doctrinae Philareti Mosc. est: ecclesia universalis continet omnes ecclesias particulares, dummodo servaverint, sicut Russica, prae reliquis puritatem doctrinae divinae: huius autem indicium solum penes Spiritum s. est. De vinculo visibili et coniunctione mutua sociali nihil curat vel potius ea negat. —

Omissa refutatione opinionum slavophilorum (cp. V.) atque tristi servitute ecclesiae Russiae sub iugo caesaropapismi gementis (cp. VI.) pauca de officiali eius administratione (cp. VII) depromemus.

Aksakov ea de re fusius disserit, quorum summam attingemus. — Ecclesia orthodoxa administratur per s. Synodum, cuius membra supremo procuratori civili vel militari subiecta, imperator nominat. Praeterea etiam episcopi secundum placita s. Synodi designantur. Similiter etiam gradus hierarchici prout gradus militares dividuntur (metropolita respondet marescalco, archiepiscopus generali divisionis, episcopus generali brigadae). Paulus I. merita cleri consequenter ordine militari praemiari consueverat. Hinc missio quoque cleri naturā suā inservit mediante procuratore potestati civili. Solum vi orthodoxya servatur in possessione sua. Transgressores sistuntur speciali indicio et in Sibiriam relegantur. Pogodin, historicus Russicus concessit, promulgata libertate conscientiae dimidiā partem populi eamque meliorem religionem catholicam amplexuram esse.

Tribus ultimis capitibus I. l. (cp. VIII — X) agitur de communione ecclesiae Russiae cum Graeca, et hanc unionem nullam esse demonstratur. Anno 1885 imperium Russicum manifeste declaravit, ecclesiam orientalem potestatem suam in manus imperatoris tradidisse-

Quae plane suut intallibilitas imperatoris et caesaropapismus. Neque patriarchae Constantinopolitanus et Hierosolymitanus ultra suas ecclesias proprias agnoscuntur, quamvis id saepe appetierint. Hinc orientales ecclesiae nullum commune caput sive centrum habent.

L. II. „Monarchia ecclesiastica a Iesu Christo fundata“ continet ep. X—XV quibus potissimum divina institutio primatus eiusque ad s. Petrum eiusque successores traditio tractatur; idem historice probatur speciatim ex relationibus, quae inter concilia oecumenica et summos pontifices exstabant. Commemoramus obiter synodum Ephesinam, in qua legati papae iudicio super Flavio enuntiato contradixerunt (ep. XIII.), et Chalcedonensem, quod concilium monophysitismum damnavit (ep. XIV). Merito doctrina s. Leonis M. de primatu exhibetur ac per fratres Graecos confirmatur.

Haec summa libri doctissimi scriptoris Russici. Liber sane maximi momenti est in deliberanda quaestione unionis utriusque Ecclesiae. Scriptor Russicus omnino constitit in fundamento religionis catholicae, discrimina explicavit naturali modo et viam unionis adipiscendae designavit. Qui liber ut propter excellentiam atque momentum suum in omnes linguis non solum Slavicas verum etiam alias vertatur optandum est.

Fr. Žundálek.

Russkij arhiv. Moskva 1906.

Zapiski arhiepiskopa Hersonskago Nikanora. P. 321—357.

Nicanor archiepiscopus in memoriis suis exponit de quibusdam episcopis, quibuscum usus ei fuit ab a. 1889—1890 Petropoli, quo tempore sessionibus synodi intererat. Imprimis agitur de Isidoro Petropolitano, Platone Kiovensi metropolitis; item de Ioannikio metropolita Moscoviensi et Alexio archiepiscopo Lithuanico. Inter alia notanda sunt correctio librorum liturgicorum, quae illo tempore a Synodo suscepta erat, sed numquam ad finem perducta est (p. 328. 330) et iubilaeum quinquagenarium adnexionis Ruthenorum ad ecclesiam Russiae a. 1839 factae (322. 324. 340. 350). Dum de sollemnitate hac agit N. in orationem a Platone metropolita habitam acriter invehitur (344—5). Hic enim cum de Ruthenis ecclesiae Russicae unitis exponeret, ecclesiam catholicam et orthodoxam non propter rationes dogmaticas, sed propter res parum intellectas (nedorazumiňija) scissas esse dixit; quapropter omnes religiones bonas esse, ecclesiam vero catholicam sororem esse orthodoxae contendit. Totam praestantiam ecclesiae orthodoxae posuit in maiore doctrinae puritate et cum Christi praeceptis convenientia.

Quae narrantur, splendido sermone Russico sed magna ironia scripta sunt, quae maxime ad synodum eiusque membra et modum, quo res tractari ab eis solent, pertinet.

Th. Leonini.

Труды Киевской Духовной Академии. (Trudy Kievskoj Duhovnoj Akademii) 1906. Том. I.

M. Posnov, memoriam maiorum ac defunctorum anniversarium academie ecclesiasticae celebrans, sermone panegyrico cohortatur ad sequenda exempla patrum in tuenda religione avita et ingenio moribusque Russorum integris servandis, quantum pro rerum progressu ac necessitatibus temporum licet. Scopum scholae academicae in eo esse ait, ut fideliter servet ac propugnet hereditatem a maioribus acceptam, a qua deflectere fas ei non sit.

D. Bogdaševskij, O ličnosti sv. Apostola Pavla (p. 1–16).

Laudatur vita Apostoli gentium sermone, qui praecipue ad aedificationem dirigitur. Conversio non naturae viribus adscribenda sed miraculosa est; gloriosa vineula apostoli praecedente s. Chrysostomo extolluntur. Praeter alias eximias animi dotes studium unitatis, pacis atque humanitas celebrantur. Proponitur denique tanquam exemplar, quo perturbationes, lites, discordiae similiaque de re publica tollantur.

B. Zavitnević, Iz sistemy filosofsko-bogoslovskego mirovozrěnija A. S. Homjakova (p. 16–49).

Ingeniose agitur de ecclesia et de libertate investigationis atque inquisitionis rerum sacrarum; de vi ac valore s. scripturarum; de progressu in evolvendis veritatibus; de doctrina ecclesiae et de opinione fidelium privata; de momento ac valore oecumenicorum canonum. — Priusquam de singulis his quaestionibus pauca proferamus, essentialem Homjakov inter ac Romano-cath. eccl. differentiam indicamus. Quamvis caput ecclesiae sit ipse Christus et Spiritus s. in ea inhabitet, non tamen inde sequitur, a Christo ac Spiritu s. ecclesiam servari in veritate perpetua influxu, qui tangat immediate totum corpus ecclesiae. Licet cum auctore certe ingenioso consentiamus ex ea parte, qua quaestiones supra de ecclesia ut societate supernaturali positas solvit, reicimus immediatum illum influxum in corpus et quae inde deducuntur; praesertim in quaestione ex allatis ultima. Quod principium Homjakovii in tractatu hoc non probat, sed potius ut demonstratum supponit. — Quam concedit libertatem ecclesia in veritatis revelatae inquisitione? Bene praemittitur ab auctore prospectus historicus de misero generis humani statu, excepto uno populo Iudaico, si veritates illas tres, de Deo uno, lapsu generis humani, spe futuri redemptoris, primitus ab ipso Deo revelatas, spectas. Plura inde apparent, imprimis illud, ab ecclesia concedi libertatem in conatu et nisu ac studio acquirendi, perspiciendi veritates ab ecclesia generi humano servatas. Quae libertas, etsi sit aliquatenus restricta, homine digna appareat, quia fundamenta, quibus initititur, sunt veritas perspecta, ecclesiam esse indefectibilem columnam veritatis, et in vita interna fidelis cuiuscumque in ecclesia, qua aptus redditur ad cognoscendam veritatem. Libertas intellectualis non in eo versatur, ut mens sibi facere seu constituere possit de novo veritates, sed in eo, ut libero usu facultatum suarum eas intellegere possit. Finis huius analysis seu inquisitionis consistit in acquirenda maiore claritate, non in inveniendis novis veritatibus. Altera quaestio profert quaedam praecleara de moderna critica bibliae s. Scientifica critica solum relationes quasdam textus sacri ad extra, puta temporis, auctoris etc., non vero sensum sive spiritum internum suo iuri ac iurisdictioni quasi subicere potest; de hoc soli ecclesiae iudicium competit; et quis potest contra eam iudicare? Testantur veritatem textus character eorum, qui transmiserunt s. libros; qui character ostendit eos mera instrumenta traditionis fuisse, porro auctoritas s. librorum penes doctos et indoctos totius antiquitatis. Critica quidem veritatem prout in textu aliquo continetur, perdere potest; non vero prout vivit in ecclesia (et prout subest magisterio authenticō apud nos). Etsi critica epistolam aliquam non Pauli esse sive Evangelium non Marci esse ostenderet, quid inde? Ecclesia dicit: »Meum est«, et iam eras ab universa ecclesia ut verbum Dei habetur. Nam epistola s. Pauli nou a Paulo, sed a Spiritu s. est auctoritate donata. Solum canon bibliam saeram facit, non critica, neque potest critica canonem ab ecclesia separare. Intellectus ecclesiae praevalet s. scripturae sicut liber in intellectu praevalet libro materiali. Neque omnis veritas revelata est in scriptura contenta neque sensus eius est facilis; testatur hoc moles explicationum. Morti tradidit s. scripturam, qui negat ecclesiam. — Quod ad progressum in explicandis veritatibus fidei et morum attinet, a limine omnis disconvenientia aetatis subsequentis cum prioribus excludi debet. Nam sensus ecce-

siae, i. e. intellectus gratia illuminatus fidelium vinculo amoris inter se ligatorum, semper idem est, sicut veritas non mutatur; semper enim idem est principium indefectibilitatis ecclesiae supernaturale. Auctor distinguit inter mentem humanam, quae cognoscit alia aetate alia distinctione, claritate, certitudine inundum divinum i.e. veritates in se spectatas, et inter ipsum hunc mundum supernaturalem et spiritualem, qui ut obiectum semper idem cognoscitur, sed magis aperitur ac detectur. Iam ante s. Ioannem Evangelistam Christus Dominus ab aliis multis »Filius Dei, imago Patris, splendor etc.« appellabatur; sed nondum »Verbum Dei.« Quando s. Thomas dixit »Dominus meus et Deus meus«, nonne clare intellexit mysterium Incarnationis? Sed quia res in se infinita, nunquam lingua nostra finita eam comprehendere potest. Clarius etiam in pugna cum haeresi Nestoriana mysterium expressum est v. g. generatio aeterna etc. Inquisitio veritatum revealatarum pertinet ad membra ecclesiae, qui respectu doctrinae subiaceant ecclesiae. Nam et veritates revelatae ecclesiae sunt, et ad eas recte perspiciendas organum aptum, i. e. vivens vitam ecclesiae requiritur. Nam sicut caeco non de coloribus, surdo non de sonis facultas iudicandi inest, utpote non viventi in mundo colorum vel sonorum, ita ei, qui non in ecclesia aut non cum ea vivit, aptitudo deest de veritatibus supernaturalibus, quae sunt quasi mundus ab eo alienus, sanum ac verum iudicium efformandi. Organum purum ac mundum sit necesse est. — Ultima quaestio de valore conciliorum oecumenicorum tractans in ipsam essentiam ecclesiae intrat. Docet auctor non necessario ipsis conciliis veritatem inesse. Cur hoc? Quia solum universa ecclesia i. e. fideles cum pastoribus uniti, non pastores pro se soli, sedes ac subiectum sunt veritatis atque infallibilitatis Acceptatio decretorum concilii ab universa ecclesia demum concilium esse oecumenicum, si ita loqui fas est, probat inde, quod ecclesia universa hoc pacto consentit. Sed unde habitat in ecclesia veritas infallibiliter, si non per pastores conservatur? Immediata illustratione singuli fideles, prout sunt membra ecclesiae, de veritate, a Spiritu sancto ipsis sicut et pastores eodem prorsus modo docentur. — Confirmatio concilii acceptatione fit, et concilium evadit oecumenicum; quod criterium historicum maximi facit auctor. Haec utique ab auctore hic non probantur, nisi aliquot animadversionibus v. g. de episcopo Honorio aliisque. Honorius damnatus est non ut doctor haeresis sed ut fautor haeresis et quidem fautor negative, per neglegentiam, non a solis orientalibus sed auctoritate Romanae sedis, vel potius damnata est memoria eius, cum ipse iam non viveret. Cf. supra p. 147—194. Pariter singuli apostoli dono extraordinario infallibilitatis pro munere suo apostolico donati erant; cui non obest imprudens modus agendi sancti Petri, qui non error in fide, sed nimis condescendens conversatio erat. —

Th. Miščenko, O sostavě poměstnago sobora vserosíjskoj cerkvi (p. 50—111).

Auctor magna sane diligentia in id incumbit, ut praeter episcopos etiam inferiori clero presbyteris et diaconis ac laicis seu parochiae seu plebi ius ad concilium constituendum vindicet vel quod ad idem reddit, ut necessitatem eos adhibendi probet.

Principia pars laboris in argumento patristico versatur. Quod paucis percurremus ac dein quae sequuntur, colligemus.

Secundum Euseb. Histor. eccl. ed. Schwartz-Mommsen, l. v. c. 16, 19 „τῶν γὰρ κατὰ τὴν Ἀσταν πιστῶν πολλάκις καὶ πολαχῆ τῆς Ἀσιας εἰς τοῦτο συνελθόντων“ Fideles contra Montanistas (a. 160—180) concilia celebrabant. Quo ex facto nihil de iure illo vel de necessitate adhibendi laicos ad concilia legitime inferri potest. Neque alii v. g. Hinschius protestans (System des Kirchenr. III., B. 9., S. 325) aliud deduxerunt, nisi iam saeculo 2. concilia esse habita. — Euseb. V., 19, 2 „παρὰ ἀδελφότητα“ quid probat? Non est sermo hoc loco de synodo, sed scripta Apollinaris episcopi

reiecti haeresi Montanistarum in toto orbe documento esse dicuntur. — Circa a. 190 controversia de tempore celebrandi Pascha vigebat. Euseb. V., 23, 2 de »synodis episcoporum« hac super quaestione convocatis loquitur. Auctor hanc vocem »synodis episcoporum« non sensu exclusivo sed positivo intellegi vult. Probationis causa Irenaeum (Euseb. V., 23, 3 et V., 24, 11) et Polyceratem Ephesium (ib. V., 24, 1) affert. Quibus testimonii litterarum fragmentis historiae internexis ostendere vult, tempore Eusebium antecedente laicos seu populum (parochias) conciliis interfuisse; hinc Eusebius synodos episcoporum sensu positivo intellegit. Sed non potuit Irenaeus nomine fidelium scribere, etsi synodo non interfuerunt? Cum vero nomine »Gallicarum ecclesiarum« scribat, suppositi fratres episcopi esse possunt. Polycrates scribit Victori »πρὸς — ἐκκλησίαν« sensu, quo capiti ecclesiae Romanae. His tamen ipsis litteris episcopos ad synodum convocatos sibi consensisse refert. Sed demus interim auctori, hos locos modo refutatos validos esse. Quid inde? Solum tunc, si haec testimonia de laicis (parochiis) necessario seu iure divino adhibitis mentionem facerent, consequeretur, eos, quia prius adfuissent, postea quoque convocari debuisse Tertullianus »De ieunio adversus psychicos« catholicos propter ieunium vehementissime impetit. Ibi c. 13. legitur: aguntur per Graecias illa certis in locis concilia . et ipsa repraesentatio totius nominis christiani magna veneratione celebratur. « Inde forte sequitur, laicos suffragia consultativa tulisse? — Firmilianus Cappad. (inter epist. Cypriani 75) scribit: »necessario apud nos fit, ut per singulos annos seniores et praepositi in unum conveniamus ad disponenda ea, quae curae nostrae commissa sunt, ut, si qua graviora sunt, communis consilio dirigantur.« Quid πρεσβύτεροι, ἄρχοντες, προστάτευοι primis temporibus significaverint, valde controversum est. Primo sensu huius loci demonstrandus est. Si autem ad conventus sacerdotes etiam convocabantur, estne consequens, illud necessarium fuisse? Illud »necessario apud nos fit non divinum exprimit ius, secus non solum »apud nos sed »ubique« necessarium esset. Obvio sensu episcoporum synodi intelleguntur. — In testimonii sequentibus ab auctore ex s. Cypriano et s. Cornelio allatis, ob oculos versari debet status quaestionis. In locis ex s. Cypriano allatis de poenitentibus iterum recipiendis agitur. Hac in re testimonium populi magni momenti erat et ipse prius in lapsis ad ecclesiam recipiendis de eorum vita ac conversatione interrogabatur. Cyprianus ad clementiam propensus contra voluntatem populi aliquot lapsos recepit; sed usus eum maiorem cautionem docuit. — Clerus Romanus (Migne, ep. 31) cum Decio ecclesiam persequente plures quam alias christiani defecissent, contione habita, episcopos non proprio consilio sed consensu etiam presbyterorum et laicorum adhibitorum hac super re decidere oportere declaravit. De dignitate ac probitate recipiendorum probanda seu de testimonii praestandis agebatur. Idem de s. Cornelio (ep. 49 Cypriani) dicendum est. His ad potissimum partem, ad materiam ex prima aetate et ss. Patribus collatam, sufficienter respondimus. Ipsum etiam principium, cui auctor argumentationem totam quasi fundamento superponit, admitti nequit. Nam factum et ius ad factum et necessitas ipsius facti non idem sunt. Auctor solum ipsum factum, i. e. conciliis clerum inferiorem laicosve interfuisse, demonstrare ac probare potest; nam de iure seu necessitate facti, id quod supra vidimus, ne vestigium quidem invenies, excepto forte uno testimonio Firmiliani, cuius sensum verum si modo non eruimus, tamen in eis necessitatem universalem seu pro ecclesia tota existentem non contineri ipsa verba »apud nos evincent. Quid ergo? Cum neque de iure divino neque de necessitate facti ipsius in materia allata sermo sit neque haec omnino ullo modo ex traditione probari possint opositum sequitur, eiusmodi institutionem divinam, quo laici seu clerici inferior ad synodos necessario convocandi sint, non esse. Nam iura divina seu institutiones divinae,

quas in fontibus revelationis non invenimus — habetur enim hic simplex factum sine ulla eius necessitatis significatione — pro nobis non existunt. Huius facti ratio potest esse consuetudo humana seu ius humanum. Quod etsi in Russia aliquo tempore fuisse, a synodo episcoporum seu ab ipsis episcopis, penes quos est iurisdictio, derogari potuit.

Th. I. Titor, Dva mněnija Makarija Bulgakova, b y všago mitropolita Moskovskago, po povodu ustavu duhovnyj Akademij 1869 goda (Str 112—142).

Ratio studiorum cum iuxta litteras a s. Synodo 24/XI. 1905 datas reformanda sit, versatissimi cuiusque hac in re sententia exquiritur. Quare iudicia duo Makarii de ordine studiorum a. 1868 composite proferuntur, quae ipse tunc archiepiscopus Harkoviensis confecit. Archipraesul altero suo arbitrio id unum oppugnat, quo statuebatur, in ecclesiasticis academiis etiam philosophiae g:adus tribuendos esse. Nam academias non amplius ecclesiasticas fore, contendit Macarius, sed ad dimidiam partem profanas. Periculum rationalismi fore; philosophiam solum theologiae servire tanquam ancillam, non esse disciplinam adiutricem; alumnos, cum eis gradu doctoris philosophiae acquisito aditus ad rei publicae officia aliaque munera pateat, ad ecclesiae servitium minus accessuros esse; eodem iure quo philosophiae aliis quoque disciplinis universalibus ut historiae profanae, literaturae etc. gradus concedendos esse; nonne vice versa eodem iure, quo theologia ad philosophiae promovet gradus, universitates ad theologiae gradus promoturas esse; neque s. Synodus posse gradus philosophiae confirmare, cum non de fide agatur. Quare Makarij postulat, ut professores tradentes in academiis ecclesiasticis disciplinas universales profanas v. g. philosophiam, historiam, litteraturam etc., praeter examen ex illa disciplina gradus specialis disciplinae theologicae habeant. Qui gradus theologicus ad tradendam philosophiam ex dogmatica erit, ad tradendam historiam ex historia ecclesiastica etc.

M. Th. Jastrebov, K voprosu o vsesvjashchenstvě hristian 577—597, profunde et docte de sacerdotio spirituali et hierarchico scripsit explens locum, qui a libris dogmaticis maximam partem vacuus relictus est. Scriptor quidam librum de hac re edidit qui inscribitur: »Biblejskoe i svjatootečeskoe učenie o suščnosti svjashchenstva« (Kiev, 1904) qui in libro, innixus argumento biblico-patristico sacerdotium omnibus fidelibus unum et commune propugnat. Cuius sacerdotii, qualis ab adversario cogitatur, Jastrebov primum notionem in hunc modum colligit: a) Sacerdotium commune, connexum cum morte et redemptione Christi, ut fructus eius immediatus, in eo est, ut possint fideles immediate servire Deo eique hostias offerre spirituales. b) ipsum fontem ultimum habet Christum, sumimum sacerdotem, quem organice fideles uniuntur.

Dein bipartito Jastrebov argumentum biblio-patristicum evolvit forma polemica usus.

1. Locus classicus ex Apocal. I, 5, 6. *καὶ ἐποίησεν ἡμᾶς βασιλεῖς καὶ λεπτές θεῷ καὶ πατρὶ αὐτοῦ,* . « Quibus ex verbis non sequi thesim de communi sacerdotio proprio dicto, tum constructio grammaticalis mere coordinans (*καὶ*) tum ambiguitas obiecti (*ἡμᾶς*) ac temporis, quod sacer scriptor intendit, satis clare probant. Si confers cum V, 10 et XX, 6, ubi manifesto sacerdotium spirituale intelligitur, etsi nolis cum Jastrebov tribus his locis idem intelligi, tamen his verbis sensum impro prium in eodem libro subesse, admitti cogeris.

Dein tres scriptores eccl. afferuntur, loco primo s. Iustinus. In dialogo cum Tryphone Iudeo s. martyr mundationem Iesu sacerdotis veteris testamenti (Zach. 3, 1—4) cum purgatione nostra a peccatis confert. »Purgati« prosequitur s. Iustinus »verbo invocationis Filii Dei vere sacerdotalis populus evadimus, sicut ipse Deus testatur, quod omni loco apud omnes gentes ipsi offertur oblatio et hostia munda

(Malach. 1; 11). Et Deus a nullo assumit oblationem, nisi a suis sacerdotibus (*εἰ μὴ διὰ τῶν ἱερέων αὐτοῦ*). Itaque omnes, qui nomine eius offerunt hostias per Iesum Christum oblataς (*ἀς παρέδωκεν*) i. e. perfectas in omni loco terrae a Christianis in Eucharistia panis et calicis (*ἐπὶ εὐχαριστίᾳ τοῦ ἀρτου καὶ τοῦ ποτηρίου*), omnes ii, sicut prius Deus testatur, Ipsi sunt grati. Hostias vero, a vobis oblatae et a sacerdotibus vestris perfectas (*δι’ ἐκείνων ὑμῶν ἱερέων γνωμένας*), Deus reicit « Cum s. Iustinus hic Malachiae 1, 11 ac sacrificii incruenti et sacerdotum Iudaicorum mentionem faciat, non est dubium, quin de sacerdotio proprio loquatur.

Sed quid significat ipse s. martyr his: »purgati verbo invocationis Filii Dei« (ibi)? Ex modo loquendi patristico, ut ait auctor noster, his verbis designantur personae SS. Trinitatis invocatae in collatione baptismi. Ergone omnes baptizati etiam proprio sensu sacerdotes? Non, sed omnes sacerdotes utique prius baptismio purgandi.

Doctrina s. Augustini hæc in re est indubia, spectatis De civ. Dei locis I. X, c. 20; I. XVI, c 22; I. XVII, ep. 20; I. XXII, ep. 8, n. 6. Familiare est s. doctori, dignitatem sacerdotalem coniungere cum sumptione s. Eucharistiae. Qui sumunt Christum in sacramento altaris, eius sacerdotium aliquam in partem accipiunt, quatenus uniuntur ei, qui sacrificii est institutor invisibilisque continuo peractor. Movetur difficultas ex loco commentariorum s. Augustini in 1. Reg. 2, 27–36. Vir Dei Heli nuntium de obitu filiorum atque translatione sacerdotii ad virum secundum cor Dei affert. Sublimiorem sensum deducit s. doctor. Vir secundum cor Dei sacerdos magnus est Christus ipse, ad quem translato sacerdotio venit residuum Aaronis ex domo, petens panem suum, loco etiam ultimo contentus. Ubi hic est sermo de sacerdotio proprie tali omnium fidelium?

De Tertulliano iam montanista nobis non est difficultas, cum etiam hac in re erraverit. »Exhortatio de castitate« vero pertinet iam ad montanistam.

2. Alter locus classicus de sacerdotio spirituali est s. Petri 1. ep. 2, 5. 9. Jastrebov docebat probat aliud esse ἱερωσύνη aliud ἱεράτευμα. Sacerdotium proprio sensu in scriptis apostolicis termino ἱερωσύνη designatur. S. Paulus ad Hebreos 7, 11 12. 14. 24. Eadem differentia observatur etiam inter δικαιοσύνη et δικαιώμα. Rom. 3, 25. 26 δικαιοσύνη, postea 5, 16 δικαιώμα. Terminus ἱερωσύνη significat sacerdotium active ut virtutem, facultatem sanctificandi, alter vero terminus ἱεράτευμα passive statum sanctificationis exprimit. Inter utrumque nexus causalis obtinet. Primum ordine et natura est sacerdotium Christi, dein sacerdotium hierarchicum denique sacerdotium spirituale. Cum in s. Petri 1 epistola, 2, 5. 9 legatur ἱεράτευμα, quaestio soluta est.

Revera etiam in patrologia non occurrit locus, quo ἱερωσύνη de simplicibus fidelibus dicatur

S. Gregorius Nyss. ita loquitur: »δὲ τῆς ἀληθινῆς ἱερωσύνης λαβόμενος (λαμβάμενος?) καὶ τῷ μεγάλῳ ἀρχιερεῖ ἔσυτὸν συντάξας μένει πάντως καὶ κύτος ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα, οὐκέτι θανάτῳ παραμένει εἰς τὸ διηγεῖτο κυλόμενος (opp. Paris. 1638, t. 3, p. 179). Latinus (ibid.) textus: »Qui autem est ab eo acceptus, qui verum sacrificium est. . . . Etsi quis »δὲ τῆς ἀληθινῆς ἱερωσύνης λαβόμενος« transferat »Qui autem verum sacrificium assumpsit . . . « ideoque non referat ad Christum Dominum sicut Latinus interpres fecit, vix potest seria esse difficultas.

Scriptores ecclesiastici, ab auctore illo sacerdotium commune proponnante allati, ἱεράτευμα fere pro gratia Dei et pendente a sacramentis, habent. Origenes affirmat: »Oinnes uneti unctione sancti chrismatis, sacerdotes facti sunt, sicut s. Petrus . . .« (Bib. i svjatoot. uč. o sušč. svjašč., str. 41–42). »Tu in lavacro baptismatis«, ita loquitur s. Chrysostomus »factus es rex, sacerdos et propheta« (ib. str. 46). »Sacerdotes veteris testamenti«, inquit s. Cyrill. Alex. »erant sanctificati, aqua loti et oleo uncti . . . Ita et nos praesanetificati, gratia desuper ornati, ad perfectionem spiritualem uncti« (str. 47.)

Patres et scriptores ecclesiastici, considerantes dein, quae sint partes nostrae in statu illo sanctitatis (»ἱερότευμα«) seu in quo sit sanctitas subjective spectata collocanda, significant eam in abnegatione sui pro Deo, proximo, bono spiritualis hominis facta consistere, eamque propter similitudinem sacrificii externi, sensibilis allegorice oblationem, holocaustum, sacrificium vocant. »Sed quisque nostrum in se ipso et suum holocaustum habet et ipse hostias adolet, ut flagret in aeternum (Origenes, str. 42). Similiter s. Cyrill Alex. (ib. str. 47), S. Leo M. (str. 48). S. Gregor. Nyss. (ib. 44, op. Paris. t. 3, p. 178. 179) alte et profunde disserens: »Inde discimus«, ait »ipsum, qui se in holocaustum et sacrificium obtulit factusque est Pascha, contemplati, etiam se Deo offerre in »hostiam viventem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium« (Rom. 12, 1). Rationem et modum eius servitii in eo esse, ne conformemur huic saeculo, sed reformemur in novitate mentis nostrae, ut probemus »quaer sit voluntas Dei bona et perfecta et beneplacens (Rom. 12, 2).« —

Sane laudanda sunt auctoris eruditio et perspicuitas ac studium doctrinae catholicae contra innovationes protestanticas defendendae. Quam methodum theologi orthodoxi, ut in quaestionibus cum Romano-catholica ecclesia controversis observent, unice optamus.

Quod reliquum est huius I. tomī, breviter absolvemus. Sane quaestio de reformatis scholis ecclesiasticis saepe adhuc occurrit, difficilis et necessaria, sed non spectans aedificium veritatis et scientiae. Etiam de synodis et conciliis generalibus Russiacis iterum tractatum esse invenies; est enim quaestio multum agitata. Ex historicis laboribus duos invenies: alterum de Messia et regno Messiano, pro dolor, iuxta apocryphos libros, saltem partim compositum, alterum Roždestvenskii de historia reformationis Anglicanae vel potius de historia librorum liturgicorum, qui tempore reformationis conscripti sunt. Agitur de Henrico VIII, Eduardo VI, Elisabetha. Symbola seu confessiones fidei diversae secundum originem suam et evolutionem bene describuntur. Item influxus internus seu episcopalis ab externo, politico, gubernii distincte exhibetur. Vestigia protestantismi non critici non semel occurrunt v. g. cum de despotismo Romae absque ulla vera ratione sermo est.

O. Židek.

PARS DISSENSIONIBUS INTER ECCLESIAM OCCIDENTALEM ET ORIENTALEM COMPO- NENDIS DESTINATA.

V.

De sacramento poenitentiae.

Thesis IV

Contritio procedens ex motivo caritatis, vi cuius bonitas divina sive absoluta sive in nos relativa ob se ipsam super omnia appretiative diligatur, semper iustificat ante actnalem subiectionem sub potestate ecclesiae.

Declaratio. 1. Contritio definitur detestatio (odium) et dolor (tristitia) de peccato commisso cum proposito non peccandi de cetero. Hoc propositum, si dolor non est ex motivo universalis, sed speciali, debet, ut adsit perfecta dispositio ad gratiam remissivam, esse formale

et explicitum: si motivum est universale, ut amor Dei, timor inferni, dicimus propositum universale in dolore virtualiter contineri et hoc sufficere ad veram contritionem sive perfectam sive imperfectam.

Contritio vel est perfecta vel imperfecta. „Divisio haec petitur ex effectu. Cum nimirum contritio eo spectet, ut hominem disponat ad reconciliationem cum Deo, ea contritio dicitur perfecta, quae id ex se sola assequitur, h. e. absque reali usu sacramenti: quae autem non sufficit ex se sola ad hoc. dicitur imperfecta“ Palmieri, De poen. th. 21, II. Cf. De Lugo, De poen. disp. V, s. 1.

„Cum in peccato non sit nisi culpa et poena, peccatum detestatur homo vel ratione culpae vel ratione poenae. Si detestatur ratione culpae, motivum detestatiois erit turpitudo seu malitia peccati, quae detestatio a pluribus virtutibus, quibus peccatum opponitur, elici aut imperari potest. Si vero detestetur homo peccatum ratione mali, quod inducit, hoc vel est poena a Deo inficta, aeterna aut temporalis, aut privatio beatitudinis; ideoque motivum eius erit timor aut spes vel desiderium“. Palmieri ibid.

2. Defendimus imprimis motivum amoris benevolentiae (super omnia) certe esse motivum contritionis perfectae; deinde etiam relativam Dei (in nos) bonitatem ad motivum dicti amoris pertinere. Nomen scilicet caritatis in thesi nostra non intelligimus caritatem habitualis, sed dilectionem actualem; nec simplicem quandam complacentiam, sed amorem, quo aliquis iam placens bonum ad se vel alium referendo alicui vult bonum (cf. Thomas Aqu., S. th. I. II, q. 26, a. 4): neque amorem materialiter tantum sumptum, quo homo vult quidem id, quod Deo bonum est, sed propter aliud, velut honorem Dei propter honestatem actuum, quibus honor Deo vel appetitur vel exhibetur vel ratione poenae alioqui subeundae (sicut digitus amici, quem orno annulo, est finis cui materialis), sed amorem formaliter sumptum, quo ipse diligitur ob motivum proprium talis amoris, i. e. ideo, quia Deus bonus est. Paucis disserim inter utrumque amorem comprehendi potest hac ratione: in amore Dei materiali obiectum materiale est bonum Dei, obiectum formale seu motivum seu finis qui (sc. qui appetitur) formalis bonitas a Deo distincta: in amore formalis motivum est aliquid in ipso Deo, sive ut bonum Dei sive ut bonum amantis; finis cui (sc. is, cui appetitur bonum) formalis seu terminus amoris est vel Deus vel homo (prout amor est benevolentiae vel concupiscentiae). Cf. Palmieri, De poen. th. 22, n. 1.

Porro amor Dei formalis duplex distinguitur benevolentiae et concupiscentiae, prout motivum est infinita Dei bonitas in se, qua bonum Dei vel bonitas eius, qua bonum nostrum.

Amoris benevolentiae est igitur velle Deo bonum, quia bonum Dei est, et quidem velle Deo bonum et internum et externum, nimirum gaudere de perfectione eius interna et desiderare ei gloriam externam formalem, i. e. cognitionem et approbationem perfectionis divinae per actus internos vel externos, unde idem amor Dei in ipsum proximum extenditur. Bonitas Dei est duplex: absoluta (attributa absoluta) et relativa (attributa relativa, velut benignitas, misericordia divina, per-

fectio eius, vi cuius est bonum sufficiens ad beandum nos et beans nos actu, modo ne desimus). Sunt qui perfectam caritatem non haberi nisi quae ad attributa absoluta vel ad essentiam divinam referatur existiment, duce Duns Scoto, qui haec tradit (In l. 3, d. 27, n. 7) „Potentia respiciens aliquod obiectum commune, sive in ratione motivi sive in ratione termini, non potest perfectissime quietari nisi in eo solo, in quo est perfectissima ratio obiecti adaequati; omnis autem potentia intellectiva et volitiva respicit pro obiecto adaequato terminante totum ens [sententia scotistica]; igitur in nulla natura, sive creata sive increata potest perfecte quietari, nisi in illa, in qua est perfecta ratio entitatis: tale autem est solum ens primum, non sub ratione aliqua relativa, sed sub ratione, qua est hoc ens“ Amor ille, qui ex attributorum relativorum consideratione oritur, amor gratus vocari solet: qui ab actu elicto gratitudinis, virtutis moralis, probe discernendus est. „Beneficia non sunt proprium motivum amoris, sed causant debitum rependendi amorem benefactori; diligendus enim est ob suam bonitatem tantus benefactor, beneficiaque exigunt, ut amemus illum propter se. Gratitudo itaque erga Deum imperat amorem eliciendum ob increatam bonitatem. Quodsi considerentur non tam beneficia quam bonitas tanta benefacientis, iam non itur extra increatam bonitatem Dei, quae est motivum amoris“ Herinckx, De carit. q. 6, n. 39.

Cum hoc amore benevolentiae minime pugnat, quod ad naturam cuiusvis appetitionis pertinet, ut bonum appeti non possit nisi ut conveniens ipsi appetenti; ut igitur et huius amoris fundamentum sit, quod Deus (finis cui et qui) est nostrae voluntatis bonum et Dei dilectio nobis conveniens. „Haec est enim natura voluntatis, ut non tendat nisi in bonum; sed si obiectum aliquod non habet respectu ipsius rationem boni, perinde est ipsi, acsi non esset bonum. Oportet ergo, ut obiectum, quod voluntas amat, sit bonum voluntati, hoc est sit aliquo modo bonum suum, ad ipsam nempe spectans, bonumque sit, cuius dilectio sit bona voluntati. — Verum aliud est obiectum esse bonum voluntati, aliud diligere voluntate eo, quod est sibi bonum. Palmieri, De poen. th. 22, n. V Nec solam condicionem esse hanc convenientiam cum appetente seu unionem inter voluntatem amantem et finem cui, sed eam verum constitutivum obiecti formalis amoris omnis, neque ab amore puro alienum esse concedimus. Aliud enim est amare aliquem ita, ut amans sit finis cui, aliud ita, ut ametur tamquam unitus amanti propter coniunctionem, quam cum eo habet, sive ut ei similis vel eius finis et causa sive ob amorem eius erga amantis personam (Contra Scheeben, Natur u. Gnade S. 192 f.).

Amoris concupiscentiae (quocum fere semper sponte sua amor benevolentiae coniungitur) obiectum formale est „ipsa divina bonitas [ut communicanda nobis]“ (Palmieri, De poen. th. 22, n. 2). Quo amore in Deum ipsum directe ferimur. non spectantes ipsum ut merum medium pro alio fine (qui) obtinendo, sed in ipso nostrum bonum collocantes, appetentes igitur Deum ut ultimum nostrum finem qui. „Quamvis in hoc amore finis cui sit ipse diligens [et amor sit proprie nostri] non est tamen finis cui ultimus: etenim hic amor sui

ipsius ordinabilis est per se in amorem, quo Deo tamquam fini cui bonum velimus; qui amor perfectior proinde ab alio non excluditur, sed in illo virtualiter saltem continetur; volentes enim frui suo bono, volumus ipsum cognoscere, amare et glorificare, et cum nostra possessio Dei ad eius gloriam referatur, in Deum finem cui implicite tendimus, cum ipsum finem qui ultimum nobis amamus [nec obiectivam beatitudinis humanae sub gloria Dei subordinationem positive excludimus]“. Palmieri, *De poen.* th. 22, n. 2. Possum autem Deum concupiscere vel in quantum mihi dat se ipsum, vel in quantum mihi dat creata; i. e. vel potest amor concupiscentiae excitari principaliter ex ipsa infinita perfectione, secundum quam Deus est finale beatitudinis nostrae obiectum, vel etiam „ex motivo propriae creatae perfectionis, quam per talem unionem consequimur, e. gr. ex gaudio superabundanti et pace, quae exsuperat omnem sensum aliisque huiusmodi perfectionibus creatis, quae ipsam beatitudinem nostram formalem intrinsece constituunt, vel ex ea per se fluunt“ Schiffini, *De virtut. infusis* th. 32 fin.

Utrunque hunc modum multi v. g. idem Schiffini, ad virtutem caritatis pertinere censem. Sed ratio huius, quod „obiectum proprium motivum caritatis est summa bonitas, secundum quam Deus est in omni perfectionum genere infinite perfectus“ (cf. eius th. 29) negari potest; est enim summa bonitas qua bonum Dei. Aliis videtur amor concupiscentiae potius ad spem pertinere, quam ad caritatem, id quod iam I. D. Scotus sensit. (Cf. Suarez, *De carit. disp.* 1, s. 2, n. 1; *De spe disp.* 1, s. 3, n. 4; Franc. Sales, *Traité de l'amour de Dieu* c. 17; Tournely, *De sacr. poenit.* qu. 5, a. 3, c. 2 contra Bonaventuram, Henricum, Richardum, Paludanum, Durandum). Ratio eorum est, quod pro motivis diversis diversae distinguuntur species actuum et virtutes. Atqui ex motivo alio ille amat, qui Deum amat ob se ipsum, sistendo iam in ipso, ac qui amat Deum ideo, quod est amantis bonum. Ergo cum amor prior sine dubio amicitiae sit et caritatis, amor alter, sc. concupiscentiae, referendus est ad speciem actuum virtutemque aliam, quae non appareat nisi spei. Et revera spes includit, sicut desiderium, ita radicitus amorem boni, quod quis sibi sperat; proinde est spei theologie amare sibi obtainendum praecepsum promissum bonum, h. e. Deum. — Sed certe diei non potest amor concupiscentiae esse formaliter actus spei cuius motivum formale est potentia et misericordia divina per suam promissionem homini obligata. Unde factum est, ut ab aliquibus quarta virtus theologia statueretur.

Uterque amor benevolentiae et concupiscentiae aequa ac caritas et spes simul consistere possunt, (etsi cum debita subordinatione implicita) idque et habitu et actu. Cf. Palmieri, *De poen.* th. 22, n. 6 s.; Schiffini, *De virtutib. infusis* th. 32; 23 *Proposit. damn.* ab Innoc. XII., prop. 1. 5. 7 10. Nec ullum est fundamentum doctrinae contrariae Quietistarum, qui amorem Dei purum dicunt solum eum, qui est ex sola benevolentia erga Deum ut in se bonum, quaeque excludit concupiscentiam omnem in ipsum Deum, ut bonum nostrum.

Sane „licet in actu dilectionis praescindi possit a desiderio fruendi Deo, nequit hoc tamen desiderium positive excludi: et licet possit elici actus caritatis hoc modo, ut etiamsi frui non deberemus Deo, illum tamen propter suam infinitam bonitatem diligere vellemus, haec tamen condicio habenda est ut impossibilis reapse, et idecirco nequit absolute reici desiderium et spes visionis divinae. Et sane ineptus esset amicus, cui cordi non esset amato coniungi“ Palmieri, *De poen.* th. 22, XIV. Cf. Augustin. *Serm.* 178, n. 11; *In Ps.* 53, n. 10; *De civ. Dei* l. 10, c. 4 etc.: Hugo Victor. *De saer.* l. 2, p. 13, c. 8.

3. Non cuiusvis gradus caritatem intelligimus in thesi sed eam, qua Deus diligitur super omnia appretiative. Potest enim esse etiam huiusmodi, „ut placeat nobis Deus eique bonum velimus, eius gloriam appetentes, sed tamen affectu adhuc inefficaci, qui sit potius velleitas quam voluntas. Huiusmodi amorem quisque in se aliquando experiri potuit, quo in Deum animus fertur, nondum tamen eius vi potens omnia adversantia fortiter superare, h. c. nondum Deum super omnia diligens“. Palmieri, *De poen.* th. 22, n. 1; cf. Thomas Aqu., *Suppl.* qu. 5, a. 3.

Amor Dei super omnia (sc. amabilia, etiam collective sumpta cf. Ysambertus, *De gratia ad q.* 109 disp. 6, a. 1) dupliciter concepi potest, appretiative et intensive. Excessus nimirum unius amoris super alium potest esse duplex, appretiativus atque intensivus. Ille est, cum praelucente existimatione intellectus, cui commensuretur affectus voluntatis, voluntas unum bonum aliis formaliter vel virtualiter praefert; iste est, cum unus actus habet prae alio plures gradus intensionis. Intensio vero est modus quidam accidentalis actus, positus in quadam vehementia sive nisu tendendi in obiectum qui modus se tenet ex parte subiecti. Atque aliquis gradus inest semper actui: dicitur vero actus intensus, cum plures possunt veluti distingui gradus, sine quibus actus circa idem prorsus obiectum esse posset. Hic modus pendet per se non ex dignitate obiecti neque ex eius cognitione, sed generatim vel ex modo potius cognitionis obiecti, cum nempe obiecti cognitionis experimentalis est, seu magis praesens sistit nobis obiectum amatum, vel ex existimatione speciali obiecti aut praeeexistente habituali inclinatione in illud et utramque consequentibus vehementioribus actibus indeliberatis. Unde generatim homines intensius feruntur in obiecta sensibilia, quibus propter modum cognitionis humanae afficiuntur magis. Itaque excessus appretiativus positus est in existimatione rationali obiecti et affectu eam consequente, quo magis unum quam aliud diligitur; excessus intensivus positus est in modo, quo in obiectum aliquod fertur appetitus: potest autem alter excessus esse sine altero. Etenim amor appretiativus potest remitti; quantumvis vero remittatur, manebit appretiativus, »quia gradus manens respicit idem omnino obiectum, quod gradus superiores; nam intensio amoris non est ad diversum obiectum, sed ad omnino idem per plures gradus. Ergo potest esse amor appretiativus et remissus« (*De Lugo*, *De poen.* disp. 5, s. 2), ideoque sine certa intensitate. Atque e contrario potest actus unus excedere alium quoad intensitatem sine excessu appretiativi-

onis: amor enim, quo pater diligit filium, quamvis cum non praeferat Deo, potest in ipsum pluribus gradibus vehementiae ferri. quam actus amoris in Deum“ Palmieri, De poen. th. 23, II.

4. „Contritio ex amoris perfecti motivo concepta est detestatio peccati [gravis] supra omnia detestabilia. supra omnia nempe mala ipsamque poenam aeternam. Sicut enim Deus dilectus omnibus et sibi quoque ab amante praeferitur, ita malum Deo oppositum omnibus malis praeferitur sive magis odio habetur. Cum igitur detestatio sit voluntas condicionata erga praeteritum: vellem non peccasse. detestatio peccati super omnia est voluntas condicionata hoc modo: si subeundo haec mala possem tollere praeteritam offensam, id facerem: sive: si redirem ad statum praeteritum, potius vellem illa pati, quam peccare. Quoad propositum vero est voluntas absoluta admittendi potius quodvis malum quam peccatum, ita ut animus paratus sit potius, si necesse foret, vel poenas inferni, citra culpam, subire, quam peccare“ Palmieri, De poen. th. 23, III. Attamen „contritus debet [quidem] ita esse dispositus, ut velit potius omnia mala perpeti, quae a Deo iuste ac sapienter et paterne immitti possunt, quam peccare, non vero tenetur potius velle omnia mala [impossibilia sane] eligere, quae a Deo immitti non possunt iuste, sapienter ac paterne, seu talia, quae non possunt a Deo immitti sine destructione suarum perfectionum. E. Amort, De sacr. poen. disp. 3, quaer. 16.

Ceterum „advertunt prudenter theologi communiter huiusmodi comparationem explicitam inter peccata et cetera mala neque esse necessariam, neque interdum utilem ad habendam contritionem: non quidem necessariam, quia sufficit virtualis et implicita: non est vero utilis, quia non raro esset periculosa, si infirmioribus proponeretur illa conditionalis explicita: si occurreret talis vel talis casus infamiae vel mortis subeundae, ad vitandum peccatum, quid faceres? Quod tamen periculum cessat, quando solum implicite proponitur detestatio peccati super omnia. De Lugo, De poen. disp. 5, s. 2, n. 20. Cf. Thomas Aq., Quidl. I., a. 9. Ćasop. katol. duchov. 1906, p. 401---3. Sed petes, quid sit implicite detestari super omnia? Hic excessus super omnia, virtualiter in detestatione contentus, consistit efficienter „in excellentia motivi seu rationis operandi, quae talis est, ut de se sit potens ad firmandam voluntatem in tali affectu“ (Sua rez, disp. 3, s. 9), formaliter in ipsa firmitate voluntatis, „qua voluntas fertur in suum obiectum“ eique adhaeret, quae tanta est, ut durante illa voluntas non possit peccatum eligere potius quam aliud quodvis malum. „Et haec dicitur adhaesio super omnia, quia etiam sine comparatione explicita habet eam implicitam, quatenus est suprema et firmissima adhaesio, qua voluntas positive potest adhaerere obiecto. Ex quo firmissimo modo adhaerendi oritur, quod, si tunc haberet voluntas affectum etiam absolutum circa aliud obiectum diversum, quam primum adverteret illud opponi cum hoc alio firmiore affectu, deberet ab illo infirmiore desistere: sicut, si intellectus assentiatur certo uni obiecto et probabiliter alteri contrario, quia non advertit esse contrarium, sed tamen, quam primum advertit oppositionem, debet desistere ab

assensu illo probabili, quia opponitur cum hoc alio assensu firmiore; ille ergo modus positivus adhaerendi, ex quo oritur haec praelatio, quando advertitur contrarietas inter actus vel obiecta, dicitur merito implicita seu virtualis comparatio cum aliis, licet eorum non recordemur explicite. *De Lugo*, *De poen. disp.* 5, s. 2, n. 23.

Neque in huiusmodi detestatione opus est desiderare absolute, ut peccatum praeteritum impediri posset cum iactura salutis aeternae“ sicut „qui dolet magis de iactura filii quam de iactura mercium desiderat posse reducere filium ad vitam cum iactura mercium“ (*De Lugo* ibid. s. 3, n. 33–31). „Non est, inquam, hoc desiderium inefficax necessarium poenitenti et detestanti peccatum super omnia. Ut enim voluntas condicionata, qualis est detestatio peccati, vera sit, non est necesse, ut homo velit ipsam condicionem; sicut ad affirmationem condicionati non requiritur affirmatio condicionis; idcirco non est opus, ut homo desideret dari sibi occasionem poenas inferni citra culpam patiendi, cum praesertim haec quoad praeteritum sit abstractio quaedam, et istae poenae non sint obiectum sub ulla ratione desiderabile; sed satis est ea dispositio animi, quae talis sit, ut vellet homo, si opus esset. Eadem ratione quoad propositum necesse est quidem, ut homo paratus sit potius pati poenas aeternas quam peccare; sed non est opus, ut desideret poni se in iis adiunetis, ut debeat potius eligere actu et pati poenas inferni, quam peccare.“ *Palmieri*, *De poen. th.* 23, III. Si vellem alterutrum, vellem mortem, sed nolo utrumque. Cf. *Mayr*, *Theol. schel.*, tr. 12, n. 258.

5. Duplici modo ex motivo caritatis procedere potest contritio. Vel habentur duo actus distincti, quorum alter est actus elicitus caritatis, alter actus, ab hoc imperatus, contritionis, constituentes tamen unum morale: ubi peccata iam actu priore delentur. Vel non elicetur prius actus caritatis, sed statim ex motivo caritatis detestatio (quae proinde et ipsa est actus virtutis caritatis; cf. *Palmieri*, *De poen. th.* 4, II.) peccati elicetur, quatenus peccatum est contra bonum Dei in se. Huius actus docet *Suarez*, *De poen. disp.* 4, s. 2, n. 6 obiectum quod esse peccatum, a quo refugit, Deum autem esse tantum obiectum quo, non quod, i. e. hunc actum respicere Deum solum ut rationem proximam detestandi peccatum; actus odii peccati non est formaliter actus amoris Dei, licet sit actus virtutis caritatis. Cf. *Duns Scotus*, In l. 4., d. 14, q. 2. — Quomodo „iustificet“ haec contritio exposita supra (th. I., Declar. 1.) notione remissionis peccatorum vix ambiguum esse potest; cf. *Schol.* 2. h. th.

6. Thesis huius partem primam catholici omnes tenent secundum essentiam, imprimis adversus Lutherum, qui contritionem effectum esse iustificationis posuit. Propositum explicitum requirunt *Caietanus*, *Simmonet*, *Bellarminus*, *Toletus*; votum explicitum postulant *Canus*, *Tournely*; *Bolgeni* contendit actum proprium caritatis erga Deum esse amorem concupiscentiae. Si A. Šost' in credimus, Russorum theologi primam partem omnino negant. Ipse certe inter alia scribit in *Pravoslavnaja bogosl. enciklopedija* t. VI. (1905) st. 236. „Ni odin iz nih [sv. otcev] ne dumal, čtoby to spasitel'noe sokrušenie,

kotoroe vytokaet iz ljubvi k Bogu, moglo zagladit' grëhi samo po sebë, v në vsjakoj isповѣди i tainstvennago razrëšenija. Cf. st. 234. Sed malum eum fidei Russorum interpretem esse malim existimare, quam de eorum consensu, etsi non expresso, dubitare. Certe baptismum compensari posse docent et qua ratione id probant, haec eadem et poenitentiae sacramenti vicem contritione expleri posse demonstrat. Velint arhim. Sergij, Pravoslavnoe učenie o spasenii. Serg. Posad 1895, p. 216—8 hoc modo rem exponit: „Poetomu, daže neprinjatije tainstva v ustanovlennoj formë možet ne povredit' čelověku, raz obrazovalos' v nem eto suščestvo istinnago hristianstva — želanie carstva Hristova. Ne uspěvšij, po nezavisjaščim ot nego pričinam, osuščestvit' svoego želanija sočetat'sja so Hristom, těm ne menće prinimaetsja naravně s kreščennym. »Soizvolenie (v etom slučaě) cěnitsja, kak samoe dělo, potomu čto (i v etom dělě) osnova dělu polagaetsja proizvoleniem« (Efrem Sirin. Ispověd'. t. I., 234). Kreščenie kroviju zaměňjaet tainstvennoe kreščenie vodoj, konečno, ne svoej vněšnej formoj, ne omoveniem, vñěsto rody, kroviju, ibo byvaet mučeničeskaja smert' i bez prolitija krovi: ono tožestvenno s nim po vnutrennemu smyslu kak to. tak i eto proishodjat ot bezpovorotnago rěšenija služit' Hristu i otrečenija ot svoih grëhovnyh želanij. (ed. 3. Petrop. 1903, p. 212). Cf. *Iaуаlāz, Ηερὶ ἀρχῶν* p. 108.

Partis secundae tamen, quae ab omnibus, qui contritionem ex caritate procedentem ad efficacem usum clavium necessariam esse dicunt, si constantes esse velint, negabitur, etiam Russorum theologos, saltem plurimos, adversarios habemus. Eadem parti expresse opponitur Michael Baius docens extra casum necessitatis contritionem perfectam culpas non remittere; deinde Estius, In l. 4. dist. 17, § 2 haec tradit: „Non est dubium, quin urgente articulo mortis, quando sacerdos haberi non potest, in homine vere contrito votum sacramenti suppleat, quod ex parte sacramenti deest. Sed praeter hunc casum etiam alias idem contingere non est dubitandum, nimirum, quando occurrit casus scandali, aut alterius peccati incurandi, si absolutio petatur. Item, quando quis omnino non potest aut certe difficillime potest opportuno tempore adire sacerdotem, a quo absolvatur, velut si habitet inter infideles aut teneatur in vinculis aut simili quopiam impedimentoo prohibeat. An sit certus aliquis gradus intensionis, ad quem cum pertigerit contritio vel dilectio Dei in catechumeno vel poenitente, perpetua lege coniunctam habeat remissionem peccatorum, incertum est, immo non appareat. Item A. R. Piette, Elucidationes difficilior. theol. quaest. p. 4, q. 7 negat omnem Dei amorem super omnia ex certa lege hominem iustificare. Denique Westermayr, Das Papstthmm, Heft 8, Abth. 2, Th. 1, S. 70 solum in casu necessitatis peccata ante et extra actualem usum clavium remitti putat.

In quaestione partis tertiae H. Hurter haec propugnat (Th. dogm. comp. 9, t. n. 468) „Quaeritur, quaenam caritas ad contritionem perfectam requiratur. Responderi solet, requiri amorem amicitiae et benevolentiae, quod verissimum est. Si ulterius quaeris, quodnam sit huic caritatis motivum formale, non eadem est theologorum responsio.

Plures respondent requiri, ut Deus ametur propter bonitatem absolutam; non sufficere, ut ametur propter suam bonitatem relativam seu ut est summum bonum nostrum. Non desunt tamen, qui contendant, toties amorem esse perfectum, ideoque iustificantem extra sacramentum, quoties motivum et ratio amandi Deum est indistincta a Deo, hinc etiam si Deus amatur ut summum bonum et beatitudo nostra seu propter bonitatem respectivam: nam et haec est perfectio indistincta a Deo; si ergo propter eam amatur Deus, amatur propter se. Idem, sententiam posteriorem tuens, provocat ad Pallavicini, *Del Bene* l. 1, p. 2, c. 4. 5; Faure ad s. Augustini *Enchirid.* n. 8. 120. Cf. etiam J. Jungmann, *Aesthetik* n. 50: *Theorie d. geistl. Beredsamk.*² II., p. 268. Hurterum impugnant De San, Billot. Prout nos rem proponimus, eam theologi scholae dogmatici et moralistae vel expresse docuerunt vel implicite, cum Dei attributa sine addito motivum caritatis esse statuerent. tenuerunt. Velut Suarez, *De tripl. virt. theor. tr. 3, disp. 1, s. 2:* „Quodsi urgeas posse nos velle Deo bonum proxime et immediate propter beneficium factum, respondeatur actum illum esse elicitum a gratitudine, non a caritate, addo tamen hanc gratitudinem, ut perfecta sit et amicitiam respiciat, non tam esse propter beneficium, quod in nobis fit, quam propter amorem, ex quo illud oritur.“ Thomas Aq. II., II. q. 106, a. 5: „Unde cum Deus perfecte amatur propter beneficium, potius amatur quia nos amat, hoc autem caritatis est et amicitiae, neque actus huius ratio obiectiva est extra divinam bonitatem; nam amor, quo Deus nos amat, ipse Deus est, et summa perfectio eius; item ipse nos amat, quia bonus est: unde quia amatur eo, quod amat, amatur etiam quia bonus est.“ Cf. n. 1. Cf. Vircebburgenses, *De poen. disp. 1, c. 3, n. 41.*

Pars I. Contritio procedens ex motivo caritatis, vi cuius bonitas divina sive absoluta sive in nos relativa ob se ipsam super omnia appetitiva diligatur, iustificare potest.

Dub. 1. Amor benevolentiae impossibilis est. Nam si Deus non consideratur ut bonum amantis, non potest diligi; voluntas enim appetit tantum bonum suum; actus igitur, qui Deum, prout in se bonus est, respiceat, potius admiratio quam amor est. Cf. etiam damnatas theses 23 ab Innocentio XII. — Nec potest homo desiderio naturali se exuere, quo in beatitudinem fertur; ergo desiderium istud in omnem caritatis actum se insinuat. Cf. Bernardus, *Ep. ad Guigonem* n. 8.

2. Velle Deo gloriam et honorem propter infinitam eius perfectionem, actus cultus divini et religionis est, non caritatis.

3. Si Deus ut in se bonus obiectum caritatis esset, non esset discriminem inter amorem naturalem et supernaturalem; nam et amor naturalis fertur in Deum ut est in se bonus. Impossibile etiam est amare Deum super omnia sine habitu infuso. Cf. Thomas Aq. II. II. q. 23; I. II., q. 16. a. 1. 2.

4. Nullibi in s. scriptura testimonium clarum invenitur, quo amor benevolentiae insinuetur

5. Secundum s. Augustinum (*De doctr. Christ.* l. 1, c. 31; *De civ. Dei* l. 10, c. 4; *In Ps.* 53, n. 10; 55, n. 17; 77, n. 21; 79, n. 14; 85, n. 8; *Serm.* 165, n. 4; 178, n. 11) et s. Thomas Aq. (*S. th.* II. II, q. 23, a. 4; cf. q. 27, a. 2) Deus est terminus caritatis prout est obiectum beatitudinis. Ergo Deum diligimus prout nos beatificat, non prout in se bonus est.

6. Ad iustificationem peccatoris requiritur actualis usus clavium ecclesiae. Nam actus fidei ita requiritur ad iustificationem, ut numquam votum eius sufficiat; ergo a pari nec votum in contritione contentum unquam sufficiet.

7. Non sufficit votum implicitum. Tale enim votum esset solum eatenus contentum in contritione, quatenus est unum ex mandatis, quae servanda proponuntur; ergo non magis iustificaret votum usus clavium, quam votum Eucharistiae vel restitutionis aut similium. Quod est contra Trident. Sess. 6, cp. 14; S. 14, cp. 4. »Ergo singulari aliqua ratione, distincta a desiderio observandi cetera Dei mandata, requiritur votum huius sacramenti; at non alia est singularis ratio magis distincta, nisi quod rei, quae necessaria est medii necessitate, desiderium debet esse explicitum, non vero rei, quae necessaria est dumtaxat ex pracepto, cuius proinde votum implicitum sufficit.« Tournely, De sacr. poen. q. 4, a. 4.

8. Tridentinum agens de contritione, distincte loquitur de voto sacramenti in ea inclusu. Atqui superfluum fuisset tam distincte de eo loqui, si implicitum sufficeret; hoc enim in contritione deesse non potest.

9. Non sufficit propositum implicitum. »Si detestatio peccati commissi sine proposito formalis non peccandi de cetero ad iustificationem aliquando sufficit, sufficiet etiam aliquando propositum nostrum non peccandi de cetero, sine formalis detestatione peccati commissi; nulla enim ratio reddi potest, cur haec paria non sint.« Bellarminus, De sacr. poen. l. 2, c. 6, fin.; cf. c. 7, obi. 3.

10. Idem e scriptura sacra colligitur, quae eodem modo, quo detestationem, etiam propositum requirit. Cf. Is. 1, 16. 18; Ezech. 19, 21. Cf. etiam Conc Trident. Sess. 6, c. 6 — Praeterea eadem scriptura ad iustificationem requirit propositum de singulis mandatis servandis. Cf. Ezech 18 et 33. Sed tale non potest esse propositum implicitum.

11. Si contritio ante usum clavium iustificaret, frustra a contritis potestas ecclesiae adiretur; quod tamen necessario fieri certum est.

12. Peccator non potest iustificari re irrationabili; atqui cum detestatio consistat in voluntate, ut peccatum non sit factum, detestans vult coniungere praeteritum peccatum cum negatione praeteritionis, quod impossibile est.

13. Qui iudicium firmum habet se esse relapsorum, non habet verum propositum ac detestationem; non enim potest esse prudens et efficax propositum, cui antecedit iudicium certum de contradictorio; atqui certi sumus nos esse relapsuros in venialia: ergo contritio nec potest vera esse, et si esset, esset irrationabilis.

14. Concilium Tridentinum S. 13, cp. 7; cn. 11. statuit atque declarat illis, quos conscientia peccati mortalis gravat »quantuncunque etiam se contritos existiment« habita copia confessoris necessario praemittendam esse confessionem sacramentalem, ne Eucharistia indigne atque ideo in mortem sumatur. — Idem concilium semper ante confessionem requirit contritionem perfectam; sed in nostra thesi sacramento non relinquetur remissio; cf. Conc. Arausican. II. cp. ultim.

15. Certe contrita erat illa peccatrix non nominata ap. Lc. 7, 48; dilexit enim multum. Tamen non est statim iustificata, sed tunc demum, cum audivit illud: Remittuntur; quod verbum ponitur in tempore praesenti in oppositione ad illud »dilexit«. Cf. Estius, In l. 4. dist. 17 § 2. Ita rem explicant Augustinus, Serm. 99 (»Accessit immunda, ut rediret munda«); Gregor. M., Hom 33, in Evang. (»aegra sanata est«); Bernardus, Serm. de s. Magdal. (»immunda«).

16. Secundum Act 22, 16 Ananias Paulo, quem perfecte conversum esse et vas electionis factum ab ipso Domino audierat, dicit: Et nunc quid moraris? Exsurge et baptizare et ablue peccata tua, invocato nomine illius. Cf. dictum Augustini, Serm. 1. et 25. de sanctis: »Ananias baptizavit lupum et fecit agnum.«

17. Contra ea, quae posuimus, stat doctrina Patrum. *a)* Gregorius Naz. docet Or. 40 in s. bapt. n. 23: Οἱ δὲ οὐδέ εἰσιν ἐν δυγάμει τοῦ θέξασθαι η̄ διὰ νηπιότητα τυχόν, η̄ τινα τελέως ἀκούσιον περιπέτειαν, ἐξ η̄ς οὐδὲ βουλομένοις αὐτοῖς ὑπάρχει τυχεῖν τοῦ χαροπρατος . . Καὶ ἡγοῦμαι . . τοὺς δὲ μήτε δοξασθήσεσθαι, μήτε κολασθήσεσθαι παρὰ τοῦ δικαίου κριτοῦ, ὡς ἀσφραγίστους. μὲν ἀπονίρους δέ, ἀλλὰ παθόντας μᾶλλον τὴν ζημίαν η̄ ἀράσαντας. Οὐ γάρ ὅστις οὐ κολάσεως ἀξιός, ἥδη καὶ τιμῆς ὥςπερ οὐ ὅστις οὐ τιμῆς, ἥδη καὶ κολάσεως. Σκοπῷ δὲ κάνειν· Εἰ κρίνεις φόνου τὸν φρονικὸν ἐκ μόνου τοῦ βούλεσθαι καὶ δίχα τοῦ φόνου, βεβαπτίσθω σοι καὶ δὲλήσας τὸ βάπτισμα δίχα τοῦ βαπτίσματος· εἰ δὲ οὐκ ἔκεινο, πῶς τοῦτο, συγιδεῖν οὐκ ἔχω. *b)* Augustinus, Conf. l. 9, c. 4, cum antea c. 2. dixisset: »Sagittaveras cor nostrum caritate tua«, haec ait: »Gaudens in fide laudavi nomen tuum, et ea fides me securum esse non sinebat de praeteritis peccatis meis, quae mihi per baptismum tuum remissa nondum erant.« Et c. 6. »Baptizati sumus et fugit a nobis sollicitudo vitae practeritae.« — Ep. 228 (al. 180) ad Honorat.: »Si ministri desint, quantum exitium sequitur eos, qui de isto saeculo vel non regenerati exeunt, vel ligati.« — Tract. 13. in Ioan. n. 7: »Quantumcumque catechumenus proficiat, adhuc sarcinam iniquitatis suaē portat: non illi dimittitur, nisi cum venerit ad baptismum. Quomodo non earuit populus Israel populo Aegyptiorum, nisi cum venisset ad mare rubrum, sic pressura peccatorum nemo caret, nisi cum ad fontem baptismi venerit.« — Tract. 4: »Omnia peccata super illum sunt, et nisi venerit ad salutarem baptismum, ubi peccata solvuntur, cum omni sua excellentia non potest intrare in regnum caelorum.« — Tract. 11. in illud: Iesus non se credebat eis: »Tales sunt omnes catechumeni; ipsi iam credunt in nomine Christi, sed Iesus non se credit illis. — De symbolo ad catechum l. 1, c. 8: »Deus non dimittit peccata, nisi baptizatis. Ipsa peccata quae primum dimittit, nonnisi baptizatis dimittit. Quando? Quando baptizantur Catechumeni quamdiu sunt, super illos sunt omnia peccata eorum.« — De unit. eccl. c. 23: »Utrumque necessarium est ad regnum Dei adipiscendum, et baptismus et iustitia.« — De bapt. l. 4, c. 21: »Nec dubito catechumenum catholicum divina caritate flagrantem haeretico baptizato anteponere.« (tantum hoc!) — De peccat. meritis et rem. c. 26: »Sanctificatio catechumeni, si non fuerit baptizatus, ei non valet ad intrandum in regnum caelorum aut ad peccatorum remissionem.« — De anima l. 1, c. 9, n. 10: »Nemo fit membrum Christi nisi aut baptimate in Christo aut morte pro Christo«; cf. n. 11. — Cf. Ambrosius, De iis, qui initiant. c. 4, n. 19; De Abr l. 2, c. 11. — *c)* Fulgentius, Ep. 12 ad Ferrandum, n. 19: »Illum utique adolescentem, quia credidisse et confessum fuisse novimus, ideo per sacramentum baptismatis salvum fuisse firmamus. Qui si non baptizaretur, non solum nesciens, sed etiam sciens, nullatenus salvaretur. Via enim salutis fuit in confessione, salus in baptimate. Nam in illa aetate non solum ei confessio sine baptimate nihil prodesset, sed nec ipsum baptisma non credenti neque confitenti nullatenus proficeret ad salutem. Ideo ergo illi Deus confessionem prodesses voluit, quia eum usque ad sanctam regenerationem in hac vita servavit. Cf. de fide ad Petrum c. 3. Cf. Gennadius, De eccl. dogmat. c. 41 (al. 74). — *d)* Leo M., Ep. 91 ad Theodor. Foroiul.: »Divinae bonitatis praesidiis ordinatum est, ut indulgentia Dei nisi supplicationibus sacerdotum nequeat obtineri.« — *e)* Bernardus, S. I. in nativ. ss. ap. Petri et Pauli: Sententia Petri praecedit sententiam caeli. — Cf. Remig. Lugdun., De tenenda scripturae veritate c. 14.

Quae his argumentis refutantur:

P. 1^o. Imprimis non requiri ad remissionem peccatorum usum clavium actualem revelatum esse probatur

A) ex concilio Tridentino, Sess. 14, cp. 4: „Docet praeterea, etsi contritionem hanc aliquando caritate perfectam esse contingat hominemque Deo reconciliare, priusquam hoc sacramentum actu

suscipiatur, ipsam nihilominus reconciliationem ipsi contritioni sine sacramenti voto, quod in illa includitur, non esse adscribendam.“ Contritio, quae perfecta est caritate, est contritio ex motivo caritatis concepta. Nam caritas hie non potest intelligi habitualis, cum agatur de contritione, ut est dispositio ad iustificationem, ergo praecedente prioritate naturae caritatem habitualis. Cf. De San, De poen. n. 500.

B) ex propositionibus Baii damnatis. Prop. 31: „Caritas perfecta et sincera, quae est ex corde puro et conscientia bona et fide non facta, tam in catechumenis, quam in poenitentibus, potest esse sine remissione peccatorum. 32: „Caritas illa, quae est plenitudo legis, non est semper coniuncta cum remissione peccatorum.“ 33: „Catechumenus iuste, recte et sancte vivit et mandata Dei observat per caritatem ante obtentam remissionem peccatorum, quae in baptismi lavaero demum percipitur. 70: „Homo existens in peccato mortali sive in reatu aeternae damnationis, potest habere veram caritatem, et caritas etiam perfecta potest consistere cum reatu aeternae damnationis. 71: Per contritionem etiam cum caritate perfecta et cum voto suscipiendo sacramentum coniunctam non remittitur crimen extra casum necessitatis aut martyrii sine actuali susceptione sacramenti. In quibus propositionibus „sermo est de caritate actuali; talis est enim caritas, quae est ex corde puro et conscientia bona et fide non facta; ex his enim actus, non habitus procedit: talis est caritas, quae est plenitudo legis; actu enim, non habitu legem implemus; talis est caritas, qua iuste et sancte vivitur et mandata Dei observantur; oportet enim caritatem esse in actu, ut dici possit per eam haec fieri; talis est caritas, quae contritioni coniungitur illius, cui supponitur non remissum esse peccatum. Palmieri, De poen. th. 23, V Cf. De Lugo, De poen. disp. 5, s. 8 (Cf. etiam Baius, De carit. c. 1 et 7). Ergo negatur actualem caritatem etiam perfectam et sinceram impetrare immediate remissionem peccatorum ideoque veram iustificationem: et etiam contritionem ex motivo caritatis elicita, quae ipsa est actus caritatis (cf. Decl. n. 5) id praestare negatur.

Iam vero „hae propositiones simul cum aliis damnatae sunt, non singulæ singulari censura notatae, sed omnes respective tanquam haereticæ, erroneæ, suspectæ, temerariae, scandalosæ et piarum aurium offensivæ. Idecirco aliqua ex his censuris competit certe et illis propositionibus. Liquet autem eas non damnari eo, quod indebita aliqua censura notent doctrinam theologorum; huiusmodi enim censurarum ne vestigium quidem in illis propositionibus. Dammantur ergo propter doctrinam. Porro permittamus supponi, quod minima ex illis censuris supradictis debeatur eis. Advertendum est, quod huiusmodi materia, de qua propositiones agunt est materia spectans ad depositum revelationis; agitur enim de caritate, de efficacia caritatis, de mediis necessariis ad iustificationem, quae omnia revelata esse debent et reapse sunt, atque est materia, de qua iudicium ferri non potest, nisi ex norma revelationis: sunt enim res positivæ, quae ex divina dispositione tandem pendent. Itaque in revelationis deposito alterutrum contineri debet, vel caritatem perfectam et sinceram posse esse sciunetam a remissione

peccatorum, vel non posse: si primum, nulla ex supradictis censuris potest ei competere: si ergo aliqua ex iis competit ipsi, hoc ipso certum est illud primum non contineri in revelatione. Quia vero alterutrum contineri debet, continebitur ergo alterum; nempe non posse caritatem seiunctam esse a remissione peccatorum, et idecirco prior propositio erit contradictoria propositionis revelatae. Sicut igitur per quamlibet ex illis censuris doctrina Baii a revelatione excluditur, ita declaratur ibi oppositam contineri; et cum haec declaratio sit authentica et infallibilis, ergo vi illius iudicij certum est doctrinam, quam defendimus contineri in deposito revelationis. Palmieri, De poen. th. 23, V

Caritas igitur actualis perfecta et sincera semper est coniuncta cum remissione nec sine ea esse potest. Porro, cum ille actus caritatis, quo Deus propter se super omnia amat, sit nobilissimus, illa virtus ei est tribuenda. Ergo contritio procedens ex motivo caritatis, sive sit actus a caritate imperatus, sive ipse actus caritatis, coniuncta est semper cum remissione peccatorum, ideoque etiam ante absolutionem seu actualem usum clavium.

C) ex scriptura s. a) Io 14, 21: Ὁ ἀγαπῶν με ἀγαπηθήσεται ἐπὶ τὸν πατρός μου, καὶ ἀγαπήσω αὐτὸν καὶ ἐμφανίσω αὐτῷ ἔμαυτόν. Ibid. v. 23: Εάρ τις ἀγαπᾷ με, τὸν λόγον μου τηρήσει, καὶ δέ πατήρ μου ἀγαπήσει αὐτόν, καὶ πρὸς αὐτὸν ἐλευσόμεθα καὶ οὐρὴν παρ' αὐτῷ πομησόμεθα. Cf. Le. 10, 27 s. (τοῦτο ποίει καὶ ζήσῃ). In priore loco citato imprimis nulla est ratio dilectionem Dei futuram ponere demum in beatitudine aeterna; immo collato loco posteriore patet per futurum explicari tantum sequelam. Igitur qui Deum diligit, a Deo diligitur: sane non eodem amore, quo etiam peccatores complectitur (cf. Bellarmi n., De iustificatione c. 17), sed eo, qui solis iustis proprius est, quo homo redamatur ut amicus ab amico, non ut inimicus: amore, cui propriissimum adiungitur amicitiae signum (ἐμφανίσω). Cf. Billot, De poen. th. 13 § 1. Nec sermo est de habitu caritatis, sed de actu; id sane verba ipsa primo et per se significant. „Deinde, quoniam hic dilectio spectatur sub ratione meriti, quo quis (congrue) disponitur ad unionem cum Deo, meritum autem per se competit actu, ideo per se et primo verba scripturae de actu sunt accipienda. Unde et „manere in caritate“ (1 Io 4, 16) est perseverare pro opportunitate in actibus caritatis, etsi supponatur habitus, a quo actus procedunt.“ Palmieri, De poen. th. 23, VII. — In secundo loco adventum Patris et Filii eorumque mansionem apud diligentes Deum ab omnibus de adventu per gratiam intelligi monet Maldonatus. — Nec cum caritas iustificare dicitur, potest subintelligi condicio, si cetera adsint, uti oportet, cum fidei iustificatio tribuitur. Nam „ea, quae subintelligi possent, vel sunt quaedam, quibus ex opere operantis se disponat homo ad iustificationem, vel sunt quaedam, quibus ex opere operato eam assequatur. Huius posterioris generis non est nisi sacramentum: porro sine actuali susceptione eius posse iustificationem obtineri liquet ex doctrina patrum communique ecclesiae sensu, quod votum eius sufficiat, cum actu haberri nequit. Praeterea efficacia caritatis in N. T. nequit esse minor ac in V. T. [cf. D)]; porro in T. V ipsa citra opus ope-

ratum producebat effectum; ergo perperam ad eiusdem efficaciam aliquod opus operatum actu existens postulatur. Prioris generis erunt ii actus, quibus homo aliquo modo convertitur ad Deum porro isti vel sunt actus perfectiores actu caritatis, vel imperfectiores. At perfectiores nulli sunt; erunt ergo actus imperfectiores. Huiusmodi autem actus vel ab ipsa caritate iam praesupponuntur necessario, ut actus fidei et spei, vel ipsam caritatem necessario comitantur, actusque esse possunt caritatis, ut timor filialis et detestatio peccati. Iam vero subintelligentia priorum nihil nocet conclusioni nostrae, iam enim adesse censetur exsistente caritate, quae sine eis esse non posset: neque nocet subintelligentia posteriorum, quae nihil novi ponit necessario praeter caritatem. Itaque non quotiescumque alicui causae asseritur in scripturis effectus aliquis, nullius alterius causae facta mentione, ea causa dicenda est totalis causa et sufficiens illius effectus: verum cum effectus est iustificatio, qui effectus actui hominis asseritur, atque actui perfectissimo, qui iam supponit vel in se continet quoscumque alios, qui postulari possent, quique post institutionem sacramenti censeri nequit, ex ipsa doctrina scripturarum, minoris efficaciae, quam fuerit ante institutum, tunc licebit quidem cogitare praeter eum actum requiri usum alicuius ritus instituti divinitus, ita tamen, ut sufficiat votum eiusdem alios vero actus requiri praeter ipsum, aut eos, qui iam cum ipso intelliguntur, non licebit cogitare. Palmieri, De poen. th. 23, XI.

b) 1 Io 4, 7: *Ἔτις δὲ ἀγαπῶν ἐκ τοῦ Θεοῦ γεγέννηται.* Cf. Io 15, 12. 14; 1 Petr 4, 8. „Haec autem dilectio, de qua apostolus loquitur, est dilectio proximi propter Deum [cf. v. 8], est enim dilectio supernaturalis, quae ex Deo est, est proinde dilectio non secundum legem solam naturae, sed secundum legem evangelii; est idcirco potissimum dilectio Dei, quae est ratio formalis dilectionis proximi. Quod ergo de dilectione proximi affirmatur a) non de quovis amore erga proximum est accipiendum: b) intelligendum est potiore iure de dilectione Dei. Nam quod de ea praedicatur, propter hanc, quae est eius forma et motivum, praedicatur. Atqui de diligentibus affirmat Ioannes, quod nati sunt ex Deo, h. e. sunt filii Dei: ergo cum dilectione Dei coniuncta est filiatio adoptiva, quae peccatum excludit iuxta illud c. 9. Palmieri, De poen. th. 23, VII. Neque hic agi de habitu caritatis, probatur ut supra a).

c) Le 18, 13: *Οὐ δὲ τελώνης μακρόθερ εῖστιν οὐκ ἥθελεν οὐδὲ τοὺς δῷ φαλμοὺς εἰς τὸν οὐρανὸν ἔπλασαι, ἀλλ᾽ ἔτυπτεν τὸ στῆθος αὐτοῦ λέγων.* *Οὐ θέος, οὐάσθιτί μοι τῷ ἀμαρτωλῷ.* 14: *Λέγω ἡμῖν, κατέβη οὗτος δεδικαιωμένος εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ παρ' ἐκεῖνον* (al. *η γὰρ ἐκεῖνος*). Ubi patet publicanum iustificatum esse ex opere operantis; porro actus ille, quo iustificatus est aut fuit perfectior actu virtutis caritatis coniuncto cum recordatione peccatorum aut imperfectior. Perfectior nullus est; sin fuit imperfectior, a fortiori idem praestabit actus perfectior. Quam parabolam sane Magister noluit solum pro V T veram esse, sed independenter a temporibus.

d) Le 7, 47 *Ἄφεωνται αἱ ἀμαρτίαι αὐτῆς αἱ πολλαὶ, ὅτι ἤγαπησεν πολὺ· ω δὲ δὲλέγον ἀφίεται, δὲλέγον ἀγαπᾷ.* Hie Christus caritati vim

tribuit ad delenda peccata. Nec potest his verbis (cum A. Jülicher, Die Gleichnisreden Jesu, Freiburg 1899. II., 297 aliisque), quod parabola tunc adhibita suadere potest, is sensus subici cognosci ex hoc, quod multum dilexit peccatrix, fuisse ei multa peccata dimissa, ita ut multum dilexerit ideo, quia multa peccata ei fuerant dimissa (Ambrosius, De Tobia c. 22; Gregor. Ep. 22; Toletus; Salmeron: Calvinus; Bezděka; Keil: Weiß etc.). Haec enim interpretatio repugnat

a) „aliis sacrarum litterarum versionibus. In Syriaca namque legimus: Propterea dico tibi remissa esse ei scelera eius multa eo. quod multum dilexerit. — In versione Persica sic habetur: Dico tibi: pro hoc, quod fecit, peccata eius multa remissa sunt ea de causa, quod multum digna fuit. — In versione Arabica: Peccata eius multa remissa sunt illi, quoniam dilexit multum. — In Actiopica: Propterea ei remittuntur peccata eius multa, quia multum dilexit me. — V Walton Bibl. s. t. 5, p. 290.

β) repugnat communi patrum interpretationi; nam ii generatim affirmant Magdalenam, quia vehementissima caritate flagrabat, obtinuisse peccatorum suorum remissionem. Si qui sunt pauci asserentes Mariam Magdalenam Christum multum dilexisse, quia ab eo remissionem multorum delictorum acceperat, in hac explicatione aliam, quam supponunt, non excludunt.

γ) repugnat contextui; [nam „remissio peccatorum non potuit esse causa, ob quam Christus affirmaverit Magdalenam multum dilexisse, quia talis remissio non videbatur, ut ex illa vel tamquam ex effectu vel tamquam ex causa amoris eum posset colligere vel comprobare, praesertim respectu Pharisaei, quia eam peccatricem esse sciebat et remissionem peccatorum non videbat. Immo nec ex actionibus externis Magdalena poterat immediate colligi remissio peccatorum“ (Suarez, De gratia l. 8, c. 10, n. 4)] quia M. Magdalena, licet poenitens et contrita, nesciebat tamen sibi remissa esse peccata, donec a Christo audivit: Remittuntur ei peccata; ac proinde non poterat signa dilectionis, quae exhibuit, antequam Christus illa verba pronuntiaverit, ex gratitudine promere, ut sc. gratam Christo, quia peccata illa remiserat, se ostenderet. De Augustinis, De re sacrament. l. 3, p. 1, th. 5. „Nam. quae haec mulier egit, non sunt agentis gratias de beneficio remissionis peccatorum accepto, aut mutuum amorem, quem gratuita remissio excitarit, declarantis, sed opera sunt poenitentis et remissionem peccatorum ambientis. Quid enim toto corporis habitu aliud, quam poenitentis imaginem prae se fert, ad pedes suppliciter provoluta, lacrimis, interioris poenitentiae testibus oppleta, in sparsis foedatisque capillis peccata ulciscens, praeteritae iniquitatis fomenta proiciens, denique continuis pedum osculis orans recipi in gratiam? Quare et gesta huius mulieris a sanctis patribus adeoque ecclesia ipsa catholica pro poenitentiae forma, qua ambienda sit remissio peccatorum, et mulier ipsa pro exemplari rite poenitentium habentur et proponuntur. [Cf. Augustin., Hom. 23. inter 50; Cyprian., De ablut. ped.; Io. Chrysost. Hom. 6 in Mt; Gregor. Hom. 33]² Lucas Brugensis

in h. l. Cf. etiam protestantes De Wette, Olshausen, Bleek. H. J. Holtzmann (Hand-Commentar³ I, 1, 348).

δ) Denique interpretatio adversariorum non exigitur ex contextu cum parabola. Duae potissimum sunt huius rei explicaciones. Cornelius a Lapide ita locum explanat: V. 42: Non habentibus illis, unde redderent, donavit utrisque; quis ergo eum plus diligit? I. e. plus diligere iudicabitur, vel plus diligere solet, pluribus officiis eum demererit satagit? Sensus est: Sicut is, qui cum plura deberet suo creditori, plurium ab eo accepit remissionem, passim a prudentibus iudicabitur ideo maiorem hanc remissionem a creditore accepisse, quod magis eum dilexerit, ac plura ei officia et signa benevolentiae exhibuerit: ob quae plura vicissim illi remisit et condonavit creditor — si enim debitores, qui multa debent creditoribus, maiora eis officia et obsequia deferre solent, ut tantorum debitorum remissionem vel diminutionem, vel temporis ad solvendum praestituti prorogationem ab eo emercantur et quasi emendicent — simili ergo modo tu, o Simon, prudenter iudicare debes Magdalenam magis dilexisse me prophetam et Messiam Dei Filium, quam tu dilexeris: maiora enim, ut vidisti, dilectionis omnisque officii et obsequii signa mihi exhibuit quam tu exhibueris: quare iisdem me provocavit, ut plura et maiora ipsi quam tibi peccata condonem. Maior enim dilectio debitoris est causa maioris condonationis creditoris; illam enim provocat et elicit. Unde congrue ad parabolam propositam infero et dico: Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Quare Magdalena iam amplius non est peccatrix, nec indigna contactu pedum meorum. ut tu aestimas, o Simon, sed sanctior te est, digniorque meo attactu. Hunc sensum exigit acoluthia et apodosis, sive redditio et applicatio aequa parabolae, sc. ut significetur dilectionem maiorem esse causam maioris remissionis maiorum debitorum, i. e. delictorum. Ergo τὸ diligit significat praesens et praeteritum qu. d.: Plus me dilexit et diligit ideoque plus ei remitto. Unde Arabicus vertit: Quis ergo horum duorum debitorum plus amator est illius? Ita Maldonatus, qui diserte ait, praesens hic ex vulgari phrasi ponit pro praeterito.

Secundo tamen, si τὸ diligit, vel ut Graece est, ἀγαπήσει i. e. diligit, malis simpliciter accipere pro futuro, q. d.: Quis eorum deinceps creditorum plus diligit?: dico, esse argumentum inversum adductum ab effectu ad causam naturaliter connexam, q. d.: Sicut ille debitor multum dilexit creditorem, eo quod hic multa ei debita iam ante remiserit; remissio enim plurium maiorem in debitore exigit gratitudinem et dilectionem erga creditorem . sic e converso ego, o Simon, Magdalene multa delicta quasi debita dimitto, quia ipsa multum me dilexit, q. d.: Remissio debiti et vicissim dilectio debitoris erga creditorem debitum remittentem inter se connexa sunt; sicut remissio creditoris parit dilectionem debitoris, ita vicissim dilectio debitoris parit remissionem creditoris Ita Lyranus, Lucas et alii Simili modo Christus convertit parabolam Samaritani c. 10, v. 36 Ex uno enim intelligitur alterum, sc. ex proximo miserente intelligitur proximus miser.“ Cf. Suarez, De gr. l. 8, c. 10. n. 8—18. Haec posterior explicatio nobis (cum Sušil aliisque) priore minus violenta videtur esse.

D) ex efficacia contritionis perfectae ante traditionem potestatis remittendi peccata. „Ante novam oeconomiam evangelii certe erat aliquod medium adultis pro impetranda remissione peccatorum: nullum autem erat ex opere operato eam efficiens; ergo erat ex opere operantis, ideoque aliquis actus, et idcirco certe actus praestantissimus sive poenitentia profecta ex praestantissimo actu, quo homo ad Deum converti possit: atqui hic actus praestantissimus est poenitentia ex caritate concepta: ergo aut haec aut nullum. Quocirea de hac re certe accipienda testimonia Veteris Testamenti Deut 4, 29; Ezech 18, 21 [27. 28]: 33, 12 [Zach 1, 3].

Probatur consequentia. Sane α) quae Deus per prophetas Testamenti Veteris testatus est, quaeque ad vitam supernaturalem spectant, ea et filiis Novi Testamenti repetit: ergo ad nos quoque spectat, quod per Moysen et Ezechiem Deus promisit. Et re quidem vera, exceptis extrinsecis symbolis et ceremoniis, ea quae ad interiorum hominem pertinent, quaeque in Testamento Veteri locum habebant, ex aequo, immo potiore iure spectant ad Testamentum Novum: eius enim propria est interior instituta et sanctitas ac remissio peccatorum. Cf. Ierem 30, 33. 34. β) Cum Christiana lex sit lex caritatis, iniquum est arbitrari Christum voluisse minori in pretio haberri caritatem in ecclesia, quam in synagoga. γ) Nihil est in oeconomia Christiana, quo videri possit dempta vis haec caritati iustificandi peccatores. Institutio enim sacramenti poenitentiae novum medium suppeditat pro obtainenda remissione: idque exigit, ut omnes teneantur confiteri peccata sua remissionemque directam petere a ministris Christi, cum hac vero obligatione nullo modo repugnat, ut quis per contritionem perfectam statim iustificetur.“ Palmieri, De poen. th. 23, VII.

E) ex defectu rationis pro contrario. Nam „institutioni Christi, quae statuit independenter a potestate clavium remissionem peccatorum non obtineri omniaque peccata remittenda esse directe, fieri potest satis etiam sola subiectione in voto supradicta, non quidem ita ut non amplius debeas, si potes vel tunc vel postea, te subicere actu, quod contradictiorum esset. Sane ea exsistente, cum eius quoque intuitu confertur a Deo solo remissio peccatorum, verum reapse est non remitti peccata independenter a potestate clavium; remittuntur enim propter subiectionem ad illam, quicum nexa est obligatio manens petendae tandem remissionis directae.“ Palmieri, De poen. th. 10, II.

F) ex patribus. Augustinus, De Trinit 1. 15, n. 31. s.: „Deus Spiritus sanctus, qui procedit ex Deo, cum datus fuerit homini, accendit eum in dilectionem Dei et proximi, et ipse dilectio est. Non enim habet homo, unde Deum diligat, nisi ex Deo. Propter quod paulo post dicit: Nos diligamus eum, quia ipse prius dilexit nos.“ Apostolus quoque Paulus: „Dilectio, inquit, Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum s., qui datus est nobis.“ Nullum est isto dono excellentius. Solum est, quod dividit filios regni aeterni et filios perditionis aeternae. Dantur et alia per Spiritum s. munera, sed sine caritate nihil prosunt. Nisi ergo tantum impertiatur cuique Spiritus s., ut eum Dei et proximi faciat amatorem, a sinistra non transfertur ad dextram.“ Ubi saltem

ex his ultimis verbis s. Augustinus omnino videtur non de habitu caritatis loqui sed de actibus (amoris erga Deum et proximum): nec sane de praedestinatione loquitur, sed de statu gratiae acquirendo. Cf. Contra Crescon. l. 2, n. 15; Serm. 35. — Ex Io Chrysostomo cf. locos allatos thes. 2, p. II, dub. 2: cf. Hom. 4 in 1 Thes. n. 4: Hom. 7 in 2 Tim n. 3. — Ambrosius, In Lc l. 10, n. 90: „Et tu, si veniam vis mereri, dilue lacrimis culpam tuam: eodem momento, eodem tempore respicit te Christus. — Fulgentius, De remiss. peccat. l. 1, c. 12: „Quia ingemuit David ex toto corde conversus, continuo salvus est factus, atque ita in eo completum est, quod per prophetam praecipitur: 'Si conversus fueris et ingemueris, salvus eris.'” — Petrus Chrysologus, Serm. 94: „Plectendus debitor, qui dilectione sola suam negligit redimere cautionem Absolvi vis? Ama. 'Caritas cooperit multitudinem peccatorum.' Negationis criminis quid peius est? Et tamen Petrus amore solo valuit hoc delere. — Anastasius Sin., Or. in Ps. 6: „Μεγάλη τούτων τῶν κατὰ Θεὸν δακρύσων ἡ ἴσχυς, μεγάλη αὐτῶν ἡ ἐνέργεια. — Dionys. Bar Salibi († 1171), In Mt 3, 1 (Corp. script. christ. orient. p. 97) „Cum non possint, qui semel baptizati sunt, denuo baptizari, dedit Deus lacrimas, ut si quis ploret peccatum suum, accipiat remissionem et restituatur ei donum baptismi, quod perii apud eum: quemadmodum baptizatus est David lacrimis, postquam peccavit et moechatus est.“ Cf. Maximus Tur., Hom. 5 de poenit. Petri; Hilarius, In Ps. 51 etc.

Haec patrum persuasio ratio fuit, cur de salute catechumenorum, qui inculpabiliter omissio baptismate obierunt, non desperarent (cf. Ambros., De obitu Valentiniani n. 51 ss.) et cur Innocentius III. „incunctanter“ asseruerit „caelestis patriae gaudium esse adeptum“ sacerdotem quandam non baptizatum, „quia in sanctae matris ecclesiae fide et Christi nominis confessione perseveraverit. Cap. Apostolicam 2.

P. 20. Nec requiri propositum explicitum seu formale, sed satis esse implicitum et virtuale certum est. Nam „cum motivum doloris est universale, ut amor Dei, timor inferni, desiderium beatitudinis, — propositum [universale] in dolore virtualiter continetur; atque istud sufficit ad veram contritionem, sive perfectam sive imperfectam, cum poenitens ad futurum non advertens, non elicit propositum formale. Sane propositum formale vel requiritur necessitate medii, vel necessitate praecepti ad iustificationem. Si necessitate sola praecepti, eius defectus obstabit idoneae dispositioni poenitentis ad reconciliationem, quatenus peccet poenitens non eliciendo propositum; at cum inadvertentia est causa eius defectus, nulla culpa est; idcirco, si propositum formale requiritur sola necessitate praecepti, nequit in hac hypothesi eius defectus nocere poenitenti. Si vero nocet, etsi non peccetur, ista omissio, dicendum est propositum formale requiri etiam necessitate medii. Atqui id nequit admitti. Nam quod necessitate medii necessarium est adultis, necessarium est ipsis ita, ut cum in re haberit nequit, satis sit illud habere in voto, si res est, quae haberi possit in voto. Atqui posita inadvertentia seu defectu cogitationis futuri, est vere impossibile homini elicere propositum formale cavendi in posterum peccata.“ Palmieri, De poen. th. 20, V

Detestatio vero peccati ex motivo universalis supplere potest illud medium necessarium, cum perfectione sua perfectionem actus supplendi propriam et simul huius votum contineat. Etenim virtus motivi hominem moventis ad detestationem illam talis est, ut aequae ac praeterita sub se comprehendendat futura peccata abhorrenda: unde voluntas detestando ex motivo universalis culpas iam commissas sic affecta est, ut cogitatione intellectus sola de futuris possibilibus accedente proponeret sibi declinare ceteras, non per actum ex motivo ullo novo ideoque diversae perfectionis imperandum, sed per actum ex motivo formali detestationis ipso ideoque cum eadem speciei bonitate in obiectum novum materiale explicite extendendum: et actus quidem iste confestim et necessario erumperet, ita ut etiam repugnaret resistere eidem nec desistere ab ipsa detestatione. Nimirum superveniente de possibilitate culpae futurae cogitatione propositum formale eatenus tantum liberum esse potest, sive secundum specificationem. sive secundum exercitium ipsum, quatenus libera est vera et sincera peccati detestatio. Et sane ita propositum formale impediti non posset nisi per actum positivum cohibentis voluntatis, quem stante detestatione propositoque virtuali, exprimere sic liceret: Quamvis abhorream a peccato etiam futuro, nolo tamen huius mihi fugam explicite proponere. Atqui talis actus ipse propositum explicitum aliquod contineret. Cf. V a s q u e z, De poen. a. 2. dub. 4.

Res confirmatur: „cum memoria peccati non occurrit, sufficiens est dispositio proxima ad iustificationem poenitentia sive contritio virtualis, qui est amor Dei super omnia: multo ergo magis sufficit contritio, cum non subit cogitatio de futuro.

Tandem huic sententiae favere videtur ipsa definitio contritionis data a Tridentino; in ea enim propositum ponitur in obliquo: „cum proposito non peccandi“, acsi concilium significare vellet detestationem et dolorem continere propositum, eamque detestationem dolorosam esse veram contritionem, quae propositum continet.“ Palmieri, De poen. th. 20, V

P. 3⁰. Item certum est nec **v o t u m e x p l i c i t u m** exigere *A)* „Magis necessarium est in contritione propositum non peccandi de cetero, quam confitendi: prius enim ex natura rei requiritur; unde et in antiqua lege necessarium fuit; posterius vero ex positiva tantum Christi institutione necessarium est. Atqui ad contritionem sufficit propositum virtuale non peccandi de cetero; ergo a fortiori et virtuale sacramenti propositum.“ Collet, De poen. p. 2, c. 4.

B) „Excogitari potest casus, in quo etiamsi [usus clavium] memoriae occurrat, non oporteat propositum seu desiderium explicitum eius concipere, ut si huiusmodi homo in extremo mortis articulo constituantur, in quo iudicet sibi iam esse impossibile [claves adire], ille certe tunc non tenetur absolutum propositum suscipiendi sacramentum habere. Est enim illud impossibile, quia iam hic et nunc res iudicatur impossibilis. Neque etiam videtur necessarium, ut habeat propositum condicionale, sc. propono [claves adire], si hoc periculo eripiar, vel aliter, vellem [adire], si possem. Nam huiusmodi actus nullius ferme momenti aut fructus sunt in eo casu, in quo apprehenditur condicio ut impossibilis.

bilis et nunquam exsequenda. Erit ergo tunc utilius in Dei amore et peccatorum detestatione prorsus occupari. Non est ergo alius actus necessarius. Suarez, De bapt. disp. 27, s. 2, n. 8.

C) „Nullum est fundamentum ad requirendum huiusmodi propositum explicitum Nam vel hoc propositum requiritur, quia sine illo non potest haberi vera contritio; et hoc est falsum, quia etiamsi quis non recordetur expresse confessionis, potest habere omnes actus, quos supra diximus perficere contritionem. quia nulla est repugnantia, et gratis diceretur Deum non dare gratiam excitantem vel adiuvantem necessariam ad illos actus, nisi habenti actualem memoriam et formale desiderium confessionis. Vel requiritur hoc votum, ut suppleat vicem sacramenti, veluti dando gratiam ex opere operato [cf. Schäzler, Wirksamkeit der Sacramente § 25]: et hoc est omnino falsum, quia iustificatio, quae solum fit per sacramentum in voto, tantum fit ex dispositione operantis: neque ibi confertur ulla gratia sacramentalis. Vel requiritur, quia non sufficit ad iustificationem. Et hoc est omnino falsum, quia illi contritioni semper est coniuncta gratia. Suarez, De poen. disp. 17, s. 3, n. 9.

D) Concilium Tridentinum docet Sess. 14, ep. 4, non esse tribuendam remissionem peccati ipsi contritioni sine voto sacramenti, quod in illa includitur; vera igitur contritio, si talis est, includit hoc votum; dixerat autem paulo antea idem concilium ad veram contritionem satis esse detestationem cum proposito servandi omnia mandata. Cf. Suarez ibid.

E) Cf. argumenta P. 1^o allata.

Ad 1. »Sane voluntas est facultas tendens in bonum, quae potest quodlibet bonum amplecti, sub qualibet ratione ei ab intellectu proponatur: hoc est primum et maxime essentiale voluntati; ea quidem non diligit nisi quod est bonum suum; sed a) non est necesse, ut illud diligat sub hac formalis ratione, quatenus est bonum suum. Et re quidem vera, si id necesse foret, tunc falsum esset voluntatem posse ferri in quamcumque rationem boni; b) Deus spectatus ut est in se bonus, est adhuc quoque bonum voluntatis, nimirum prout est terminus actus voluntatis, qui actus et honestissimus est et suavissimus: honestissimus, quia cum voluntas sit facta propter Deum bonumque cuiusque naturae, ideoque et voluntatis, debeat referri in gloriam Dei, persuadet ratio, ut voluntas magis gaudeat de bono Dei quam de bono suo; est suavissimus actus, quia delectatio consequitur sive comitatur operationem honestam et maxima delectatio maxime honestam operationem.« Palmieri, De poen. th. 22, X. Item ex experientia constat posse hominem perfectum amicitiae amorem habere erga alios et multo magis erga Deum. »Nec enim id est moraliter impossibile ratione praelationis aliorum bonorum; nam potest homo animo omnino pacato divinam bonitatem considerare, quin ulla tentationes aut afflictiones actuales in bona creata eum avocent a Dei amore.« Ripalda, De ente supern. l. 5, disp. 114, s. 16, n. 153.

Praeterea ex damnatione thesium 23 ab Innocentio XII. facta illud quidem sequitur, caritatis habitu actaque quasi unico amorem sui ipsius ordinatum non positive excludi; minime vero sequitur caritatis actum vi motivi sibi proprii non praecisum esse a respectu ad felicitatem propriam, vel hunc ad nos respectum actu tali essentialiter includi. Neque ex actibus eiusmodi caritatis saepius repetitis oritur paulatim status ille ab Innocentio negatus, in quo sit tantum amor

Dei a bono proprio abstractus; inde enim non existit nisi quaepiam facilitas eliciendi tales actus, vel etiam dominatio caritatis in imperandis actibus virtutum aliarum, et in his amoris sui ordinati, ita ut actus isti non minus cum inducto illo statu quam cum actibus caritatis singulis consistere simul queant.

Quod additur de naturali desiderio beatitudinis, certe non valet de desiderio explicito et formaliter. »In actibus liberis mentem a beatitudine ita avocare possumus, ut non formaliter propter hanc, sed propter absolutam obiecti excellentiam operemur. Quoniam autem innatum est nobis erga beatitudinem generatim desiderium, hoc ipsum semper virtualiter, materialiter vel praesuppositive nobis inest, etiam quando ex caritate purissima agimus.« Wirceburgenses t. 5, disp. 1, c. 3, art. 1.

Ad 2. »Velle ratione excellentiae divinae cultum et honorem Dei in signum protestationis nostrae subiectionis eiusdem excellentiae, est actus religionis, nec postulat amorem Dei proprium dictum. At velle, ut Deo tribuatur debitus honor et gloria, quae quidem amplior est, quam cultus, idque velle, quia est hoc bonum Dei, et hoc bonum Dei velle, quia Deus placet nobis eiusque bonitas diligitur, hic est actus caritatis, qui nendum imperatus, sed et elicitus a caritate esse potest. Palmieri, De poen. th. 22, XIV.

Ad. 3. Certe hoc discriminem esset inter amorem naturalem et supernaturalem, quod supernaturalis est filii Dei ad Deum, naturalis servi Dei ad Deum. — De possibiliitate amoris Dei super omnia sine habitu infuso controversia est inter s. Thomam et D. Scotum; hic non dubitat dicere: »Ratio naturalis ostendit naturae intellectuali esse aliquid summe diligendum, quia in omnibus actibus et obiectis essentialiter ordinatis est aliquid supremum, et ita aliqua dilectio suprema... Nihil [autem] potest intellectus recte dictare, in quod dictatum non possit voluntas naturalis tendere; alias voluntas esset naturaliter mala vel saltem non libera ad tendendum in quodlibet secundum illam rationem boni, secundum quam ostenditur sibi ab intellectu.« In l. 3. d. 27 n. 13.

Ad 4. Vide Lc 12, 4; Io 15, 14. 15, ubi habes amicitiam excellentiae (Aristot., Eth. 8, c. 7), Prov. 8, 17; 1 Io. 4, 16, ubi amor mutuus exhibetur. Cf. etiam Io. 14, 28; Mt. 6, 9. — Cf. Palmieri, De poen. th. 22, XI.

Ad 5. Imprimis opponimus textum s. Augustini, De lib. arb. l. 3, n. 76: »Melior est . [animus], cum obliviscitur sui prae caritate incommutabilis Dei, vel se ipsum penitus in illius comparatione contemnit«; et s. Thome II. II. q. 26, a. 3 ad 3; q. 28, 1 ad 3; Qq. disp. De spe a. 3. Ad Augustinum igitur respondemus: »Duplex distingui debet quaestio: a) an possibilis sit et divino verbo probata dilectio huiusmodi gratuita Dei propter se, idque crediderit Augustinus; b) an dilectio Dei boni nobis, qua ille non propter bona, quae confert, sed propter se ipsum amat, sit dilectio perfecta satis eademque iustificans. Iamvero etsi demus hoc alterum sensisse Augustinum, non tamen sequitur ipsum negasse primum. Cum vero in contentionibus alloqueretur fideles, satis ipsi fuit alteram caritatem frequentius propnere. Respondemus 2º quod testimonia quoque obiecta ita possunt explicari, ut implicite significatus intelligatur amor, quo propter se, quia in se bonus, Deus diligatur. Sane actus fruitionis adaequate sumptus complectitur tum amorem Dei propter se, qui amor dulcis est et delectabilis tum amorem sui ipsius, cui Deus, quocum amore coniungitur, bonus est. Nec refert, quod Augustinus ibidem, ubi definit fruitionem, nempe De doctr. chr. l. 1 doceat c. 31 ommem, qui amat, vel frui vel uti re amata; Deum vero, qui nos amat, non frui nobis, quia non eget nobis, quicumque enim fruatur, eget eo, quo fruatur, id inquam non refert; non enim significat quod ratio fruitionis sit indigentia fruentis, seu quod obiectum formale illius

amoris, qui fruitio dicitur, sit bonitas rei, quatenus est bona nobis, sed solum significat, quod fundamentum illius amoris est, quod bonum per se dilectum sit bonum amanti, et qui fruitur possit et diligere bonum, quo fruitur, tamquam bonum sui. — Ita quoque accipi possunt exempla allata amoris sponsae, ut non excludatur purissimus amor. Cf. Thom. II. II. q. 27, a. 3.⁴ Palmieri, De poen. th. 22, XIV — S. Thomas loco priore »ut distinguat amorem caritatis ab amore naturali, monet bonum divinum, quod diligit caritas, esse bonum, quod fide credimus, quodque supernaturaliter consequendum erit; beatitudo enim simpliciter appellata intelligitur beatitudo supernaturalis; . nec s. Thomas determinat ibi, quomodo Deus sit beatitudinis obiectum.« Palmieri l. c. Loco posteriore s. Thomas »non negat amorem caritatis esse benevolentiam, eo quod aliud sit amare et aliud bene alteri velle, sed quatenus benevolentia non est totum id, quod caritas, licet actus sit, in quo praecipue dilectio manifestatur. Quid est ergo quod praeterea requiritur? Est unio affectus amantis ad amatum Sc. in ipso exercitio actus caritatis amor fertur in amatum tamquam in aliquid ad se pertinens, et quodammodo unum sibi.« Palmieri l. c.

Ad 6. »Disparitas petenda est tum ex scriptura et traditione, quae posterius asserunt, non autem prius illud; tum ex ratione theologiae, quia fides est prima radix iustificationis; nec datur alias actus supernaturalis prior, qui eius votum contineat et propter eius excellentiam possit illius vices supplere.« Sardagna, Theol. t. 8. a. 7., contr. 3, n. 97.

Ad 7. et 8. v. Thes. 3, p. II, ad 1; Cf. Suarez, De poen. disp. 17, s. 3, n. 7; quomodo vero hoc votum requiratur, si quaeris, respondemus: ut condicio sine qua non. »Cum quis per caritatem vel contritionem cum voto sacramenti iustificatur, iustificatur per opus operantis, opus vero operantis est ipsa caritas vel contrito eaque sola, quae inclusum continet votum sacramenti; etsi enim hoc votum explicite fiat, spectat reapse ad propositum, quod est elementum contritionis, et virtute saltem semper in caritate et contritione continetur. Est ergo contritio, quae iustificat. Porro, si distinguantur haec duo, contritio, quae per se posset esse sine eo speciali voto, quemadmodum erat ante institutum sacramentum, atque votum sacramenti, primo advertendum est, quod haec distinctio realiter nequit fieri in hac oeconomia .; adhibita vero distinctione rationis si quaestio fiat, utri praecipue asserenda sit causalitas iustificationis, dicendum est potiores partes vindicare sibi contritionem; nam ea per se par est iustificationi obtaindae ac potest iustificare sine eo voto, sicut iustificabat ante institutum sacramentum; desiderium vero sacramenti per se solum non potest iustificare. Quare se habet . ut condicio, sine qua non habetur iustificatio.« Palmieri, De poen. th. 10, VI. Eaque est mera condicio (contra De Lugo), non causa, quae ad veniam impertiendam ex titulo peculiari moveat. Et re vera votum idem moveret instar causae aut tamquam opus operatum aut tamquam opus operantis. Atqui illud quidem nemo dixerit. Sed neque alterum asseverare licet; nam eateius hoc verum esset, quatenus votum requisitum bonitatem vel dignitatem aliquam ad reliqua pro remissione postulata superadderet; atqui nihil tale superaddi vel ex eo liquet, quod votum idem implicitum in actu contritionis contineri potest, posito per hominem sacramentum ignorantem vel non cogitantem; qualis actus solo termino extrinsecus statuto, non excellentia interna maiore ulla a contritione antiqui foederis discernitur.

Ad. 9. Propositum et detestatio se mutuo excludunt, »quando motivum est idem Dicastillo, De sacr. poen. disp. 6, n. 220. Plura cf. Thes. 11, p. III. ad 5.

Ad 10. Ex Ezech 33, 12 patet non posse intelligi actualem observationem mandatorum; votum autem observationis legis in ipsa detestatione peccati etiam continetur. — Neque Concilium Tridentinum

explicitum propositum requirit; cf. Sess. 6, cap. 6 de proposito suscipiendo baptismum. Cur vero propositi mentio adiecta sit in prima declaratione iam innuimus. Ceterum cf. thes. 6, p. III.

Ad 11. Frustra non fit illud, ad quod faciendum adest obligatio. Cf. thes. 3, p. I, ad 3.

Ad 12. Distinguenda est voluntas subjective efficax (qualis est haec: utinam hoc stantibus legibus metaphysicis fieri posset!) a voluntate objective efficaci. »Hodie non possum dicere ‘volo’, sed ‘vellem’ servasse heri praeceptum.« De Lugo, De poen. disp. 4, n. 19.

Ad 13. »Firum et absolutum propositum concipere possumus vitandi omnia peccata venialia, quae cum plena deliberatione admitti solent; hoc enim possibile est cum Dei gratia, quae digne postulantibus confertur secundum legem Dei ordinariam.« Wirsburgensis t. 5, disp. 2, c. 3, a. 6. »Neque repugnat, quod aliquis velit non voluntate absoluta, sed efficaci, quantum est de se procurare aliquid, quod scit non futurum.« De Lugo, De sacr. poen. disp. 14, s. 9, n. 137. Ad reliqua cf. thes. 7, p. I.

Ad 14. Exceptio certe firmat regulam. (Cf. Palmieri, De poen. th. 24, VII). Ceterum idem concilium excipit eos, qui forte missam celebrare tenentur, neque habent sacerdotem, cui peccata sua confiteantur; iis enim contritionem cum proposito confessionis ad Eucharistiam non indigne percipiendam sufficere iudicavit. Itaque concilium illud credidit per veram contritionem etiam ante sacerdotis absoluti et extra mortis articulum peccata remitti; neque enim suspicari fas est, in ullo casu concilium catholicum permissurum fuisse, ut cum conscientia reatus peccati mortalitatis ad sacramentum accederetur.« Bellarminus, De poenit. l. 2, c. 13. — Concilium Arausicanum II. in epilogo non requirit caritatem perfectam.

Ad 15. »Verba haec Christi vel intelliguntur de remissione, quae tunc temporis, licet non in eo praecise instanti fiebat, sicut, quando aliquis iudicitaliter absolvitur, solemus communiter loqui tota illa die de absolutione quasi de praesenti [bis vertit Vulgata: remittuntur]; vel potest dici cum P. Aegidio vera fuisse verba Christi, licet iam essent peccata prius remissa, eodem sensu, quo sunt vera verba sacerdotis absolvantis secundo poenitentem ab eodem peccato, a quo iam fuerat semel absolutus. [Cf. Marc 5, 34]. Nec obstat Augustinus. Nam vel loquitur de accessu prout complectitur etiam primam voluntatem accedendi, quo tempore adhuc erat immunda; vel si loquitur de ipso tempore, quo venit in domum Pharisaei, supponit fortasse nondum habuisse dilectionem perfectam, donec in Domini praesentia perfecte exarsit.« De Lugo, De poen. disp. 5, s. 8, n. 125. Cf. Bernard. Serm. 4 in dedic. eccl. n. 3. — Quod convivae offensi sunt et quaesiverunt, quis esset is, qui etiam peccata dimitteret, non exigit suppositum peccatricem demum Christi verbis iustificatam esse. Nam a) iniqua videri ea offensio possit, vel in sacrilega ipsorum Christi hominis puri existimatio. Nec enim dixit Christus: Remittuntur tibi a me, sed simpliciter: Remittuntur tibi peccata tua. b) Quod Christus vel primum vel secundo remitteret peccata Magdalene, idem omnino erat Pharisaeis, qui sciebant eum non ut Nathan aliena virtute, sed propria id operari.« Collet, De poen. p. 2, c. 4, n. 327.

Ad 16. a) Certum non est Paulum iam tunc concepisse actum perfectae caritatis; b) Ananias potuit errare; e) quae dixit, possunt esse mera declaratio, quid sit baptismus. Augustinus potuit errare; ceterum poterit explicari ita, ut non sibi contradicat Deum faciens Ananiae respondentem (S. 175): »Iam non est lupus«; »De lupo ove feci.«

Ad 17. Gregorium Naz. sunt qui dicant velle tantum docere meram quandam voluntatem sacramenti ad salutem non sufficere (Straub, De San); sed ipse Nicaetas commentator reclamat. Damus igitur cum Turnelio eum ita sensisse. — Idem de Prospero Collet

concedit. — Augustinum alii dicunt ante baptismum moraliter certum fuisse de caritate perfecta (Estius), alii certum de initiali caritate (Gaud), alii negant utramque certitudinem. Ceterum cf. quae ipse dicit Conf. l. 9, c. 2 in fine. — Quod scribit ad Honoratum, id accidit, quia ordinarie peccatores non habent perfectam contritionem. — Catechumeni, quos dicit sarcinam iniquitatis portare, contemnebant baptismum »eo, quod iam maiore gratia praediti viderentur, quam viderant alios fideles« »Neque ullo modo dicenda est conversio cordis ad Deum, cum Dei sacramentum contemnitur.« Augustinus, De bapt. l. 4, c. 25. — Alibi (De symb. ad cat. de eo loquitur, quod ordinarie fit, de catechumenis tantum inchoative diligentibus. — Alibi (De pecc. iner.) de sanctificatione externa catechumeni agit, nempe de signo crucis, impositione manuum, degustatione salis aliisque ceremoniis, quibus praeparantur catechumeni ad baptismum. Ceterum etiamsi ibidem sermo esset de sanctificatione interna, nihil efficeretur; nam etiam haec inutilis dici potest, si catechumenus vel ex contemptu vel ex gravi negligencia baptismum non suscepit. Denique certa est s. Augustini doctrina de conversione cordis iustificante saltem in casu necessitatis extra baptismum (De bapt. l. 4, c. 22); sed etiam hoc per dicta illa excluderetur, si sensus adversariorum eis subiciendus esset. — Etiam Fulgentius de communiter contingentibus loquitur, nempe de sufficiente dispositione ad licitam susceptionem baptismi. Idem, Ep. 7, n. 3. »Caritas, inquit, ubi habitare cooperit, non permittit dominari peccatum, sed cooperit multitudinem peccatorum; nec solum praesentia peccata facit vitari, quin etiam praeterita facit omnia relaxari. — Nec s. Leonem posse plus requirere quam votum sacramenti liquet ex eiusdem verbis in Ep. 108: »Misericordiae Dei nec mensuras possumus ponere, nec tempora definire, apud quem nullas moras patitur veniae vera conversio, dicente spiritu Dei per prophetam: ‘Cum ingenueris, tunc salvus eris’.« — Simile dic de s. Bernardo cum Sardagna (n. 95): »Sententia Petri saltem in voto semper praecedit sententiam caeli«, nisi mavis dicere non loqui s. Bernardum de omnibus casibus. — Cf. etiam Suarez, In p. III. q. 83, a. 1.

P. II. Eadem contritio non solum iustificare potest, sed semper ante actualem usum clavium iustificat.

Dub. 1. Concilium Tridentinum, Sess. 6, c. 6 inter alias baptizandorum dispositiones hanc requirit, ut »Deuin tamquam omnis iustitiae fontem diligere incipiant« Sed dilectio Dei tamquam fontis iustitiae est perfecta caritas. Atqui tamen caritas illa non iustificat. Neque enim concilium ad baptismum dispositionem requirit, qua homo ante baptismum iustificetur. Cf. Sylvius in quæst. 5. suppl.

2. Bernardus Ep. 77 scribit hominem posse cum desiderio baptismi salvati, si tamen mors anticipans seu alia quaecumque vis invincibilis obviaret.

3. Augustinus, De bapt. l. 4, c. 22: »Quod etiam atque etiam considerans invenio non tantum passionem pro nomine Christi id, quod ex baptismio deerat, posse supplere, sed etiam fidem conversionem cordis, si forte ad celebrandum mysterium baptismi in angustiis temporum recurri non potest. Cf. Berti, De theol. discipl. l. 34, diss. 1, c. 5.

4. Augustinus, S. 278: »Sunt quaedam gravia et mortifera, quae nisi per vehementissimam molestiam humilationis cordis et contritionis spiritus et tribulationis poenitentiae non relaxantur. Haec dimittuntur per claves ecclesiae.«

Contraria sententia 1^o damnata est in propositionibus Baii, prop. 71. Cf. p. I, P. 1^o, A.

2^o Idem docet Concilium Tridentinum Sess. 14, ep. 4, ubi vox aliquando non inseritur inter duo membra: „etsi contritionem caritate

perfectam contingat aliquando reconciliare hominem Deo, sed utriusque affirmationi praemittitur ideoque ad utrumque membrum refertur: quod sane non sine causa factum est. — Ideo Catechismus Romanus de contritione docet „statim ut eam mentibus nostris concipimus, peccatorum remissionem nobis a Deo tribui, ut qui salutis nostrae cupidissimus nullam moram interponat ad tribuendam veniam. Quod exemplo leprosorum confirmat. qui, dum irent ad sacerdotes, mundati sunt in ipso itinere.

3⁰ De s. scriptura cf. imprimis dicta p. I. p. 1⁰, C. Nec obici potest, innui ibi contritionem disponere ad sanctitatem, non quod illam semper secum afferat de praesenti, sed quod eam semper infallibiliter afferat saltem de futuro. „Qui enim dicit solem illuminare, opusne est, ut addat hunc effectum adesse statim ac adest sol, ut intelligatur existente sole adesse illuminationem?“ Palmieri, th. 24, IX, 4. — Praeterea id explicite docetur Ezech 33, 12: **אָדָם תְּצִדֵּק לֹא וַיַּפְשֶׁל בָּהּ יְוָה שִׁיבָּה מִרְשָׁעָה תְּצִוָּה בַּיּוֹם פְּשָׁעָו וַיַּרְשֵׁעָתָה הַרְשָׁעָה לֹא יְפָשֵׁל בָּהּ יְוָה שִׁיבָּה מִרְשָׁעָה** (Iustitia iusti non liberabit eum, in quacumque die peccaverit et impietas impii non nocebit ei, in quacumque die conversus fuerit ab impietate sua). Hinc enim patet non maius intervallum intercedere inter conversionem per contritionem perfectam et eius effectum (**בַּיּוֹם**): atqui per peccatum statim amittitur gratia, ergo per contritionem perfectam statim recuperatur. Eundem sensum patres tribuere solent loco illi Is. 30 „cum ingemueris, tunc salvus eris.“ Cf. Leo, Ep. 91; [Augustinus], De vera et falsa poenit. c. 17.

4⁰ Adversarii concedunt in casu necessitatis hominem sine sacramento posse iustificari „atqui hic effectus vel ipsi per se contritioni debetur, vel alicui speciali dispensationi Dei, qui actum, secundum hanc ipsam oeconomiam, qua regimur, insufficientem, tamen acceptat non secus ac si ille valeret. Iam si primum fatentur adversarii, concedant oportet quod nos contendimus. Alterum vero gratis prorsus asseritur; unde etiam colligitur haec specialis dispensatio? Et cur, si id docent, non docent etiam in his casibus acceptari a Deo attritionem simplicem? Itaque quamvis huiusmodi effectus caritatis, quae iustificat, pendeat etiam ex misericordia Dei, qui contritionem acceptat tamquam idoneum et sufficiens medium ad amicitiam divinam recuperandam, tamen cum haec acceptatio lege quadam universalis et constanti statuta sit, nec in scripturarum testificatione ad instans necessitatis adstricta repraesentetur, effectus iustificationis tamquam proprius et veluti naturalis contritionis est habendus. Palmieri, De poen. th. 24, IX, 5).

Ad 1. Vide th. 13, p. III., ad 11.

Ad 2. Extra casum necessitatis iustificatus debet, ut salvetur, baptismum suscipere.

Ad 3. Similiter respondendum; docet „si potest recipi sacramentum, debere tunc recipi, nec satis esse caritatem ad salutem aeternam.“ Palmieri, De poen. th. 24 fin.

Ad 4. Si quidquam probat iste locus, probat sane etiam vel imprimis in casu necessitatis deesse medium se salvandi; quod adversarii nolunt admittere. Ceterum componatur cum s. Ephraemi Precat. ad Chr. I., ubi ob exiguum ploratum, paucis lacrimis ignem aeternum extingui docemur.

P. III. Sufficit contritio procedens ex motivo caritatis, vi cuius bonitas divina in nos relativa ob se ipsam super omnia appretiative diligatur.

Dub. 1. Catechismi ignorant istam caritatem perfectam, quae attributa Dei relativa pro motivo habet. Quam ob rem a Junghmann acrite impugnati sunt (Theorie der geistl. Beredsamk. II, 268). Adde Instructionem additam Concilio Romano sub Benedicto XIII.: Formula actus perfectae caritatis: „Deus meus, quia es summum, infinitum et perfectissimum bonum, te diligo super omnia etc.“ Ibidem sic interrogat poenitens: quinam est dolor perfectus, qui dicitur contritio? Resp. conf.: „Dolor perfectus seu contritio est dolor caritate perfectus, quo ex solo amore Dei ut summi boni nobis displicet super omnia mala, quod peccavimus.“ Cf. Schiffini, De virtutib. infusis th. 28.

2. Non est alia ratio, cur magis moveant attributa relativa quam absoluta, praeter amorem proprium.

3. Benignitas Dei eatenus est motivum, quatenus Deus actu nobis benefacit; atqui tale motivum, utpote ex rebus creatis desumptum, non potest esse motivum caritatis theologicae.

4. Dens non potest diligi ut beneficus sine respectu ad bonum, quod ab ipso accipimus vel speramus; ergo amor gratus est impurus.

5. Amore caritatis Deus ita diligitur, ut diligetur etiam si nihil ab eo acciperemus ideoque etiam si nobis non esset bonus.

6. Benignitas Dei in Deo est aliquid contingens; si igitur haec est ratio praecipua, ob quam Deum amamus, est extra essentiam Dei.

7. Si Deus consideratur ut benefactor, raro vel numquam percipitur ut summus benefactor, cum motivum amoris idem sit atque in humanis benefactoribus. Sed non benignitas quaecumque, verum summa est Dei proprietas.

Probatur sententia nostra 1^o ex obvio sensu loci 1 Io. 4, 19: Ἡμεῖς ἀγαπῶμεν αὐτόν, ὅτι αὐτὸς πρῶτος ἡγάπησεν ἡμᾶς (cf. v. 18: ἡ τέλεια ἡγάπη): ubi patet benignitatem Dei exhiberi ut immediatum caritatis theologicae motivum. Cf. Rom 8, 37; 2 Cor 5, 14. Illum locum

Augustinus explicat verbis: „Non enim haberemus, unde illum diligemus, nisi hoc ab illo, cum prior nos diligeret, sumeremus. De gr. Chr. c. Pelag. et Caelest. l. 1, c. 26.

2^o Eadem est patrum doctrina. Augustinus, De catech. rudib. n. 6 ss.: „Quae autem maior causa est adventus Domini, nisi ut ostenderit Deus dilectionem suam in nobis commendans eam vehementer? Quia cum adhuc inimici essemus, Christus pro nobis mortuus est. Hoc autem ideo, quia finis praecepti et plenitudo legis caritas est: ut et nos invicem diligamus et, quemadmodum ille pro nobis animam suam posuit, sic et nos pro fratribus animam ponamus, et ipsum Deum, quoniam prior dilexit nos et Filio suo unico non pepereit, sed pro nobis omnibus tradidit eum. si amare pigebat, saltem nunc redamare non pigeat. Nulla est enim maior ad amorem invitatio, quam praevenire amando: et nimis durus est animus, qui dilectionem, si nolebat impendere, nolit rependere. Ibi gratior amor est, ubi non aestuat indigentiae siccitate, sed ubertate beneficentiae profluit. Ille namque amor ex miseria est, iste ex misericordia. Cf. Ephraem., Paraen. 42, n. 9; Bernard., De diligendo Deo n. 1, 6, 14, 16.

3^o. In revelatione exhibetur recordatio beneficiorum Dei ut via praecipua, communissima, facillima pervenienti ad affectum verac caritatis. Cf. Io 13, 1; 2 Cor 8, 9; Gal 2, 20; Eph. 5, 2; 1 Io 16;

4, 10; Apoc 1, 5: Deut. 1, 6—4, 40; 7, 8; 10, 12. 15: 11, 1: 32; 2 Reg 12, 7 8; Is 5; Ez 16. Accedunt patres, ut Basilius (Regul. fusius tract., resp. ad interrog. 2, m. 2—4 ἐξ αὐτοῦ μόρον; Reg. brev. tr. ad inter. 212) et theologi ascetaeque probati omnes. Atqui eatenus via illa diligendi Dei est facillima, quatenus motivum caritatis sunt non solum attributa Dei absoluta, i. e., quae respectum ad salutem nostram non includunt, sed etiam relativa, seu bonitas divina spectata relative ut benignitas, misericordia etc. Neque enim adeo facile a vulgo saltem ex beneficiis ascenditur ad attributa absoluta, quae plerumque magis sunt remota, neque haec ita facile ut amabalia apprehenduntur. cum ex benefactis ad benefactoris benignitatem contemplandam eamque ut amabilem vivide apprehendendam proindeque diligendam sit transitus facillimus.

4^o „Vix reperitur in divinis litteris et apud patres expressio perfectae sinceraeque caritatis erga Deum, quae non feratur in ipsum ut est summum bonum nostrum. Hurter, Theol. dogm. comp. t. III., n. 468. Atqui mirum esset, si scriptura s. et patres, qui nos ad caritatem theologicam perducere volunt, de qua primum et maximum est mandatum (Mt 22, 37 s.), et cuius actus in V T. pro peccatoribus adultis semper, in N. T. saepe necessitate medii requiritur, verae caritatis motivum non commemorarent.

5^o Talis contritio aut ideo non sufficeret, quod deberet eius motivum desumi ex divina bonitate offensa, quatenus haec bonitas complectitur omnes Dei perfectiones (Alphonsus Lig. l. 6, n. 436) aut quod ex attributis relativis imperfectior amor oreretur. quam ex attributis absolutis. Atqui motivum caritatis A) non consistit necessario in collectione attributorum omnium. Nam a) actus caritatis tunc habetur, cum sumnum bonum amatur propter se ipsum. Atqui hac ratione amatur etiam, cum diligitur propter attributum aliquod relativum, ut amorem suum erga nos: nam hic amor eius est ipsum sumnum bonum, perfectio immensa, identificata cum Deo, licet per abstractionem formalem, non per praecisionem obiectivam, sub respectu tantum uno vel altero consideretur. b) Actus caritatis deberet elici aut ex percursis specialibus omnibus perfectionibus aut ex apprehensa perfectione generica. Atqui prius illud certe non potest fieri; sin alterum postulatur, postulatur motivum valde inefficax. „Quinimmo vix fieri potest, ut mens Deum caritate attingat, quin ab aliqua potius vel aliquibus specialibus perfectionibus ad id moveatur; neque enim in concreto moveri solent homines generica idea perfectionis, sed potius summo bono, quod in particularibus elicit. Id vero dum fit non excluduntur aliae perfectiones, sed non considerantur speciatim; neque ulla alioquin appetit ratio, cur aut omnes speciatim (quod impossibile foret) aut congregatim spectari debeant. Ballerini-Palmieri, Op. mor. vol. 5, s. 5, n. 39.

B) Neque ex attributis absolutis perfectior amor per se resultat: nam utrumque motivum est eiusdem perfectionis: neque per accidens. Etenim similitudo (unio) cum bono est causa (fundamentum ontologicum) amoris etiam benevolentiae. „Ex hoc enim, quod aliqui duo sunt similes quasi habentes unam formam, sunt quodammodo unum in forma

illa, sicut duo homines sunt unum in specie humanitatis et duo albi in albedine; et ideo affectus unius tendit in alterum, sicut in unum sibi et vult ei bonum sicut et sibi.“ Thomas, S. th. I. II., q. 27, a. 3. Iam vero haec unio, quae requiritur ad caritatem, difficilior cognoscitur in attributis absolutis quam in relativis. Praeterea ipsa attributa relativa, quippe quae in beneficiis patefiant, sunt nobis propinquiora, ideoque faciliora cognitu et amatu.

Ad 1. Opponi imprimis possunt catechismi alii, praecipue Catechismus Romanus p. 3, c. 2, n. 2. Nec quod non exprimitur, excluditur. Cf. Jungmann, Theorie der geistl. Bereds. II, 268 ss. Nisi in Ztschrft f. kath. Theol. 1884, p. 514 ss.

Ad 2. Responsum patet ex argumento 5^o.

Ad 3. Concedimus ad eliciendum actum verae caritatis movere benignitatem Dei non solum eatenus, quatenus sit per eam Deus ad beneficiendum promptus, sed et quatenus actu ipso Deus nobis benefaciat seu ipsam volitionem Dei v. g. redemptivam. Dicendum videtur respici et amari Deum formaliter tanquam benefactorem ita, ut moveat beneficentia activa vel volatio libera tantummodo virtualiter distincta a voluntate et essentia divina, non beneficentia passiva vel obiectiva, etsi sine hac correlativa utique vel esse vel cognosci vel cogitari beneficentia activa libera efficax nequeat.

Ad 4. „Diligitur Deus ens a se, principium omnium perfectionum, inter quas continentur etiam benignitas et ratio finis ultimi seu beatitudo obiectiva; quamvis beneficia in nos derivanda, item possessio et fruitio summi boni, qui sunt termini divinae benignitatis ac Deitatis beatificantis a caritate directe non spectantur.“ Wireburgenses, De virt. poen. n. 41.

5. „Propositio condicionalis, quae in maiore exprimitur, captiosa est, et nisi recte explicetur, occasionem praebere potest errori Quietistarum. Dupliciter itaque potest intelligi, caritate hominem ita disponi, ut paratus sit ad perseverandum in dilectione Dei, etiamsi Deus desineret esse ei bonus. Primum, quatenus quis se ostendat paratum ad permanendum in dilectione Dei, etiamsi in Deo deficeret id, ratione cuius est obiectum beatitudinis creaturæ rationalis. Iam vero hic sensus est plane absurdus. Deus enim est obiectum beatitudinis, qua et quia summum bonum; patet autem Deum non fore idoneum dilectionis (super omnia) obiectum, nisi esset summum bonum, quemadmodum non esset idoneum fidei vel spei obiectum, nisi esset summa veritas vel auxiliator omnipotens. — Altius modo conditionalis illa potest sic intelligi, quatenus caritas disponat hominem ita, ut se monstret paratum ad perseverandum in dilectione Dei etiam in hypothesi sive possibili sive impossibili, in qua ipsi foret desperandum de propria beatitudine aliquando obtainenda. Iam vero huiusmodi praeparatio animi, nisi vitetur per commenta Quietistarum nihil aliud exprimit, nisi ipsum ordinem caritatis, quo haec refertur in obiectum suum primarium. Homo enim ex caritate diligit Deum et se ipsum; sed Deum plus quam se ipsum, quemadmodum ex eadem caritate diligit se plus quam proximum.“ Schiffini, De virt. inf. th. 32 Obi. 3.

Ad 6. Dupli modo responderi potest a) Obiectum formale nostri amoris non est contingens, sed coniunctio ontologica, qua fit bonum nostrum. b) Amare non possumus Deum in abstracto, sed hunc concretum Deum, qui ab aeterno non fuit alius nec alius esse potuit ex sua natura quam nobis benignus hoc et hoc modo, quatenus scilicet ab aeterno est determinatus et immutabilis in sua voluntate.

Ad 7. Cum Deus consideratur ut fons omnium bonorum et beneficiorum, quae nobis a bonitate creaturarum obtingunt, certe proprietas eius est motivum amoris. Ceterum „omittendum non est amorem erga Christum crucifixum facillime amorem esse caritatis, atque dolorem de peccatis ex eo motivo conceptum, quod mortem et acerbissimos cruciatus in Salvatorem congesserint adeoque tantum malum Dei incarnati existant, ad contritionem perfectam pertinere. Nam qui benevolentia erga Christum afficitur, quem

seit et cogitat esse Deum, illi nihil deest quoad speciem caritatis seu amoris perfecti; qui vero hoc amore permotus ea horret et cavere vult, quae Christi tantum sint malum, sane etiam caritatis et contritionis exercet perfectum actum. Malum enim, ut Christi malum est, detestari et fugere nequeo, nisi bonum Christi, ut Christo bonum est, mihi placeat: quod fieri non potest, nisi Christus ipse eiusque persona mihi placet. At persona Christi divina est et infinita, nec quidquam invenitur in Christo. quod ut subsistens per divinam personam et ad eam pertinens, hanc infinitudinem et divinitatem non participet vel secum non trahat. Quidquid igitur est, quod me moveat ad amorem personae Christi: si illud tamquam perfectiōnem Dei incarnati concipio atque ad amorem efficacem et super omnia progredior, non videtur fieri posse, quin aut directe et exclusive, aut concomitanter movear perfectione in se divina, divina infinitudine, divina excellentia et dignitate, divina amabilitate, paucis: motivo, quod ad virtutem caritatis Dei spectat." Lehmkühl, Theol. mor. v. I, n. 319.

Schol. 1. Quemadmodum Deus per se non tenebatur (quod quidem Medina, Alvarez, Vasquez, Torres negarunt) actui caritatis vim ad remissionem peccatorum tribuere, ita poterat hunc eundem effectum etiam aliarum virtutum actibus alligare. Nam haec res tota ex positiva Dei dispositione pendet. Communis tamen sententia est, in revelatione soli actui caritatis vim iustificandi attribui (contra Mastriūm, Disp. 5. q. 5, a. 1, n. 92: Aversam q. s. 6 etc.) Quamquam eidem etiam ipsum Concilium Tridentinum favere videtur (cf. Sasse, De poen. th. 18, schol. 2), causa nondum videtur omnino finita esse. Certe De Lugo (disp. 5, s. 1), licet sententiam communem amplectatur, rationes non spērandas affert pro adversa opinione, qua et motiva virtutis religionis, poenitentiae, oboedientiae, gratitudinis erga Deum sufficere ad perfectam contritionem possint. Et opinioni quidem huic doctrina theologorum praesertim antiquorum favet, qui motivum attritionis non nisi poenam cognoscere videntur; et in scriptura (ut Ez 18, 21. 22. 27. 28. 31. 32) et apud patres e. g. Io. Chrysost. (passim), Ephraemum (Precat. IV ad Deum etc.) universalius motivum contritionis solius caritatis videtur indicari: et ipsa fragilitas humana crebrius et facilius remedium haud scio an efflagitet. Cf. de hac re Vasquez, q. 85, a. 2, n. 45: F. A. Blau ap. Kopp, Die kathol. Kirche im 19. Jh. 1830 S. 74 ff. S. 76: Gehr, Die h. Sacramente II., 112 f. Sententia autem, in articulo mortis sufficere quaelibet motiva ad contritionem perfectam, saltem si accedant preces ecclesiae pro defuncto (Slavorum litt. theol. III. 92—4) singularis est.

Schol. 2. Contritio non iustificat eo sensu, quod actus contritionis sit causa formalis iustificationis, (cf. Suarez, In III. p. t. 1, d. 4, s. 8: De Lugo (contra Vasquez), De poen. disp. 8, n. 98—116, 118—9, 144: (Stentrup, Soteriol. t. I., th. 14); haec est enim ipsa gratia sanctificans: sed contritio perfecta est dispositio moralis, quatenus homo facit, quantum in se est ad tollendum obicem, et causa meritoria vel satisfactoria, quatenus haec dispositio imperfecte (de congruo) satisfacit (quod Capreolus, Hosius, Ledesma et maxime Medina impugnarunt). „Perfectum autem meritum vel satisfactio de condigno [quod ei tribuebant Cajetanus, Paludanus, Soto], non potest illi attribui respectu remissionis peccati, quidquid aliqui moderni dixerint: tum quia alias non fieret gratis remissio, tum etiam, quia tale meritum vel satisfactio

supponit iam remissum peccatum. Suarez, De poen. disp. 8, s. n. 15.

Schol. 3. Obligatio contritionem perfectam eliciendi in peccati mortalis reo nonnumquam adest per se, scilicet in evidenti aut probabili mortis vel amentiae continuae periculo, nbi claves adiri non possunt. Cf. Wietrowski, De poen. concl. 14, c. 3, § 4. Per accidens (i. e. ut aliud praeceptum debite impleri possit) necessaria est contritio perfecta, si minister consecratus exsistens in mortali administrare et confidere debeat sacramentum, nec adsit copia confessarii, vel si quis reus peccati mortalis suscipere debeat sacramentum vivorum et confiteri non possit aut nolit, vel si quis in statu peccati mortalis graves tentationes patiatur, quas existimat superare se non posse, nisi conversus ad Deum maiora auxilia gratiae obtineat. Haec quidem ab omnibus conceduntur.

At quaestio est, num obligetur is, qui grave peccatum commisit, ut quam primum conteratur. Afferere hanc obligationem ipse s. Thomas videtur, In l. 4. dist. 17, q. 3, a. 1, s. IV (Suppl. q. 6, a. 5): „Respondeo dicendum, quod cum propositum confitendi sit annexum contritioni, tunc tenetur aliquis ad hoc propositum, quando ad contritionem tenetur: sc. quando peccata memoriae occurront, cum praeceps in periculo mortis existit aut in aliquo articulo, in quo sine peccati remissione oporteat eum peccatum incurtere. Cf. II. II., q. 62, a. 8. Similiter Bonaventura loquitur, In l. 4, d. 17, q. 3. Certe hanc opinionem tenuerunt Guilelmus Par., Thomas de Argentina, Antoninus, Caetanus, Petrus Soto, Io. Maior, Cardenas, Amort (saltem sub veniali), alii. Quae sententia ita potest suaderi Teneatur sane attingere finem nostrum ultimum, ad quem unicum medium est: manere in gratia Dei; obligatio, quae habetur ad hoc medium, laeditur quovis gravi peccato, sed propterea non desinit, mutatur tantum in obligationem recuperandi eam iam haec obligatio natura sua est potius obligatio ad id, ut non simus in statu peccati seu inimicitiae divinae ideoque negativa et obligans semper, quando peccata memoriae occurront. Et potest confirmari: Si liceret manere in statu inimicitiae eum Deo, etiam liceret hunc statum positive velle. Sed hoc certe est peccatum.

Praeterea pessime profecto sibi consultit, qui se exponit periculo tum iacturae temporis, quatenus nec in via salutis progredi possit nec quicquam lucri ex operibus suis possit percipere, quod aeternae vitae condignum sit (cf. 1 Cor. 13, 2. 3), tum proruendi e peccato in peccatum (cf. Thom. Aq. I. II., q. 109, a. 4), tum et aeternae damnationis: omnibus quidem dictum est „vigilate“: at peccatori praeceps dictum videtur: „Qua hora non putatis veniam“. Cf. Gregor. M., Hom. 12 in evang.; Hilar., In Mt. c. 24 Hieron., In Mich. c. 6. Nee iuvat opponere providentiam divinam nam experientia est contraria, „nihilque verius, quam quod a crepundis audivimus, gerere viperam in sinu, qui corde peccatum gerit. Unde Eccli 21: Tamquam a facie colubri fuge peccatum. Cf. Mt 24, 41; 25, 13; Me 1: 35; Le 12, 39 s.: 21, 34: sed omnia, quae in scriptura proponuntur sub comminatione aeternae damnationis, posita sunt sub rigoroso praeepto, ut docet Suarez, De fide, d. 1, s. 1, n. 2. Et sane ille, qui subito moritur

imparatus et aeternam damnationem incurrit, dignissimus est vituperio et reprehensione eo, quod non se praeparavit tempestive reducens se ad statum iustificationis. Ergo peccavit in eo, quod se non praeparavit. Quod ulterius explicat Cardenás, Crisis theol. diss. 6, c. 3, a. 3, n. 77. Et confirmatur: Datur obligatio statim sublevandi proximum laborantem extrema paupertate, peste, aut captivatum a piratis, quamprimum id fieri potest. Ergo idem faciendum circa animam spoliatam gratia, infectam peste peccati et captivatam a daemone.

Nec argumenta adversariorum quidquam valere videntur. Dicunt enim

a) Si praeceptum contritionis obligaret statim, ut post peccatum impleri moraliter potest, peccaret homo, quoties illud negligeret: centies proinde in hora, si centies in memoriam redeat peccatum. Atqui haec sunt nimis dura et contra sensum fidelium, qui de iis peccatis non se accusant, nec de iis a confessariis interrogantur. Cf. Suarez, De poen. disp. 15, s. 5, n. 3.

b) Si talis obligatio haberetur, sequeretur, ut claves adiri non possint nisi a iustificatis. Cf. De Lugo, De poen. disp. 7, n. 201.

Ad *a)* facile respondetur. Nam „huius difficultatis solutionem praestolamur ab adversariis. Ii nempe fatentur 1^o hominem in probabili mortis periculo, prohinc ab initio periculosae navigationis teneri ad contritionem 2^o id quoque indulgenter concedunt, eum qui ad quattuor vel quinque menses contritionem differt, novi tandem peccati reum fieri. Dicant ergo, quot admittat peccata, qui per longum procellosae navigationis tempus, ne semel quidem ingemuit, quod Dei hostis esset, etsi quotidie praesentem sibi intentarent omnia mortem. Dicant, quoties peccata geminet, qui funestum attigit tempus, quo tandem urgere incipit serii doloris praeceptum. Quod responsum dabunt, id a nobis datum putent.“ Collet, De poen. p. 2, c. 4, n. 296.

Ad *b)* dicendum videtur sequelam hanc tunc esse futuram, cum omnes obligationes hominibus semper innotescant et ab eis semper implebuntur.

Sed sententia adversariorum (inter quos sunt Durandus, Medina, Adrianus, Soto, Cano, Suarez), nobis tuenda videtur ideo esse, quia illa obligationem contritionis statim post peccatum eliciendae imponens non sufficienter probatur.

Nam ad argumentum primum dicendum videtur esse: ad manendum in gratia divina non praecise ideo obligamur, ut salus nostra sit secura, sed ideo quia excidere ex ea non possumus nisi peccato. Obligatio autem recuperandi eam est obligatio ad id, ut non simus in statu peccati permanenter eumve manere velimus, sed non ad id, ut ne ad breve quidem tempus in eo simus eumve permittamus manere. Non est igitur negativa obligatio, sed positiva, faciendi ea, quibus finis ultimus possit obtineri. Cf. Suarez, disp. 15, s. 5, n. 4; Beccanu, De sacr. c. 35, q. 7, n. 5 ss. Ex illa porro poenitentiac omissione ad aliquod tempus non sequitur, quod homo contemnat Dei amicitiam virtualiter aut interpretative: quia amicitia Dei perdita non censetur contemni ex eo, quod aliquo tempore non quaeritur, nisi adsit obligatio pro tempore

eam quaerendi, modo alias possit recuperari. — Ex dictis videtur sequi licere peccatori nolle poenitere pro aliquo tempore, cum videatur ei licitum nolle facere, quod non tenetur facere. Inde tamen non sequitur, quod peccatori liceat velle perseverare in statu peccati mortalis et inimicitiae Dei: hoc enim esset positive et formaliter velle aliquid per se et intrinsece malum, nempe esse obiectum divini odii ac proinde esset velle ipsam malitiam; quod non contingit in priore casu, cum non poenitere non sit intrinsece malum, sed solum per accidens ratione praecepti, quando hic et nunc urget. Unde cum non urget, nullam involvit malitiam. Neque enim in peccatore non poenitere est formaliter in peccato perseverare, sed solum consecutive. Unde peccator, qui vult hic et nunc non poenitere, non propterea vult perseverantiam inimicitiae Dei: etsi enim is, qui vult antecedens, velit etiam consequens saltem interpretative aut virtualiter, quando consequens per se connexum est cum antecedente, non tamen, quando solum per accidens connexum est, nisi aliunde sit obligatio vitandi illud antecedens. Quorum neutrum in nostro casu reperitur; nam neque perseverantia amicitiae Dei per se connexa est cum negatione poenitentiae, sed solum per accidens, ex suppositione peccati ante commissi, decreti divini de peccato sine poenitentia non remittendo.“ Platelius, Synopsis p. V n. 620—2.

In secundo argumento non probatur tantam diligentiam adhiberi oportere ad salutem consequendam, ut etiam remotum periculum evitetur; et sane consequenter dicendum foret quemvis hominem securissimum statum debere eligere: Cf. De Lugo, De poen. disp. 7, s. 11, n. 228. Et quoad confirmationem neganda est paritas. Cf. Wietrowski, De poen. concl. 14, c. 2, § 4; Gonet, Clip. theol. t. 5, disp. 7, n. 109 ss.

Ceterum mira esset institutio clavium, si proprius eius finis non posset sine peccato saltem materiali attingi. — Item mirum esset praeceptum ecclesiae, ut fideles — non statim post peccatum commissum, sed — semel in anno claves adeant. Cf. M. Linek S.J., Commentationes theol. de poenit. p. I, c. 4, prop. 6, pr. 3^o.

Eodem modo reicienda est sententia de obligatione ad displicantiam saltem imperfectam de peccato, quoties menti occurrit, quam statuit v. g. Pallavicini. Argumentum enim, quo probatur, infirmum est. Dicunt enim: Qui non elicit attritionem de peccato cum proposito tendendi ad veram conversionem, censetur approbare statum peccati. Nam cum sentit monitionem Dei de conversione et negligit concipere displicantiam de peccato, positive approbat peccatum, quia illa monitio Dei exigit declarationem positivam, nec sinit hominem esse neutralem, ut patet ex Lc 11, 23: Qui non est mecum, contra me est. — Sed talis monitio non est censenda nisi consilium; nec verba Lc 11, 23 etiam ad hoc applicari possunt.

Quod vero s. Thomas dicit (S. th. p. III. q. 84, a. 8) poenitentiam debere durare usque ad finem vitae, semper enim debere homini displicere, quod peccaverit, intelligit de poenitentia conservanda negative, h. e. de numquam concipienda complacentia peccati sui.

„Non est autem, cum talia modo diximus, ut quis propterea existimet, a nobis perniciosa sustineri poenitentiae procrastinationem: equidem longe aliud est, quem non e vestigio criminis commissi poenitet, novo peccato minime contaminari, dum omnis prorsus ad peccatum affectus exulat; et aliud poenitentiam ad vitae exitum, annos, vel tempus aliud omnino longius traducere. Primum scholastice sustinemus, alterum vero damnamus, cum in eiusmodi animi determinatione, qua ad longius tempus poenitentia differtur, vixdum quidam abesse possit contemptus divinae reconciliationis, ipsumve sensim adfluat in alia etiam graviora, quin et finalem impoenitentiam prolabendi periculum. Linek. Com. th. de poen. p. I, c. 4, prop. 6, adnot.

Ad. Spaldák.

EXTERNA AD NOS PERTINENTIA.

Jos. Kern S. I., De sacramento extremae unctionis tractatus dogmaticus. Ratisbonae 1907. Pag. 396, pret. 4 K.

Inter omnes libros theologicos, qui hoc anno editi sunt, hunc viri doctissimi et sagacissimi, pro dolor hoc eodem anno 21./IX. Oeniponte subitanea morte e hac vita erexit, plurimi aestimare non dubito. Ad persuadendum nobis de eius praestantia tempore nostro investigationum in theologia dogmatica minime fecundo satis est librum hunc inspicere, etsi non cum libris aliis eandem rem tractantibus comparatur. Cum in eodem multa exponantur, quae ad controversas inter orientales et occidentales theologos quaestiones spectant, sententias eius lectoribus nostris uberius aperiendas esse visum est.

Veritate sacramenti unctionis infirmorum doctissime et copiosissime demonstrata (p. 1—80), K. agit de fine huius sacramenti (p. 81—114). Quem statuit esse perfectam sanitatem animae cum immediato eius introitu in gloriam, nisi restitutio salutis corporalis hominis naturaliter morituri magis expediat (p. 82). Quam sententiam appetet ab eis probari non posse, qui negant patere defunctis, quibus nihil luendum sit, caelum (exceptis martyribus), aliis autem purgatorium instare. Argumenta igitur utrumque simul efficiant necesse est. Non tamen eadem firmitate eademve claritate omnia, quae afferuntur, animos percellunt. E concilio Tridentino (102—5) e scholasticis (89—98) certa sumuntur argumenta ita, ut mirum sit doctrinam a tot priscis scholasticis expositam oblivioni dari potuisse, etsi huius rei aliquae rationes afferri queant (105—8); ex aliis testimoniis Latinis s. Egberti Ebor. verba certe clara sunt (M. 89, 416), alia tamen ex occidentali ecclesia allata (p. 87—8) postponenda videntur. E Graecis auctoribus Manuel Calecas rem clarissime testatur (»ut sc. nihil in eo residuum sit, quominus excedens futuram gloriam consequi impediatur« M. 152, 607); purgatorium ad eos non pertinere, qui hoc sacramento opportune usi sunt, etiam Ordo lampadis Alexandrinus (ap. Denzinger, Rit. Orient., t. II., p. 500 s.) bene exprimit, etsi proximam visionem non eadem claritate testetur. Cum baptismi effectu perfecta remissio peccatorum unctione obtinenda comparatur etiam in »Officio s. Olei« ecclesiae ritus Graeci (Goar, Euchol. p. 337 s.).

Cum igitur finis (operis) huius sacramenti in se spectati sit praeparatio ad possibilitatem immediati introitus in gloriam, necessario etiam effectus, ad quem essentia sua est destinatum, eadem praeparatio est, eadem plenaria innocentia restituta, quam Scotus dicit effectum totalem (p. 95). Sanitas cum hoc effectu aliter connexa non est, nisi quatenus sublata omni criminis ratione morbus cessat, si corporalis infirmitas est poena peccati (p. 82. 214).

M. Arhangel'skij (Izslēdovanie ob istoričeskom razvitiu čino-soveršenija Eleosvjaščenija Spb. 1895, p. 4), A. Běljaev (in Pravosl. Bogosl. Enciklopedija, t. V., c. 406) alii contra Latinos tenendum esse docent, sacramentum unctionis infirmorum non esse praeparationem ad transitum e vita iuvandum, verum institutum ad sanandos infirmos. Qua ratione non oppugnant veram ecclesiae catholicae doctrinam sed abusum unctionem in solis moribundis adhibendi, quem cum doctrina de fine connexum esse putant.

Sententia theologorum orientalium a K. praecipue eis refutatur, quae de modo dicit, quo sanitas hoc mysterio s. olei — per redundantiam spiritualis confortationis in corpus — producatur (p. 194—215). »Cum enim allevatio et convalescentia corporis oriatur ex redundantia sanationis spiritualis in partem inferiorem, illa nequit dici primo et per se induci, quin simul affirmetur, dona spiritualia maxime pretiosa, quibus anima praeparatur ad immediatum introitum gloriae, tribui mere ut media ad bonum in se ordinis toto genere inferioris« (p. 227). Haec enim sententia de efficienda unctione sanitatem, ut alia omittamus, evitat omnia incommoda aliarum. »Amovet praesertim intolerabilem opinionem, sanctos omnes, qui consecrato oleo inuncti diem supremum obierunt, aut perituros aut de excelso suo statu lapsuros fuisse, si convaluerissent; vicissim remedio divino sanatos omnes esse praedestinatos vel ad minimum per longius tempus in virtute progressuros... Amovet deinde haec doctrina opinionem, Unctionem infirmorum habere effectum pendente pure a libero decreto Dei, ita ut ob rationes subiecto externas saepe impediatur« (p. 211).

Praeterea in Orientalium sententia euchelaeon confert gratiam sanctificantem directe qua sanativam. Quomodo ergo simul effectus spirituales secum fert? (p. 228).

Tandem fructus, ad quos sacramenta primario et per se ideoque essentia sua diriguntur, semper producuntur, nisi id subiectum impedit. »Sed restitutio sanitatis saepissime aegrotis sub omni respectu optime dispositis non contingit, cum tamen omnibus, non solum graviter decumbentibus, sed etiam caecis, claudis et quovis defectis corporis laborantibus perfecta sanitas deberet redi, si euchelaeon essentialiter ad eam ut finem proximum esset destinatum« (p. 228).

Optime notat K. Macarium suis verbis probare restaurationem sanitatis esse effectum condicionatum tantum, neque posse esse fructum, ad quem sacramentum primo et per se ordinetur (p. 228). Explicatione vero episcopi Stephani (Tainstva i obrjady pravoslavnnoj cerkvi. Har'kov. 1904. P. 22 s.), qui duplicem distinguit morbum et duplicem sanationem: perceptibilem et imperceptibilem et omnes digne sacramentum suscipientes ab alterutro morbo liberari docet, ostendit deserit id, quod illustrari ea Stephanus cupiebat (p. 230). Nam illae maculae et vulnera corporis, quae ex peccato oriri et unctione curari dicuntur, nihil aliud sunt nisi id, quod nostri theologi vocant reliquias peccatorum in parte hominis inferiore. Ceterum Iacobum apostolum non loqui de morbo vel occulto vel aperto manifestum est (p. 292).

Praeparatio illa ad introitum in gloriam nonnullas rationes complectitur, quae effectus particulares dici possunt. Qui sunt: 1. remissio peccatorum mortalium: si infirmus peccati mortalis reus per impotentiam vel ignorantiam ab obligatione confitendi vel eliciendi actum contritionis perfectae excusatur, per extremam unctionem iustificatur, dummodo saltem habitualiter sit attritus (p. 176); etiam ad hunc effectum producendum esse hoc sacramentum institutum omnino tenendum est (p. 183). — 2. remissio peccatorum venialium (p. 186—8). — 3. remissio poenarum temporalium: »qui plenum fructum nanciscuntur, plenam poenarum relaxationem consequuntur p. 190. — 4. confortatio animae aegroti.

Inter hos effectus particulares principalem (i. e. illum, ad quem s. unctionis essentia sua est destinata et ratione cuius omnes alii fructus

conferuntur) *K.* — supposita doctrina, huius sacramenti omnes et solos eos, qui graviter aegrotos se sentiunt esse capaces (p. 236—8) — ponit »confortationem animi hominis infirmi, qua roboretur contra pericula debilitatis spiritualis, quae gravem morbum consequitur« (p. 227). Qui effectus solum per accidens in eis, qui usum rationis actu non habent, impeditur (p. 312—3).

Quaerens de materia sacramenti unctionis infirmorum *K* oleum non posse a sacerdote nisi potestate ab episcopo delegata valide consecrari contra theologos orientales (*Arhangel'skij l. c. 130*) probat ex traditione (M. P. L. 20, 559 ss.; 67, 240; 56, 517; 84, 644; 88, 913; Harduin IV., 1040; 1395) et ex Tridentino (p. 122—4). Unctionem quinque sensuum non esse a Christo institutam, quod a multis occidentalibus statutum, a multis orientalibus exprobratum est, clare ostendit p. 133—141. Cuius rei historia etiam uberior exponi poterat (cf. *Arhangel'skij l. c. p. 137—9*).

Cum de ministro huius sacramenti agitur, quaestio de numero presbyterorum administrantium tractatur. Nonnullos theologos orientales — auctoritate ni fallor Simeonis Thessalonicensis, qui unum presbyterum euchelaeon confidere vetat, ductos — putare pluribus quam uno ministro opus esse saltem — cf. aep. Ignatij, O tainstvaѣ edinoj svjatoj, sobornoj i apostolskoj cerkvi² Spb. 1863. P. 274 — extra easum necessitatis, notum est; quamquam usus, qui nunc est in Russia (cf. *Arhangel'skij l. c. p. 47 s.*) ab usu Romano non multum discrepat. *K.* ostendit locum s. Iacobi interpretandum esse de vocandis presbyteris, quos aegroti in propria ecclesia habent: vel solum episcopum vel tantum unicum presbyterum [potestate tamen ab episcopo delegata — p. 122] vel episcopum cum presbyteris (p. 256); unde sequitur ecclesiam pro diversitate temporum et locorum diversum numerum ministrorum posse definire. Idem probat ex traditione; ex oriente affert id quod narratur de s. Hypatio (Bolland., Acta SS. 17. Iun. p. 251; cf. similem rem ibid. 14. Mart. p. 348); praeterea allegat Cassiodorum (M. 70, 1380), Isaac Antiochenum (Bickell, S. Is. Ant. Opera onn. p. I., p. 187 s.), veterem usum in Russia similem fuisse ipse *Arhangel'skij* (l. c. p. 108) confirmat testimonio saeculi XI. (1062—74).

P. 338—363 probatur repeti sacramentum, cum a compluribus ministris (alio post alium, non simul) totum administratur. Unde conclusionem Arhangelskii (l. c. p. 156) ecclesiae plures unctiones praecipienti persuasum esse unam non sufficere ad gratiam producendam, falsam esse cognoſcitur, etsi verum est unicam unctionem non esse efficacem nisi ceterae fieri omnino non possint (ibid. 157), quod *K.* optime explicat p. 327. Propterea a *K.* statuitur etiam unctionem infirmorum in eadem infirmitate etiam manente eodem mortis periculo valide (p. 338—358), et si morbus diuturnus sit, etiam licite secundum legem ecclesiae Romanae conferri posse (p. 358—362). Comparata cum lege ritualis de iteratione unctionis legem ecclesiasticam communionem eodem die repeti vetantem (p. 362) frustra in decretis quaesivi.

Deinde tractatur quaestio, quae iam antea in Slavorum litt. theol. III, 63—8 exposita est, de valore unctionis infirmis a sacerdotibus ecclesiae orthodoxae administratae.

Quod subiectum sacramenti unctionis infirmorum attinet, contra nonnullos orientales theologos statuitur: »Etsi theologi orientales recte vituperant consuetudinem intra ecclesiam Latinam valde diffusam non administrandi s. unctionem nisi in gravi periculo mortis proxime instantis, vehementer tamen errant, cum ecclesiae ipsi attribuant doctrinam, extremam unctionem tantum morientibus esse concedendam« (p. 300). Nam illud, quod post Simeonem Thessal. (M. 155, 518 s.) repetunt Ignatij (l. c. p. 279 s.), Běljaev (l. c. 406), Makarij (Prav. dogm. bogosl.⁵ § 231), Arhangelskij (l. c. 76—9), Mesoloras (Ἐγχειρίδιον p. 219), Chrestos Andrusos (Δοκίμ. συμβ. p. 336) ecclesiam

occidentalem s. unctionem non administrare nisi morientibus, ex abusibus (cf. Innocentij, Oblicitel'noe Bogosl. II., 378) concluditur, non ex decretis conciliorum aut ex approbatis catechismis. Differentia tamen est in doctrina de fine huius unctionis, quam iam notavimus, et de periculo (vel timore) mortis sitne necessarium in subiecto necne.

P. 297—300 K. nonnulla particularia determinat. Inter alia docet Si morbus videatur gravis et periculosus esse, revera autem nullum adsit discriminem vitae, certe valide et licite ministratur sacramentum; si vicissim infirmus graviter affligitur per morbum, qui natura sua est quidem periculosus, sed nondum videtur secum ferre discriminem vitae, pariter valide et licite praebetur s. unctio. Si morbus secum ducat periculum certum mortis, sed remotae, valide datur sacramentum (plithisi v. g. laborantibus). Si morbus leviter tantum affligit aegrotum, coniungitur autem cum periculo mortis instantis, et valide et licite sacramentum praebetur. Ibi contra Arhangel'skij (l. c., p. 89) defendit etiam iis, qui prae senio sine alia infirmitate deficiunt et in diem morituri videntur, sacramentum esse praebendum. Negat enim senem talem non esse graviter aegrotum; cum ille opponat, medicos sanare morbos non senium, K. respondet hinc solum sequi, senium non includere merum periculum mortis, sed eius certitudinem; quam esse impedimentum praebendi euchelaeon, nec Arhangel'skij affirmaverit. Etiam argumentum eius ex usu precationum senio deficientibus non convenientium probaret id sacramentum negandum esse omnibus, qui naturali modo mortem propinquam effugere non possunt.

Contra Graecam consuetudinem ac doctrinam -- quacum et Russos discrepare statuit excepto ep. Stephano (l. c. p. 18 ss.) ¹. tenet sanis unctionem s. administrari non posse. Quod Russos attinet, notandum est, allegatos theologos (Ignatij l. c. 265, Makarij l. c. p. 470 s., Mal'cev, Die Sacramente p. 451) non negare expresse valorem unctionis sanis administratae, Arhangelskij non solum valorem affirmare (l. c. p. 94), sed etiam mente aegris eam concedere (p. 69) cum Simeone Thessalonicensi (*ἀρρωστία σώματος ἡ καὶ ψυχῆς μόνον*), denique alios Russos eam etiam eis, qui ex capite laborant, permittere (Nov. Skriž. IV., 69 ap. Arh.). — K. docet, auctoritate s. scripturae, perenni traditione et ratione theologica constare, solum gravi morbo laborantes esse capaces extremae unctionis (p. 290). Fatetur quidem usitatum argumentum e vocabulo *ἀσθενεῖ* ductum omnino debile esse, sed e verborum contextu probat s. Iacobum excludere a sacramento eos, qui graviter infirmi sunt. Tamen, cum s. Iacobus de sacramento natura non agat ex professo, sed de usu eius in aegrotis, hoc arguento non videtur omne dubium excludi (cf. Museum. Brno 1905, 31). Traditionis testimonia, a catholiceis hic pluris habenda, satis parce afferuntur. Usus Coptorum et Iacobitarum, de quo cf. Katanskij, Očerk istorii obrjadovoj storony tainstva eleosvjaščenija in Hrist. Čtenie 1880 II, p. 118; Petrov, Vost. hristian. obščestva Spb. 1869, p. 34, non hic, sed alibi tantum tangitur (in nota p. 135), neque ea, quae ad vetustatem usus sanos (paenitentes) ungendi »oleo infirmorum« (vet. versio Arab. ean. Nicaen. etc.) ad consummandam paenitentiam et reliquias peccatorum tollendas afferri solent (cf. Slav. l. th. I. 8—9) nisi in genere (quoad Graecos) auctoritate Goarii refelluntur, neque illud, quod Graeci Latinis obiciebant de unctione paenitentium oleo infirmorum ad effectum baptismi obtinendum explicatur (cf. Hergenröther, Monumenta Graeca ad Photium eiusque historiam pertinientia. Ratisb. 1869, p. 62—71; Sl l. th. I., 164), solum secundum Arhangel'skij usum sollemnis unctionis feria V in cena Domini (de quo cf. etiam A. Uspenskij, Obščee eleopom. v. vel. četv. i sub. in Mosk. Cerk. Vědomosti 1904 (36) N. 12, p. 153—7) negatur ante saeculum XVI. fuisse euinque ex usu non sacramentali s. olei ortum esse concitum et generatim contra Juénin negatur (p. 296) praxim sanos ungendi apud Graecos antiquitus fuisse. Ad rationem adversariorum ex

eo ductam, in vulgari Latinorum sententia nihil determinati statui, unde valor pendere dicendus sit, *K.* indirecte respondet pendere non a morbi natura sed a sensu infirmi (p. 298); etsi ita nonnumquam leviter quoque aegroti, immo hypochondrii subiecta capacia unctionis infirmorum evadant, condicio valoris satis determinata est nec cum determinato gradu rei plus et minus admittentis — nobis utique occulto — coniuncta. — De unctione olim mortuis administrata (cuius ritus invenitur e. g. in Trebnik Moscovensis bibliothecae synodalis N. 374, saec. XV.) *K.* non agit.

Usum rationis esse necessarium (p. 307—312), item intentionem (p. 316—320), ut s. unctionio administrari possit *K.* tenet cum Arhangelskij (l. c. 98—107); sed secundum huius temporis consuetudinem in ecclesia vigentem, quae etiam in Trebnik Petri Mogilae approbat, dicit sufficere usum rationis aliquando habitum et intentionem habitualē implicitam (313—6, 182) — contra eundem Arhangel'skij et alios recentiores theologos negantes dormientibus vel mentis non compotibus unctionem posse prodesse, item contra antiquam consuetudinem occidentalē quoque ecclesiae. Ratio eius est, quod cum sacramenta agant ex opere operato, quod in baptismo infantium sane manifestum est — omnia adsunt, ut uncti torpentes possint percipere ius ad supernatura auxilia et cum eo omnia bona, quae cum ipso immediate connectuntur: remissionem peccatorum, quorum necessaria detestatio praecessit, condonationem poenae temporalis pro habituali dispositione. Quod hic et nunc robur acceptum [in sententia eorum, qui remissionem venialium solum mediate effici docent ut Alex. Halensis et Bonaventura, neque hanc] possunt actu exercere, quia debilitatio mentis excessit gradum, qui relinquit facultatem exercendi actus humanos, per accidens est (p. 312—3).

Praeter haec multa alia quoque praeclare exposita sunt, quae tamen ad nos minus pertinent. Claritas in exponendo, subtilitas in inquirendo, accuratio in concludendo, eruditio in adornando libri virtutes sunt praecipuae. Omnino verum dixit L. Maupréaux de hoc libro in Revue Augustinienne 1907 p. 763. »La théologie de l'Extrême-Onction n'a pas été soumise à épreuve plus sérieuse, à critique plus impatiente et plus organisée.«

Ad excellentiam eiusdem libri augendam certe etiam id confert, quod in eo theologiae orientalis aequa ratio habetur, quod raro hucusque evenit.

Conspectum librorum adhibitorum desideravimus, praesertim cum saepius allegentur auctores titulo libri contracto. Non repperimus nominatos libros Ben. de Gaetanis, Rossignoli, Glaser, Schmitz, Contareni, Hurtadi, Herminier, Petri a. s. Iosepho etc. Sententia Ant. Hiquaei (In Scoti l. 4, d. 23. Paris. 1894, t. XIX., p. 23 ss.) de principali effectu extremae unctionis commemorari apte potuit.

Typographus satis emendate rem edidit; tantum mira constantia in litteris maioribus diversis typis i et j descriptsit, in minutis signum unum (i) adhibuit.

Studium huius libri quam maxime commendamus non minus theologis orientalibus quam occidentalibus.

Ad. Špalda.

Plac. de Meester, O. S. B., Etudes sur la Théologie orthodoxe:
II. La théologie proprement dite. 1. Dieu, un dans son essence. 2. Le dogme de la s. Trinité. 3. Le Filioque. 4. Différences entre Grecs et Latins. Conclusion. Extrait de la Revue Bénédictine t. XXII. (1906) pp. 45—62, 232—240; t. XXIII. (1907) pp. 86—103.

Quibus Graeci a Latinis differant in tractatibus de Deo uno et trino, praesertim in quaestione illa celeberrima de Filioque, auctor cl. methodo positiva, non tam redarguendo et convincendo quam differentias proponendo, clare perspicue et ample simul ac breviter scribit.

Theologi in libris manualibus plerumque primo de theologia simplici (*θεολογία ἀπλῆ*) i. e. Deo uno (essentia), trino creatore et conservatore mundi tractant, dein theologiam salutis (*θεολογία οἰκουμένη*) seu de mysterio redemptionis proponunt. (Opty pravoslavnago dogmatičeskago bogoslovija, auctore episcopo Sil'vestr 2. vol. 3. ed. 1892. Théologie orthodoxe, II. p. 30. Macarrii. Θεολογία Κριτοπόδου, I. p. 187 editore Michaleescu. Photius, III., p. 481 auctore Hergenröther.)

1. De Deo uno in essentia sua. Nullus intellectus creatus potest comprehendere essentiam Divinam, cum nulla sit comparatio inter esse creatum et increatuum. (Petrus Mogilas, I. part. 8. quaest. Michaleescu, p. 31). Tamen aliquam cognitionem ex dupli fonte, ratione ac revelatione, omnes admetunt. — Dein existentia Dei probatur. Sed non adaequant profunditatem ac certitudinem scholae (cf. Georgiades, Πραγματεία περὶ τῆς ὑπάρχεως τοῦ Θεοῦ ἐν γένει Athenis.) Inprimis argumentum teleologicum magni faciunt. (Akvilonov, O fisiko-teleologičeskom dokazatelstvě bytija Božija. St. Peterb. 1905). Sunt quoque, qui argumentum ontologicum multum tractent. Zikos Rossis (in dogmat. sua p. 176) propter transitum ab ordine ideali ad ontologicum (exsistentiae) illud reicit. Conferunt argumentum s. Anselmi cum ideis Descartes, Spinoza, Kant et Fichte. Minus quaestionem de conceptu essentiae div. curant. Ipse Makarij „vanas et inutiles disputationes scholasticas“ hac de re vituperat. De attributis divinis copiosius tractant. Makarij attributa dividit: 1. quae spectant essentiam divinam generatim i. e. esse, intelligere et velle simul. 2. quae spectant tantummodo intellectum div. 3. quae ad solam voluntatem div. pertinent (op. cit. II., p. 128; similiter Sil'vestr op. cit. §§ 58—62). Uterque auctor recte docet, ipsa attributa non realiter distingui ab essentia divina, sed in ea solum fundamentum distinctionis, quam nostri conceptus exhibent, inveniri. Hesychastae, ut ostendit Gregorius Palamas, falso statuerunt, attributa divina ab ipsa essentia div. et inter se distingui eaque esse inferioris ordinis (Uspenskij, Očerki po istorii vizantijskoj obrazovnosti. Petropoli, 1891, pp. 246—365; Stein, Studien über die Hesychisten des 14. Jahrh. Viennae, 1873 etc.). — Si confers utramque theodiceam, Latinam cum Graeca, magnum appareat discrimen, non tam quoad conclusiones, quae in rebus fidei sunt eadem, sed in methodo. Scholastica, innixa philosophia Aristotelica, culmen speculationis ascendit (esse contingens, actus purus etc.); ab hac sublimitate et claritate longe distat theodicea Graeca, fere unice Patribus contenta.

2. De dogmate s.s. Trinitatis: Etiam in huius materiae tractatione desideratur pars speculativa, abundat positiva. Multum inculcatur et praetenditur quam inaccessible sit hoc mysterium intellectui humano praesertim in quaestionibus iis, quae agunt de modo generationis vel processionis, quo personae divinae ab invicem differunt, ubi Latini Graecos maxime convineunt (Macarius, p. 311; Hergenröther, Photius, p. 391; Confessio Petri Mogilae, t. I., 12: [Michaleescu, p. 33] Rossis, p. 248. 249; cf. libros dogmaticos supra citatos). Quod partem positivam i. e. patristicam attinet, Graeci magnum thesaurum possident. Nec mirum, cum haereses contra Trinitatem in Oriente primis saeculis exortae et ibi refutatae sint. Sed carent methodo quadam systematica neque modum, quo hoc mysterium a Latinis concipitur, cum suo thesauro conferunt (Région, Études de theologie positive sur la Sainte Trinité, 4 vol. Paris). In libris theologicis etiam amplissimis tractatus ss. Trinitatis ad 3 quaestiones reducitur: 1. De Trinitate personarum in unitate essentiae. 2. Aequalitas et consubstantialitas personarum 3. Differentiae personarum iuxta characteres individuales (Macarius, p. 197). Contemplando mundum creatum atque studendo nostrae naturae, aliquam partem veli ab hoc mysterio retrahere possumus nec non per analogiam ad aliquam cognitionem mysterii pervenire (Sil'vestr, II., § 146—149, pp. 600—619). Quae sunt fixa de unitate substantiae (ὅμοιοτητα) in tribus subsistentiā propriā (προσωπική, διάστασις) distinctis personis (ἴδιοι πρόσωποι) et vera, horum meritum est imprimis penes s. Athanasium et magnos Cappadoces (Holl. Amphilius v. Ikonium in seinem Verhältnis zu den großen Kappadociern, Tübingen 1905 etc.) Quaestiones de perichoresi et de missione non nisi secundarium occupant locum.

3. De celeberrimo illo „*Filioque*“. Paucae sunt quaestiones, advertit auctor cl., inter theologos controversae, quae tantam atramenti copiam consumserint, ac tantopere spiritus exagitaverint, quam quae est de processione personarum in ss. Trinitate. — In historia huius controversiae tres periodos licet distinguere. Prima, quasi stadium incubationis, pauca solum servavit indicia dissensionis Orientis, velut testimonium Maxentii de quibusdam Constantinopolitanis scandalizatis de *Filioque* (Migne, P. G. CXL., 134—135; Hergenröther, Photius, I. p. 691; Macarius, Théol. Orthodoxe, II., p. 397, n. 2); dein anno 767 vituperaverunt legati Constantini Copronymi in concilio in Gentiliaco habitu „*Filioque*“ in Symbolum missae cantatae insertum. Similiter anno 808 Hierosolymis Latini propter *Filioque* reprehensi sunt. Sed oppositio generalis ecclesiae Graecae contra Latinam hoc tempore demonstrari non potest. Honorem hunc tristem, errorem illum tanquam doctrinam ecclesiae communem statuisse, Photius patriarcha promeruit. Coepit is controversiam, cum inde nancisceretur praetextum optatum, missionarios Romanos ex Bulgaria expellendi, et scripsit famosas litteras encyclicas ad episcopos Orientales (M. P. G. CII., c. 726 ss.). Accessit opus eius de Spiritu sancto, primum anno 1857 a Card. Hergenröther editum, potissimum Graecorum armamentarium. (Cf. Ehrhard, in Geschichte der byzant. Litteratur², p. 76). Quo factum est, ut a Latinis, praesertim a Ratramno, in synodo Wormatiensi, in concilio Barensi a s. Anselmo doctrina catholica probaretur magisque evolveretur, donec in IV. concilio Lateranensi, 1215, definita est. S. Thomas iussu Urbani IV. scripsit: „Contra errores Graecorum“. Cum etiam hac secunda periodo Caesares plures Byzantini unioni faverent, conciliis Lugdunensi (1274) et Florentino (1438—1439) haec unio effecta est. Formula doctrinalis *Filioque* adoptata est absque obligatione, eam symbolo inserendi. Sed Marcus Ephesinus recusavit, quominus se subiceret coepit denuo contra *Filioque* pugnare. Tertia periodus continuam oppugnationem Latinos inter et Graecos ostendit (Ph. Meyer, Die theol. Litteratur der griechischen Kirche im XIV. Jahr. Leipzig, 1899. Einleitung, p. 7 sq.). —

Si spectas scripta ad controversiam pertinentia, invenies recentiores ad Photii eiusque discipulorum lucubrationes non multum addidisse. Traditionem primorum saeculorum ad litteram, non secundum sensum interpretabantur (Macarius, p. 415, 421; Eug. Bulgaris, pp. 293—306; Silvestr, pp. 489—600; Franzelin, Examen doctrinae Macarii Bulgakov et Jos. Langen, Romae 1876. A. Lépicier, De Sp. s. Proc. a Filio, Romae 1898; Tractatus de SS. Trinitate, Paris, p. 251 sq. D. L. Janssen, Summa Theologica, De Deo Trino, Dissertatio de modo processionis Sp. a Patre et a Filio, pp. 541—590 etc.).

Argumenta Graecorum contra Latinos in quattuor classes ab auctore distribuuntur.

1. Nullum concilium vere oecumenicum *Filioque* definivit (Nilus Cabasilas, apud Pichler, Geschichte der kirchlichen Trennung t. I., p. 268). Concilia oecumenica omnia, quae hac de re tractabant, Spiritum sanctum a solo patre procedere declaraverunt (Macarius, p. 350. Cf. Io. Chrysostomus Ἡερὶ Ἐξαληφσίᾳ, t. II., p. 372. Refutationem scripsit A. Palmieri, La processione dello Spirito santo. L'Esegesi ed i Concilii. Bessarione, n. 62, anno VI, p. 146 sq.). Si esset doctrina de *Filioque* revelata, concilium Constantinop., ex professo de Trinitate tractans, de dupli processione sermonem fecisset vel haec saltem esset in subsequentibus conciliis definita. Ss. PP. semper mutationem substantialem in dogmate, puta *Filioque*, interdixerunt; posteriora concilia declararunt, symbolo Nicaeno-Constantinopolitano doctrinam ss. Trinitatis exhaustam esse (Silvestr, § 131, pp. 492—493; Cf. E. Bulgaris, p. 287; Macarius, p. 350; Z. Rosis, p. 255).

Sed hoc ipsum symbolum, ita opponit auctor, iuxta theologos orthodoxos a concilio secundo generali consecratum ipsique proprium iam prius, inter primum et secundum concilium, in Oriente, probabiliter a s. Cyrillo Alexandriano, pro sua ecclesia compositum esse constat. Dein inter 381 et 451 ab ecclesia Constantinop. et a Romana probabilissime sub Iustiniano

assumptum est (Duchesne, Églises séparées, p. 77 sq. Kunze, Das Nicaenisch-Konstant. Symbol. Leipzig, 1898).

2. In Hispania, ubi primum „Filioque“ apparuit, PP. Graecos non noverant. Loci, quos Latini potissimum ex ss. PP. afferunt, interpolati vel spurii sunt. Illud s. Augustini: qui principaliter procedit ex Patre (l. XV. c. 12), interpretantur: qui procedit ex Patre tanquam ex principio (Homjakov, p. 330. Mesoloras II., p. 119).

Makarij (op. cit. pp. 367. 370. 374. 381) traditionis testimonia in quattuor distribuit classes: 1.^o S. Spiritum de Patre procedere; nihil de Filio habetur. 2.^o Addunt Filium, sed sub alia quadam relatione. 3.^o Testimonia, quae rationes continent, in ss. Trinitate unum solum posse esse principium. 4.^o Testimonia, quae Spiritum s. de Patre procedere affirmant ac simul vel quoad sensum vel quoad litteram processionem de Filio excludunt. Textus vero Latinorum allegatos ex traditione interpretantur vel de consubstantialitate personarum vel de missione temporali Spiritus s. vel de indivisibilitate essentiae divinae vel de manifestatione Spiritus per Filium vel denique de officio mediationis.

3. Similiter locos s. scripturae explicant. Essentialis est distinctio inter processionem et missionem, velut Ioan. XV., 26. — Ioan. XVI., 12—15 vero, ubi Spiritus s. appellatur Spiritus Filii, imago, donum eius, de consubstantialitate personarum atque identitate perfectionis intellegunt (Metaphrhanes, p. 97; Macarius 342—343; Simeon Thessalonicensis Ερμηνεία εἰς τὸ θεῖον Σύμβολον. P. G. CLV. col. 789 sq.).

4. In hoc campo rationis et deductionis theologicae longe non adaequant Graeci Latinos. Quare vituperant horum subtilitatem, dialecticam, subjectivismum vel saltem provocant ad oppositionem cum revelatione. Notare iuvat: Personae differunt non ex parte processionis, sed sub ratione, qua communicatur essentia divina, si agitur de Patre, et qua recipitur, si agitur de Filio et Spiritu s. Ita iam Photius distinguit (Hergenröther, p. 425 sq.). Duo conceptus, qui sunt essentiales systemati Latinorum, Graecis omnino desunt: ordo originis (processionis) personarum et oppositio relativa inter principium et principiatum.

4. Quomodo diffarent Graeci a Latinis in concepiendo mysterio SS. Trinitatis. Quoad patrologiam Graecorum notandum est, ss. Patres plurimum contra Macedonios et Eunomianos, negantes divinitatem Spiritus s., pugnasse; ad quos convincendos processionem Spiritus s. a Patre demonstrasse, Patribus satis fuit.

Quoad speculativam partem est Latinis exordium natura divina; Graecis Deus, in quantum Pater; hi considerant personas in recto, naturam in obliquo, illi vice versa. Latini innituntur in distinctione inter principium et principiatum: Graeci vero in modo recipiendi hypostasim (proprietas characteristicas Filii et Spiritus). Latinis actus generativus et spirativus, considerati absolute (soli) identificantur cum essentia divina (essentia et actus in Deo convertuntur). Quare Spiritus (terminus ad quem spirationis), principiatum, refertur ad Patrem et Filium, non ut tales, sed ut unum principium commune, unum terminum a quo (actus spirativus identificatur cum essentia personis Patris et Filii communis). Neque Pater et Filius in spiratione sibi opponuntur, sunt ergo unum principium simpliciter. Secundum Graecos vero generatio et processio (non spiratio) emanant de essentia sicut duae formalitates separatae, sicut duae modalitates reales distinctae in esse hypostatico a Patre. Axiomati Latinorum „In Deo omnia sunt unum, ubi relationis oppositio non obviat“ opponitur: „In Deo omnia sunt unum, ubi proprietas personalis non obviat.“

Non est, cur ad laudem auctoris, qui in labore difficile brevitatem cum perspicuitate coniunxit, multum addamus. Qui huic quaestioni operam dant, iam cognitionem litterarum copiosam lueri facient. O. Židek.

H. G. Voigt, Die von dem Přemysliden Christian verfasste und Adalbert von Prag gewidmete Biographie des hl. Wenzel und ihre Geschichtsdarstellung, Prag 1907. 88 pag.

V., qui inter alia scripsit vitam s. Adalberti, hoc scripto defendit sententiam eandem de legenda Christiani, quam Pekař. (Cf. supra p. 89).

‘APMONIA IV 1906.

Πολύτιμος μαρτυρία p. 1—5. Resertur de Rozanovii iudicio in Novoe Vremja, quo Orientalibus obiecit, quod contra catholicos tueantur apostolorum et episcoporum omnium paritatem, sed patriarcham Constantinopolitanum velint esse supremum dominum et pastorem oecumenicum etc.; verba Christi Io 21, 15 (Pasee agnos) impleta manifesto esse Romae in Petro.

Eirenaios Philagathos, Περὶ τῶν προνομῶν τῆς ἀγίας ἔδρας κατὰ τοὺς τρεῖς πρώτους αἰώνας τῆς ἐκκλησίας. p. 17—22 etc. (conversum e libro Gallico La tradition catholique sur l’Infallibilité pontificale ou la définition du Concile du Vatican par Mgr. l’Archevêque de Bourges. Paris 1875 -- 7.)

Aimilios Kyrenaios, Περὶ τῶν αἰτῶν τοῦ ἀνατολικοῦ σχίσματος. P. 22—4; 39—42; 54—56. Pars maior edita est iam a. 1905, p. 209—213; 225—7; 259—262; 289—292; 321—356; 369—372. Exponitur episcopos Constantinopolitanos dignitate iuribusque minores aliis, cum intercessorum partes in rebus ecclesiasticis apud imperatores agerent, contentos condicione sua non fuisse, et primum honoris (conc. II, en. 3) deinde etiam iurisdictionis (Nectarius 394) primatum in Oriente sibi assumpsisse, eiusque confirmationem a Concilio Chalcedonensi petuisse. Cuius canone 28. fretos Euphemium eiusque successores — imperatoribus adiuvantibus — artes inchoatas non mutasse, donec Ioannes Nesteuta iurisdictionis, qua utrumque patriarcham orientalem obnoxium sibi reddebat, titulum sibi adscivit, patriarchae oecumenici et synodus Trullana (692) iura affectata sedi Constantinopolitanae tribuit. Hac ad schisma perventum est et metus ille probatus est: „Τῷ ἐπὶ μέγα τιμῆς βλέπειν τὸν Κωνσταντινουπόλεως ἐπαρόμενον ἐκ τοῦ συνείγαι τοῖς βασιλεῦσι παῖ μεγιστᾶσιν, ἀεὶ ἐδεδίκεισαν μὴ τῷ χρόνῳ τολμηθῆ τι τῶν ἀδικήτων.“

Idem, Ἡ ἐκκλησία τῆς Ἀνατολῆς καὶ ἡ ἐκκλησία τῆς Δύσεως. P. 262 5; 281—5; 288—293. Coeptum est agi de Photio et de rebus a Photio usque ad Cerularium gestis.

In commentatione *Sp. de Biaser*, quae inscribitur Σημεώματα περὶ τῶν δυτικῶν ἐκκλησιῶν, ἀρχιεπισκόπων καὶ ἐπισκόπων Ἐπτανήσου mentione fortasse dignum est breve caput de vita Isidori, legati papalis, qui in Russia Florentinum pronuntiabat, p. 123—4.

Rivista storico-critica delle scienze teologiche. Anno II. 1906.

U. Fracassini, Le origini del Canone del Vecchio Testamento p. 81—99; 249—268. Inter alia, quae erudite exponit, *F.* docet varios esse gradus eius rationis, propter quam libri sacri dicuntur canonici; neque inspiratione sola solere eandem rationem contineri, verum etiam in libri utilitate positam esse (p. 83). Initio canone solam „legem“ comprehensam fuisse, dum ante exilium Babylonicum viva prophetarum voce Iudei regerentur ac monerentur (p. 94); inde factum esse, ut Samaritani solam Toram in canone haberent, Alexandriae tempore Ptolomaei Philadelphi nihil nisi Pentateuchus verteretur, nec in antiquissimis templis aliud publice legi soleret nisi lex. Quam vim legi tribui coeptam esse a. 444 ab Esdra (p. 94). Deinde propheticos libros paulatim collectos esse (p. 95—9). Legi et prophetis scribas maximam operam dedisse (p. 260). Sensim undecim volumina accessisse, quibus canon tertius constaret: Psalms, Proverbia, Job, Canticum, Ruth, Lamentationes, Ecclesiasten, Esther (qui ultimi quinque libri vocabantur quinque volumina [m̄ghillōt]), Daniel, Esdras et Nehemiah, Paralipomena (p. 264).

Jahresbericht der schlesischen Gesellschaft für vaterländische Cultur. 83 (1905).

Sdralék, Hus und Hussiten. Haec commentatio negligit ea, quae de his rebus scripserunt Bohemi.

Échos d'Orient. Paris 1908. (t. IX.).

M. Jugie, La reconfirmation des Apostats dans l'église gréco-russe. P. 65—76. Eis, qui timore vel ignorantia lapsi sunt, in Euchologio Magno praescribitur ritus, qui speciem habet renovatae confirmationis. Reapse nonnulli theologi ecclesiae Graeco-Russicae ita rem explicare videntur, agi de vera huius sacramenti iteratione: Makarij, A. Světlakov (Izloženie učenija pravoslavnnoj cerkvi o Cerkvi, Cerk. Ierarhii, blagodati i tainstvah. Nižnij Novgorod 1878, pag. 41) etc. Quin etiam in Confessionem P. Mogilae haec sententia irrepsit. Primus, quem rem ita interpretatum esse constat, est Ioannes Skylizes (M. 121, 1036). Hanc explicationem J. docet ortam esse, cum ritus illius vera vis iam obliterated esset. Ille enim confirmationis ritus eodem modo repetitur, quo ritus baptismi: lavacrum octavo die praescriptum; utroque symbolo monetur lapsus sacramenti olim recepti; id quod etiam precatione quadam satis clare exprimitur (p. 74). Ceterum primitus deerant verba sacramentalia (p. 75). Quod originem attinet. J. (p. 71—4) ritum illum repetit a canone s. Methodii; qui in euchologiis non occurrit ante saeculum XI. (demum in codice 213 bibliothecae Coisliniana a. 1027 [Montfaucon, Bibl. Coisl. Paris 1715, p. 272] et in cod. 28 liturg. abbatiae Cryptae Ferratae [Rocchi, Cod. a. C. F. Tusc. 1883, p. 235]). Antea hic ritus ignotus erat (cf. Areudius, De Concordia Ecclesiae . Paris 1672 p. 138 s.; Harmenopoulos ap. M. 150, 149). Insuper semper etiam ab Orientalibus tenebatur sacramentum confirmationis iterari non posse. Cavendum est quidem, ut sapienter monet J., ne ad id probandum loci afferantur, quos ad sacramentum confirmationis, non baptismi — quo Spiritus s. aequo vere imprimitur; cf. Sl. I. th. III, 106: sigillo — referri demonstrari non possit. Ipse affert Cyrillum Hieros. (M. 33, 365); Io. Chrysost. (M. 63, 78); Theodoretum (M. 82, 717); Oecumenium (M. 119, 333); Theophylactum (M. 125, 252); et ipsum Photium (M. 102, 725, 736). Ceterum etiam huius aetatis theologi Orientales confirmationem iterari non posse docent, etsi adnotare soleant iterari tamen in apostatis et haereticis redeuntibus ad ecclesiam. Si omnis controversiae principium ita manifestum fieret, sicut vera huius exceptionis ratio historia proditur, brevi doctrina auferrentur et evanescerent.

Commentatio haec magna quidem eruditione eminet, minore tamen arte psychologica, si modo ad persuadendum adversario conscripta est. Utinam utraque virtus coniungatur.

A. Ratel, La question de la réforme en Russie. P. 166—173.

M. Jugie, L'epiclèse et le mot Antitype de la messe de saint Basile. P. 193—198.

Verbo ἀντίτυπον, quo in liturgia s. Basilii verbis institutionis iam prolatis ea, quae consecrantur, designantur, a theologis orientalibus sensus subici solet figurae, signi; unde frequenter concludunt ante epiclesin corpus Christi non adesse (Cf. Nic. Cabas. M. 150, 426; Simeon Thess. M. 155, 737; Marc. Eph. M. 160, 1085; Richard Simon, Gabrielis metropolitae Philadelph. opuscula. Par. 1671., p. 7. 228 etc.).

Huic opinioni varia ratione occurrebatur. Card. Bessarion verborum illorum locum ante verba institutionis olim fuisse suspicabatur. Elias Creensis ἀντίτυπον idem esse atque ισότυπον arbitratus est. Card. Du Perron illud προσθέντες τὰ ἀντίτυπα ad προσκομιδὴν referebat.

Verus sensus ex illis Patrum testimoniis emergit, ubi Eucharistia etiam post consecrationem appellatur signum, figura, typus, imago, symbolum, antitypus corporis Christi. (Cf. Batiffol, L'Eucharisticie, la Présence réelle et la Transsubstantiation). Species consecratae sunt signum corporis Christi. Quamquam ambigua illa vox a multis Patribus (Theod. Mopsu. M. 66, 713; Maear. Magn. Pitra, Spic. Sol. I., 548; Eutychius Cp. M. 86, 2393; Anastas. Sin. M. 89, 840) improbata est.

Licet Nic. Cabasilas primus sententiam de consecratione (ceterum Latinorum non propriam — cf. M. P. G. 49, 380) Latinis exprobraverit, tamen iam 5 saecula ante eum epiclesi fieri consecrationem a Graecis theologis

passim tenebatur. Quo sensu Orientales nunc verbum ἀντίποιον intelligere solent, eo iam a Iо. Damasco (M. 94, 1152) explicatum est. Eodem modo doctrinam catholicam ab iconoclastis defendebat Epiphanius diaconus (Mansi t. XIII., c. 264). Quae tamen sententia nullo modo concilii VII. oecum. dici potest. Non aliter rem explicant Nicephorus (M. 100, 336), Theodorus Stud. (M. 99, 340), Petrus Sic. (M. 104, 1349), Simeonas Gaz. (M. 120, 828), Theophylactus (M. 133, 443. 649), Euthymius Zigab. (M. 130, 1273), alii.

Certe non raro evenit, ut in modo adversariorum opiniones reiciendi erratum sit; qui error, si magnorum fuit virorum, magna eorum auctoritate late diffusus est.

Chr. Rommelaire, Le très saint Synode dirigeant, d'après un métropolite [Nicodème]. P. 232—236.

M. Jugie, La peine temporelle due au péché d'après les théologiens orthodoxes. P. 321—330.

Macarius, lumen dogmaticae orthodoxae, negat esse poenas temporales peccato iam remisso. Testimonia, quae affert, probant poenitentiam canonicam ad emendandos mores imponi, non tamen probant id solum intendi. In „Confessione“ Dosithei certe tota doctrina catholica de purgatorio — excepto nomine — expressa est. Eandem doctrinam de poenis temporalibus iam pridem professi erant Simeon Thessal. (M. 155, 921: 943—6), Marc. Eph. (M. 94, 355 s.); quos secuti sunt Manuel Rhet. († 1551), Ieremias II. patr. Cp. (1576); Gedeon C. Κριτής τῆς ἀληθ. Lipsiae 1758. t. I., 54); Gabriel Seberos (Schelstrate, Acta orient. eccl. Romae 1729, p. 329 s.); Metrophanes Critopoulos († 1639 Kimmel, Symb., Append. 135); Synodus Constantinop. 1727 (Mansi XXXVII., c. 901.).

Bessarione 1906, 1907. fasc. 88—95. —

Mons. Niccolo Marini, L'immacolata Concezione di Maria Vergine e la Chiesa ortodossa dissidente (Immaculata Conceptio B. M. V. et ecclesia orthodoxa dissidens). — Afferuntur et examini subieciuntur testimonia Ioannis Geometrae (Sermo in Deip. Annunt.) et „admirabile elogium“ Theodori Monermitae (Disc. in Deip. Annunt.) Cl. auctor demonstrat et contra adversarios defendit praefata elogia B. V. nullatenus in sola agnitione facti ipsam esse Matrem Dei sufficientem explicationem habere. Id confirmatur ex parallelismo inter allegatum testimonium Theodori et illud Petri Episcopi Argivi (§ X. Orat. in Concept. Deiparae) [fasc. 88, pp. 1—15]. Speciali disquisitioni verba Iacobi Monachi Serm. in Deip. Annuntiationem subicit, ubi B. V. expresse animam omni macula expertem habere ($\tauὴν ἀπειρατὸν κανίας ψυχὴν$) dicitur, et probat (fasc. 90, pp. 221 ss.) non posse ea intelligi de sola puritate virginali. Soluta sat gravi obiectione Petavii contra testimonia Patrum Graecorum (fasc. 91, p. 5 ss.) adducit testimonium Germani II. Constantinopolitani (Serm. in Deip. Annunt.), quod ex comparatione cum aliis locis eiusdem auctoris illustrat (fasc. 93., pp. 217 ss.). Quae omnia confirmantur compluribus testimoniorum dispersis in operibus Iacobi Monachi (In Deip. Annunt. § XVIII., In Visit. Deip. § V., § VI., § VIII., § XIII.) et S. Isidori Thessalonicensis (In Deip. Annunt. § VIII.) (fasc. 94 pp. 1 ss.). Testimonia, ita concludit cl. auctor, quae consideratis circumstantiis temporis, quo doctrina de Imm. Conc. definita nou erat et antagonia inter utramque ecclesiam iam aderat, clarior modo ipsam fidem exprimere non poterant.

P. A. Palmieri, O. S. A., Il ristabilimento del Patriarcato in Russia e le polemiche della stampa ortodossa (Restitutio Patriarchatus Russiae et polemicae ephemeredum Russicarum — fasc. 88, pp. 42—47). Occasione convocatione generalis synodi Russicae quaestio mota est de restituendo patriarchatu independenti Russiae, quem ex historia notum est a Petro M. suppressum esse. P. adducit suffragia aliquot ephemeredum Russicarum, quae mirae dissensionis testimonium praebent. Cum paucae ephemeredes restitutionem ut auroram novae vitae saluent (Novoe Vremja), aliae eam inutiliem putant (Sn Otečestva, Kievskie Ot-

kliki), immo potestati rei publicae perniciosam, desiderium restitutionis ex ambitione proveniens (Moskovskija Vědomosti). Contra illos, qui Petri M. opus illegitimum esse demonstrabant (Dobranrov in Russkij Listok, Durnov in Russkij Trud) non deerant, qui totam institutionem hierarchiae proclamarent spiritui evangelii esse contrariam.

C. Tondini de Quaerenghi, Notice sur le Calendrier liturgique de la Nation Arménienne (Quaedam de Kalendario liturgico nationis Armenae, fasc. 90. 91). Descripta brevi historia Kalendarii, quod idem est pro omnibus Armenis, loquitur *T.* primum „de dispositione generali Kalendarii“, ubi maxime ea, quae de computo temporis paschalis, de compensatione festorum ex una parte anni ecclesiastici in alia affert et ea, quae addit de conatibus reducendi computum paschalem et consequenter totum ordinem festorum mobilium ad modum simpliciorem praecipua laude digna sunt. In secunda parte agit „de distributione singulorum festorum secundum diversas periodos“, pauca de diebus ieunii et abstinentiae in ecclesia Armena addit. Conspectum valde iuvant tabulae in textu et additum Kalendarium anni 1907.

P. A. Palmieri, Di alcuni documenti relativi alla storia del cattolicesimo in Russia (De quibusdam documentis ad historiam ecclesiae catholicae in Russia pertinentibus) fasc. 92, p. 255. *P.* affert scripta N. P. Lihačev, vicedirectoris caes. bibliothecae Petropolitanae, in philologia, historia, archaeologia, disciplinis orientalibus valde versati, qui duabus commentationibus historiam relationum diplomaticarum Sedis Apostolicae ad Russiam illustrat. — In prima (K istorii diplomaticeskijh snošenij s papskim prestolom pri carě Borisě Godunově) affert maximi momenti epistulam Pauli V. ad Godunov de die III. lunii 1605, quod documentum „chronologiam commercii Sanctae Sedis cum Russia radii lucis instar tangit.“ — Alterā (Pis'mo papy Pija V k carju Ivanu Groznomu) ex epistola Pii V. ad Ivanum Terribilem ansam sumit diligenter tractandi diplomatiam S. Sedis. — Non minoris momenti est liber M. Godevski, Monumenta ecclesiastica Petropolitana. Auctor, catholicae academiac Petropolitanae professor, litteraturae orientalis et occidentalis gnarus, adducit et illustrat documenta, maiore ex parte ex archio status et archio Academiae deprompta, quae ad constitutionem sedis metropolitanae Mohilevensis et historiam persecutionis ecclesiae catholicae initio saec. XIXⁱ pertinent. Inter documenta eminent epistula famosi Mgr. Stanislai Siestrzencewicz ad Alexandrum I., in qua lesuitas accusat, et alia epistola contra P. Gruber S. I. —

P. A. Palmieri, L'uomo, la natura ed il male nella filosofia di Vladimiro Solovev (Homo, natura, malum in philosophia VI. Solov'ev, Fasc. 94, pp. 8—33). — Exponuntur sententiae celeberrimi huius Russorum philosophi, quas in opere „Čtenie o Bogočelověčestvě“ (De natura divina-humana lectiones) expressit. *P.* vocat sistema Solov'evii „hyperspiritualismum“ et magna ex parte neoplatonismo, doctrinae Scotti Erigenae, philosophiae Fr. v. Baader inniti dicit. Licet igitur Solov'ev ut defensor spiritualismi contra materialistas laudem meruerit, non potest verus apologeta religionis christiana existimari, et quamquam ipse pantheista non est, iam „in atmosphaera pantheismi“ versatur.

Praeter multos articulos alios huius celeberrimae ephemeridis, quae studiis archaeologicis, historicis, socialibus etc. occupantur, ad nos quoque pertinent etiam haec minora: Chronica Unionis, Litterae ex Oriente (de missionibus Tyri, de patriarchatu Graeco-orthodoxo Antiochiae) Litterae ex Russia (conditio catholicorum in Polonia Russica, praesens litteratura Russorum, vita „Raskolnikorum“, de condicione cleri inferioris in Russia etc.), quae in unoquoque fasciculo invenimus.

MISCELLANEA.

Pius X. de sollemnitate centenaria s. Ioannis Chrysostomi.

Placuit foras dare hic epistolam Summi Pontificis occasione sollemnitatis Chrysostomianae datam. Cui praeinitimus epistolam ab em. Cardinali secretario simul missam.

Lettera di S. E. il Cardinale Segretario di Stato a s. Em. Vannutelli, Presidente del comitato per le feste centenarie del Chrisostomo.

Eño e Rño Signor Ossño.

È piaciuto al Santo Padre di scrivere a Vostra Eminenza, come a Presidente del Comitato per le feste centenarie di s. Giovanni Crisostomo, una venerata lettera, exprimente la parte che il Pontefice prende a tale solemnità, e annunziante il proposito di concedere i tesori delle sacre indulgenze a tutti coloro che favorizanno la felice riuscita delle onoranze. Qui unito perlanto godo rimetterle il Pontificio documento e colgo l'occasione per dichiararmi con sensi di profonda venerazione baciandole humiliamente le mani — dell'Eminenza Nostra Dmō e Umō.

R. Card. Merry del Val.

Venerabili Fratri Nostro Vincentio S. R. E. Cardinali Vannutelli episcopo Praenestinorum, Praesidi coetus sollemnibus celebrandis saecularibus ab obitu s. Ioannis Chrysostomi

Pius PP. X.

Venerabilis Frater Noster, salutem et apostolicam benedictionem. Prope est. ut diei memoria quindecies saecularis redeat, quum actuosa vexataque multimodis vita Ioannes Chrysostomus sanctissime cessit. Aetati huic nostrae, qua nullam oporteat magis ad illustria quaepiam instaurari exemplaria virtutum, gaudet animus insignem hunc virum posse iterum ad imitandum proponere. Si quidem plura Ille in se vivendi genera eaque singularibus plane luminibus laudum micantia. felicissime expressit. Nam dum adhuc in laicorum coetu detineretur, vitam et mores a saecularium consuetudine ita defendit ut honestius non posset, donec a fluxarum studiis rerum totum se in divina recepit. Pastor autem Constantinopolitanae Ecclesiae datus, officia episcopalis munera, nulla hominum verecundia, nullo periculorum metu, diligentissime ac fortissime explevit. Explanator denique nuntiusque divinarum legum adeo ceteris in omnes partes praestare visus est, ut et Ecclesiae doctor sit habitus et nomen ab aureo eloquii flumine invenerit; quare illum Leo XIII. fel. rec. Decessor Noster dignum merito censuit, quem sacris oratoribus exemplum simul ac patronum daret. Porro quum Orientalium Chrysostomus Ecclesiarum decus et gloria sit, mirum quantum consiliis nostris Decessorumque Nostrorum condncere est existimandus, ut scilicet, quemadmodum ornamento Ille Romanae Ecclesiae diligendo ac defendendo exstitit, ita consolationi exstet unitate tandem Orientalium gentium Nobiscum, monitis auspicioque Ipsius, redintegrata. Itaque palam est, Venerabilis Frater Noster, valde Nobis esse cordi sollemnia saecularia praeclarissimi Antistitis magnis sacri cultus caeremoniis haberi, iisque non in universis modo Urbis templis quae Orientali utuntur ritu, verum etiam ad ipsam divi Petri Basilicam in monte Vaticano: nimirum expectatione tali permoti atque electi, ut et elucentes in Chrysostomo virtutes populi

admirentur atque imitentur, et ii, qui a Nobis Orientalibus e coetibus dissident, videant perspiciantque quam multam quamque germanam ritibus universis gratiam praestemus, inducantque demum animos optatis Nostris amanter obsequi, et antiquam matrem saluberrimo reditu amplecti. Quamobrem beatum e vita discessum Ioannis Chrysostomi volumus gratulatione maxima et cultu coli, hoc anno, plane singulari: gloriosamque sapientissimi Antistitis memoriam litteratorum etiam conventibus repeti. Ad animos vero excitandos acuendosque, id Nos libentissima voluntate pollicemur fore Nos reseratis coelestibus thesauris, quotquot in deferendos Chrysostomo honores operam contulerint, sacrarum indulgentiarum munerebus amplissime cumulaturos. Auspicem gratiae divinae Nostrique animi testem, apostolicam benedictionem, Tibi peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die XXII. Iulii anno MCMVII.
Pontificatus Nostri quarto. Pius PP. X.

Rogamus ut divulgentur haec scripta et ut e singulis dioecesibus Slavicis Romanam convenient, qui sollemnitati intersint (cf. Slav. litt. theol. III. 292).

P. Ugo Atanasio Gaiser, Rector Pont. Collegii Graecorum, via Babuino 149 Roma, vices gerens Eñi Card. Vannutelli Praesidis recipit omnes epistolas etc. ad hanc sollemnitatem pertinentes.



Corrigenda :

- P. 24 supra v. 14 loco: nesessarium lege: necessarium.
25 supra v. 17 loco: v. 39. lege: 5. 39.
27 supra v. 7 loco: indnlgent lege: indulgent.
30 supra v. 19 loco: empiterne lege: sempiterne.
31 infra v. 7 loco: eschatalogiae lege: eschatologiae.
42 infra v. 3 loco: comentariis lege: commentariis.
43 supra v. 8,9 loco: Judicialis iJstitia lege: Iudicialis iustitia.
56 infra v. 22 loco: annis sanct lege: annis pueril. sanct.
,, 101 infra v. 23 loco: vei lege: vel.
,, 198 infra v. 22 loco: liberorum lege: liberarum.
,, 214 infra v. 18 loco: iucumbit lege: incumbit.
,, 228 supra v. 17 post: addit. lege: Eph. 1, 1; Iac. 4, 5; Act. 13, 68; Gal. 3, 20; I. Cor. 15. 29.
,, 248 supra v. 12 loco: Lenpoliensem lege: Leopoliensem.
infra v. 20 loco: atquead eo lege: atque adeo.
,, 249 supra v. 6 loco: Kraków, 1915 lege: Kraków, 1905.
,, 250 infra v. 1 loco: indifferendes lege: indifferentes.
,, 251 supra v. 20 loco: dessumi lege: desumi.
,, 256 supra v. 17 loco: quod nnon lege: quod non.
,, 257 infra v. 19 loco: liturgico-historicu lege: liturgico-historica.
,, 267 supra v. 22 loco: tamquainvalde lege: tamquam valde.
,, 276 supra v. 25 post: Revue ben. 1889 (VI) p. 485—499. lege:
A. Jirák Artomachie (in Sborník Velehradský III (1883) p. 138—172.
,, 280 supra v. 21 loco: Latimis lege: Latinis.
,, 281 supra v. 17 loco: clapso lege: elapso.
,, 286 supra v. 8 loco: impetrat lege: impetrare.
,, supra v. 10 loco: At iude lege: At inde.
supra v. 15 loco: persevarantiam lege: perseverantiam.
supra v. 18 loco: multe lege: multos.
infra v. 3 loco: In secentis lege: In sescentis.
infra v. 3 loco: absolutem lege: absolutam.
,, 287 infra v. 1 loco: Dr. Er. Grivec lege: Dr. Fr. Grivec.
,, 307 infra v. 3 loco: cereret lege: careret.
,, 315 infra v. 8 loco:сталко lege: столко.
infra v. 7 loco: законодалства lege: законоодательства.



A) Index nominum.

- Abraham W. 38.
Abramovič D. 317.
Agathodor 53.
Aggeev K. 53.
Ajvazov I. 221.
Akvilonov E. 53, 318, 369.
Aksakov N. 42, 241.
Andrej: vide Szeptycki.
Anserov P. 36, 221.
Antonij 53.
Arhangel'skij M. 365
- Bartonik J. 100.
Belen V. 310.
Bélina J. 1.
Běljaev A. 37, 220, 243, 371.
Běljaev N. 148.
Bělokurov 57.
Benešević V. N. 53.
Berdnikov 306.
Berezovskyj P. L. 58.
Bessmer J. 197.
Bilyn'skyj S. 59.
Bogdanov M. 274.
Bogačev N. 53.
Bogdaševskij 5, 20, 228, 274, 327.
Bogorodskij A. 53.
Bojanov D. 36, 37, 220, 222.
Bok I. 122.
Bošnjaković V. P. 62.
Borkov I. 53.
Bratkov S. 48, 49.
Brilliantov A. 317, 319.
Brilliantov I. 316.
Brétholz B. 89.
Brjancev D. 220, 222.
Brodskij L. 319.
Brojakovskij A. 53.
Brönzov A. 17. 318.
Bulgakov A. (S.) 39, 49, 224.
Bulgakov S. D. 54.
Bulgakov S. N. 54.
Butkovič T. 221, 274.
- Cabròl T. 196, 273.
Cieplak I. 260.
- Čehovskij V. 230.
Čel'cov M. 318, 319.
Čel'cov N. 54.
Cengić M. 62.
Čenkić J. 4.
Černík J. 2.
Černý J. 2, 115.
Cerpjavskij A. Th. 54.
Četverikov I. 226, 231.
Čireckij A. 243.
Čornodola I. 246.
- Dalberg H. 89.
Damian 54.
De-Skrohovskij 57.
Djakov A. 51.
Djuric N. 49.
Dmitriëvskij A. 19, 21, 54, 230.
Dobronravov N. 49.
Döčkal K. 3.
Donačovyc I. 246.
Duchesne 371.
Dujmušić A. 3.
Dujmušić D. 304.
Dzerovyč I. 246.
- Elčaninov A. 48.
Elčukov A. 230.
Eleonskij Th. 40.
Evsčev I. E. 40.
Ekzempljarskij V. 232.
- Faminskij V. 54, 226.
Fediv V. 58.
Feliš C. 4, 5.
Figurovskij I. 242.
Flavian (metr. Kiov.) 231.
Florenskij P. 243.
Fryč F. 110.
- Gabryl F. 6, 143—5.
Galáhov 43.
Gaški S. 7.
Georgij 54.

- Giduljānov P. 7.
Gladkov B. I. 17.
Glagòlev A. 22.
Glagolev S. 54, 148.
Glubokovskij N. 23, 273, 317.
Godewski 213.
Golubinskij E. 215.
Gomèrov V. 54.
Górka 215.
Górskej 274.
Gorjučko P. 52.
Govda A. 245.
Grabowski T. 7.
Grass K. 194.
Grigòrevskij M. 277, 320.
Grivec F. 15, 122, 251, 293, 294.
Gromoglàsov 240, 241.
Gruden J. 257.
Grujić M. 62, 250.
Grzymała-Siedliecki A. 305.
Gržetić 122.
Gurević J. 54.
Gurij J. 15.
Gur'janov V. P. 54.

Haļuščyński M. 14, 47, 50, 147, 224,
245, 293, 295, 323.
Hilbert K. 209.
Hölscher G. 194.
Horvath K. 3.
Hruševskij M. 248.
Hudeček J. 107.
Hugo A. L. 90.

Harlampovič K. 320.
Čarszewski J. 215.
Chotkowski 249.
Hvolson D. 274.

Iakov A. 54.
Ignatij aep. 366.
Il'inskij G. 38.
Il'inskij VI. 16.
Innokentij 367.
Iona 54.
Iustinov P. 317, 320.
Ivancòv A. M. 54.

Jacimirkij A. I. 16, 55.
Jankovskij F. 322.
Janyšev L. 55.
Jarěmko D. 41, 210.
Jastrebov M. 330.
Jašek A. 254.
Javorskij V. 243.
Jelski A. 215.
Jirák A. 276.
Javorskij V. 243.
Jiříček B. 301.
Jugie M. 373, 374.

Kagarov E. 315.
Kálousek J. 89.
Kápterev N. 310.
Karašev A. 55.
Katanskij 367.
Kerènskij V. 16.
Kern J. 68, 364.
Kętrzyński St. 7.
Kiréev A. 50, 198.
Kiparisov 250.
Kirillov A. 55.
Knabenbauer J. 280.
Kondakòv N. 55.
Kondratev I. K. 55.
Kòrdač F. 110, 211.
Kotovič A. 240, 243, 310, 323.
Kovačič F. 62.
Kòvář M. 1, 2.
Krasnožen M. 50, 51.
Krasnožen N. 91.
Kremlevskij Al. 55, 75.
Krylovskej A. 57, 231.
Kryštufek F. X. 100.
Kubača L. 214.
Kubiček F. 207.
Kudrjaveev P. 22.
Kudryk T. 245.
Kujot Ks. St. 5.
Kurgànov A. 14, 260.
Kuzev P. 3.
Kuznecov N. 310.

Laškarëv 306.
Lavrskij V. 241, 309.
Lebedev A. P. 14, 55.
Leclercq H. 195.
Lehmkuhl A. 194.
Lehnickij I. M. 55.
Lempl Th. 251.
Lenz A. 2, 302.
Leonàrdov D. 219.
Leonini Th. 291, 307, 314, 326.
Lépicier A. 370.
Levitov P. 242, 323.
Ležohubskij Th. 295.
Liħnickij I. 315.
Linek M. 363.
Linickij P. 227, 228, 230, 231.
Linskij N. 219.
Lobačelevskij S. 55.
Losskij N. 55.
Lozynskyj P. A. 58.
Lukman F. 255.

Makar'ev Th. 316.
Makarevič G. 248.
Maksišovič V. 250.
Màl'cev A. 55, 90.
Malević A. 55.
Malinòvskij 57.

- Malinòvskij N. 55.
Malvy A. 281.
Mangenot 198.
Markošek J. 255.
Medved A. 255.
Menini R. 293.
Mihaïl 44, 56, 274, 323.
Milutinović M. N. 61.
Mirtov D. 56.
Miš W. 215.
Miščenko Th. 56, 328.
Mítrović Č. 60,
Molčanov 274.
Mužin N. 21.
Muretov M. 47.
Mustjanović F. 250.
Myšcyn V. 48, 240, 308.
- Načov N. 121.
Napotnik M. 255.
Nekrasov A. 274.
Nesmělov V. I. 56.
Nikanor archiep. Hers. 326.
Nikòl'skij N. 316, 323.
Nikol'-kij P. V. 56.
Nikol'skij S. 222.
Nikol'skij V. 37.
- Olesnickij M. 23.
Oliva V. 111.
Orlòv G. 56.
Orlov M. 316.
Orlòvskij P. 228, 230.
- Pacher M. 4.
Palmieri A. 38, 264, 292, 370, 375.
Pasičynskyj T. 59.
Pawlicki St. 7,
Pàvlov A. S. 40.
Pavluckij G. 248.
Pavskij G. 274.
Pèkař J. 89.
Peřinka F. V. 2.
Petrov 367.
Petròv G. S. 56.
Petrov N. 225, 229.
Pévnickij V. 56, 230, 233.
Pierling P. 41
Pjatnickij I. 307. 308.
Pláćek J. 301.
Podlaha A. 1, 2, 209.
Pleszczyn'ski A. 215.
Pokrovskij N. 317, 318.
Popov H. 2.
Popov I. 50.
Popov N. 241.
Popov V. 316, 323.
Pòřicky J. 72.
Poseljanin E. 56.
- Posnov M. 22, 56, 228, 323, 326.
Frojorènko Th. 37, 145.
Prokopovič: vide Theofan.
Protic P. 61.
Prozorovskij D. 274,
Prugavin A. 56, 145.
Ptašickij I. 38.
- Radev M. 120.
Razumovskij C. 225.
Redkevyč A. 246.
Reyl F. 108.
Rodnikov V. 227.
Rodosskij A. 317.
Romanskij N. 49.
Romaškov D. 221.
Rozanov 370.
Roždèstvenskij 332.
Roždestvenskij V. 274, 319.
Runkèvić S. 15, 16, 56.
Ruprecht J. 107.
Rusànov Th. 230.
Rybinskij V. 226, 232.
- Sàsinek Fr. 89.
Savva 56.
Serebrenikov V. 322.
Sèdlák J. 110.
Serafimov 279.
Sèrgij 339.
Sidonskij Th. 219.
Sil'vestr 277.
Sinthern P. 194, 286.
Skaballanović M. 228.
Skvorecòv D. 145.
S otwiński 249.
Smirnòv P. 319, 320.
Smirnov S. 39, 56, 242, 307.
Smirnov R. 316.
Sneginev A. 222.
Snòpek F. 207.
Sobolëvskij A. 38.
Sobolevskij S. 16.
Sokolov A. 56.
Sokolov I. 319.
Sokolov M. 318.
Sokolòv P. 231, 269.
Sokolov V. 47, 57, 241.
Sokołowski C. 295.
Sokol'skij V. 310.
Solarić M. 249.
Sòldát A. 106. 107.
Solov'ëv N. 309.
Sołov'ev V. 323.
Sol'skij S. 264, 266.
Sosnovskij A. 57.
Spáčil B. 375.
Spàsskij A. 37, 220, 221, 276.
Speranskij A. 268.

- Speranskij N. 57.
Stacin I. 241.
Stavrov S. 39.
Stefan ep. 365.
Stegenšek A. 210.
Stelleckij N. 19, 226.
Stojanović V. T. 62.
Stork A. 301.
Straszewski M. 211.
Studziński C. 7.
Suvorov N. 57, 75.
Světlakov A. 373.
Světlý P. 240.
Szepetycki A. 291, 295.
Szaniawski A. 5.

Sčepanjuk M. 59.
Ščepkovyč F. 245.
Ševčík J. 63.
Ševčík Fr. 115.
Špáldák A. 15, 72, 88, 100, 101, 104,
294, 301, 364, 368.
Švabić P. 61.
Štědry F. 2, 97.
Štokalko P. 59.
Šyl I. 245.

Tarëev M. 47, 308.
Theodor 57.
Theodorov N. 37.
Theofan (Prokopovič) 22.
Theofan (Zatvornik) 23.
Thiveskij M. 57.
Thomenko K. 20.
Titov Th. 44, 57, 228, 238, 330.
Tristram G. V. 57.
Troickij S. V. 57.
Troickij Th. 274.
Troskolański T. 215.
Trzebiński T. 7.
Tverdohlib A. 59.
Tyle K. 322.

Urban J. 215, 291, 295, 305.
Uspenskij A. 367.
Uspenskij P. 57.
Uspenskij V. 317.
Ušeničnik A. 63, 257, 258.

Vacek F. 89, 115.
Vajs J. 113, 143, 221.
Warmiński J. 215.
Vartagava I. P. 57.
Vávra J. 2.
Věčeřa K. 36.
Velickin V. 57.
Verjužskij V. 320.
Vertelovskij A. 220.
Veselinović S. 61, 62.
Wilpert J. 118.
Vitalij 274.
Voljanskyj O. 58, 60, 245, 249.
Voroncov E. 315, 319, 322.
Voskresenskij E. 309.
Voskresenskij G. 309.
Vvedenskij A. 307.
Vysokoostrovskij A. 319.
Wyslouch A. 4.

Zagoda F. 3.
Za'ęski St. 213.
Zaluski W. 7.
Zaozerskij N. 48, 57.
Zaprudskij K. 58, 806.
Zarückij K. 196.
Zavitnevič B. 57, 327.
Zdziechowski M. 89.
Zeremski J. 251.

Žák F. 205, 304.
Židek O. 91, 198, 283, 332, 367, 371.
Žukovič P. 318, 320.
Živanović J. 249.
Žundálek F. 304, 306, 326.

B) Index rerum.

- Abnegatio sui: vide Temperantia.
Abrahae sinus 196.
Absolutionis valor in Ecclesia Orientali 286, 295.
Achridensis ecclesia 92.
Act 5, 38—40: 25.
Act 9, 21: 25.
Act 13, 6. 8: 228.
Act 22, 31: 26.
Act 23, 2—5: 24.
Actuum intensio 336.
Adalbertus s. 7, 371.
Adam: vide Gratia sanct.; Spir. s. inhab.; Paradisus.
Adami redemptorium munus 105.
Adiaphora 250.
Adoptio 106.
Adrianus 87.
Adulterium: vide Matrimonii insol.
Aegyptiorum religio 315.
Albertus M. 88.
Alexander Aleensis 86.
Alexandrini episcopi 12—13.
Ambrosius 255.
Amor concupiscentiae et benevolentiae 333—6, 351.
Amor Dei 220, 333, 334.
Amor purus 334.
Amorienses Martyres 90.
Amoris Dei appretiative summi vis 332—361.
Anort E. 361.
Anamnesis 196.
Angeli 31—33, 256; vide Gratia sanctif.
Anglicanae reformationis historia 332.
Anglicanorum ordinatio 90.
Anima brutorum vide Brutorum a.
Anima humana 144.
Anima sitne principium formationis 302.
D'Annibale 85.
Anthropomorphismus 301.
Antichristus 308.
Antiochena ecclesia 222.
Antiocheni episcopi 13.
Antitypus 372.
Antonia abbatissa 56.
Antonij archim. 20.
Antonius M. 55.
Apologeticae methodus 258.
Apologia 3, 53, 59, 60, 61, 106, 122, 219, 245, 301, 319.
Apostoli in Eccl. ant. 37, 122.
Archaeologiae studium 317.
Archelaus 251.
Architectura relig. 209—10.
Armeni 275.
Armenorum Kalendarium 375.
Ars dicendi vide Homilet.
Artes (finis) 230.
Artificia ecclesiastica 89 v. Iconogr. Architect. rel.
Ascectica 56, 89, 215, 256.
Asceitismus 317.
Assyriorum religio 21.
Astryk-Anast. 7.
Athanasius 177, 268.
Attritionis vis 93, 283.
Augustinus 211—13.
Autocratia imperatoris in Russia 37, 222.
Autosuggestio 69.
Auxilii divini supernaturalitas vide Supernaturalitas; necessitas vide Hominis inopia; gratuitas: vide Gratia actualis.
Auxilium gratiaa vide Dei aux.
Avsenev Th. 232.
Azyma 273—76.
Babylonica turris 54.
Baius 339.
Bakunin 19.
Ballerini 85.
Banulesko-Bodoni 230.
Baptismi effectus 102.
Baptismi necessitas 339.
Baptismus: vide Rebaptizatio.
Baptismus Christi 62.
Baptismus per infusionem 279.
Basiliani 249.
Basilicæ minores 257.
Basilius Macedo 53.

- Basilius M. 56.
Bellum 57.
Benedictini 117.
Benedictio professorum 228.
Benjamin aep. 320.
Berka (Zbyněk de Dubá) 1.
Bezpopovština 320.
Biblia Finlandica 317.
Billot 340.
Biblica v. Introd. etc.
Biographica 62, 110, 215 et pass.
Blumenberg, W. F. C. a 110.
Bolotov V. 317.
Bonaventura S. 74.
Branković G. 250.
Brückner 209.
Bruta 58.
Bruta et homo 301, 302.
Brutorum anima 301 – 304.
Bucceroni 85.
Buddhismus 59, 121, 220.
Buřarev Th. 260.
Bulgaria 2, 120.
Byzantinismi effectus 61.

Caelibatus 117, 277.
Caelibatus universalis 320.
Caesaropapismus 307, 325.
Caietanus 75, 361.
Calvinismus in Polonia 7.
Calvinus 68.
Canon Alexandrinus 265.
Canon Esdrinus 265.
Canon V. T. 194; vide Deuterocanonici libri.
Canonizatio 106.
Cantus eccl. orthod. 309.
Cantus eccl. Ruthen. 59.
Capellani 4.
Capitula 117,
Capreolus 360.
Cardenas 361.
Caritatis actus: v. Amor.
Caritatis christiana momentum 323,
Caritatis exercitium 220.
Caritatis virtus 335, 338.
Carnes (moral.) 318.
Caroli M. matrimonia 100.
Cartesius 322.
Carthusianorum ordo 2.
Catechetica 55, 246.
Catholicae sententiae ap. Russos 292,
 306.
Catholicismi defectus 228, 321, 322.
Catholicismi laus. 14.
Catholicus in Polonia 213.
Catholicitas 15–16, 112, 256.
Celsus 221.
Censura librorum 16, 43, 44, 240, 243,
 310.

Censurae ecclesiasticae 240.
Certitudo de contritione 81.
Cessatio ab opera 246.
Christi adventus secundus 53.
Christi baptismus 62.
Christi cena ultima 274.
Christi Cor 256.
Christi condemnatio 16.
Christi divinitas 59, 61.
Christi fuga in Aegyptum 251.
Christi iconographia 55.
Christi incarnationis causa 105.
Christi lotio pedum 47.
Christi magisterium 107.
Christi passio 16.
Christi pueri sapientia 62.
Christi resurrectio 256.
Christi transfiguratio 56.
Christi voluntas 159–178.
Christianiani legenda 89, 371.
Christianismi vis socialis 220.
Chronologia biblica (vitae Domini)
 110–1; 274.
Cisterciensium ordo 2.
Clemens I. 119.
Clemens Alexandrinus 219.
Clemens Velicensis 39, 128.
Clementis (s.) basilica 118.
Cleri eruditio theologica 322.
Cleri negotia saecularia 43, 49, 52,
 319, 322–3.
Clerus Gallicus 224.
Clerus Russiae 240.
Collet 78, 86, 362.
Coloss. 3, 17: 251.
Coloss. 2, 15. 18: 34.
Communismus 224.
Conceptione Immaculata: v. Mariae c.
Concilia 9–10.
Concilia oecumenica 54, 306–7.
Conciliorum auctoritas 11, 317, 328.
Conciliorum compositio 11, 44, 49, 55,
 57, 240, 241, 242, 306, 309, 328–330.
Concilium Arausicanum II. 105.
Concilium Constantinop. I. 224.
Concilium Constantinop. III. 178–197.
Concilium Ephesinum 192.
Concilium Florentinum 216.
Concilium Nicaenum 13.
Concilium Russicum futurum 56, 241,
 278.
Concilium Tridentinum 35, 76, 105,
 285; de gratia 105, 321.
Concilium Trullanum 237, 372.
Concilium Viennense 302–3.
Concupiscentia, quo sensu naturalis 104.
Concupiscentia sitne peccatum 321.
Concursus divinus 104, 206.
Confessio facta non sacerdotibus (monachis) 243; v. Poenit. minister.

- Confessio papae 106.
Confessio prima 246.
Confessio secreta 4, 57, 75, 80.
Confessionis praeceptum 86–8, 307–8.
Confirmationis (sacramento) iteratio 373.
Confirmationis (sacramento) minister 66–7.
Confirmationis (sacramento) materia 91.
Coninck 87.
Conscientia (psycholog.) 308.
Conscientia (ethica) 250.
Consilia evangelica 276–7.
Constantinopolis occupatio (1204) 227.
Constantinopolitana Ecclesia 222.
Constantinopolitani episcopi dignitas 372.
Constantinopolitani patriarchae iura 91, 92.
Contritionis in moriente effectus 284–5, 35.
Contritionis necessitas 361–4.
Contritionis notio 332–3, 337, 338.
Contritionis vis 332–361.
Controversae quaestiones 260, 291, 320; sing. 15, 17–18, 28, 61, 90, 92–7, 102–3, 106, 147–194, 196, 198, 208; 259–273, 273–6; 277, 291, 293, 365–368, cf. *Moralis Latinorum*.
Controversarum quaestionum tractatio 373.
Optorum ritus sacramentalis 367.
Cor 2, 7–8. 10: 27.
Cor 5, 5: 34.
Cor 10, 31: 251.
Cor 10, 4: 26.
Cor 11, 28: 76.
Cor 15, 45–48: 28.
Cor 15, 29: 228.
Cor 4, 6: 27.
Cor 5, 16: 25.
Or Iesu: v. Christi Cor.
Ousin 304.
Orationis ratio 105, 302, 303.
Ouis signum 218.
Osiologia 302.
Olmensis ecclesia 5.
Oiliati 88.
Oriphianus de papatu 90.
Orillius Alexandrinus 117.
Orillius Hierosolymitanus 268.
Orillius Lucaris 276.
Orillius et Methodius 207–9, 251–5, 257.
Orilli (Const.) sepulcrum 118–20.
Orilli et Methodii imago 310.
Oradaev 305.

adianus 131.
aemones 33.
almatiac cleris orthod. 3.

Darwin 231.
Dei nomen quomodo homini conveniat 106.
Dei attributa 369.
Dei auxilium ad actus salutares 104–5.
Dei cognitio 121.
Dei essentia 369.
Dei existentia 59, 212, 226, 369.
Dei immutabilitas 205.
Dei misericordia 288.
Dei natura communicata cum creaturis 105.
Dei simplicitas 369.
Dei unitas 369.
Dei voluntas immutabilis 359.
Deuterocanonic libri 194, 264–273, 372.
Deuteron 25, 4: 25.
Divortium: vide Matrimonii solub.
Dimitrij (Muretov) 53.
Dicastillo 82, 87.
Dispositio ad finem supernaturalem 104, 321.
Dispositio ad gratiam 105.
Doctrina XII. Apost 122.
Diaconissae 224.
Dogmata nova 317.
Dogmatica 17, 54, 61, 63–8, 72–88, 101–4, 110, 168–188, 195, 197, 205, 220, 255, 273, 283–287.
Dogmatum obscuratio 104.
Dogmatum progressio 57, 103, 197, 304, 327–328.
Domitillae MM. 100.
Draper I. W. 245.
Duhoboreci 39.

Ecclesia ac status 89, 245.
Ecclesia et potestas civilis 225, 307.
Ecclesiae apostolicitas 256.
Ecclesiae caput 278–79, 327.
Ecclesiae catholicae merita 245.
Ecclesiacatholicae spiritus: vide Catholicismi def.
Ecclesiae catholicae veritas 256.
Ecclesiae catholicitas: vide Cathol.
Ecclesiae forma 221.
Ecclesiae historia v. Hist. Eccl.
Ecclesiae membra 250, 291, 325.
Ecclesiae notae 256, 291.
Ecclesiae orientalis dissidia 262, 325.
Ecclesiae orientalis defectus 323–24.
Ecclesiae orientalis mutata doctrina et usus 317.
Ecclesiae orientalis praestantia 326.
Ecclesiae orientalis status 317.
Ecclesiacorthodoxae doctrina 291, 324–325.
Ecclesiac Russicac administratio 325; cf. Synodus s.
Ecclesiac Russicac reformatio 15, 36,

- 43, 48, 49, 52, 56, 220, 222, 241, 243,
281—83, 305, 309, 322, 373, 374.
Ecclesiae Russicae status 89, 241, 261,
305, 325.
Ecclesiae unitas 256, 262.
Ecclesiae visibilitas 318, 325.
Ecli 15, 11—12: 105.
Eloquentia sacra: vide *Homiletica*.
Eloquentia sacra Slovenica 255.
Emancipatio feminae 58, 214, 220.
Emigrantes 2.
Encyclica Patriarcharum Orient. (1859)
306.
Eph. 1, 1: 228.
Eph. 1, 16—19: 104.
Ep iclesis 196—97, 260, 373—74.
Episcopi: v. *Metropolitae, Hierarchiae origo*.
Episcopi electio 12, 36, 54, 220, 222, 322.
Episcopi monachi 44, 57, 316.
Episcoporum iura et dignitas 8, 49, 55,
57, 221, 242, 316, 317, 326.
Epistolae theologicae 2.
Eschatologia 29—31, 53; vide *Iustorum s. Spiritus s. inh.*
Esdra 22.
Estius 339.
Ethica 48, 56, 120, 194, 220, 221, 222,
226, 228, 232, 250—51, 276—7, 304.
Ethicae fundamentum 226.
Euagrius 223.
Eucharistia 6, 59, 110, 255, 273.
Euphemius 371.
Eustachiani 223.
Euthymii opera 2.
Evolutio dogmatum; vide *Dogmatum progressio*.
Evolutio religionum 322.
Evangelium S. Pauli 23—36.
Evolutionismus (phil.) 231.
Examen sponsorum 115.
Excommunicatio 34.
Exegetica 17—18, 23—36, 53, 54, 56,
57, 62, 104, 121, 122, 232, 251, 256, 257.
Ezechiel 1: 228.

Fallacia in rebus naturae 303.
Familiarum christianarum associatio 256.
Felicitatis condiciones 323.
Festa Mariae 19.
Feuerbach L. 54.
Fidei actus 57, 242, 257.
Fidei vera notio 321.
Fidei vis ad iustificandum 104, 322.
Fides Christ. 53.
Filaret 102.
Filiatio adoptiva 106.
Filioque (insertum) 198, 208, 370—71.
Filothej 57.
Flavianus 223.

Flavianus Kioviensis 231.
Formae substantiales 303.

Gal. 1, 11: 24.
Gal. 3, 13—19: 26, 29.
Gal. 3, 20: 228.
Gamaliel 24.
Genes. 1, 20, 21: 27.
Genes. 5, 3: 33.
Genes. 13, 15: 26.
S. Georgius 123, 127.
Gerasim Domini metropolita 61.
Glagolitica 90, 123—143, 281.
Glubokovskij N. 105.
Gratia quid significet 104.
Gratia sanctificans ante Christi mortem
100—101; in Adamo 101, 103, 105,
in angelis 101, 105 in homine 105—
106.
Gratia actualis 104—105, 108, 321.
Gratiae actualis necessitas 104—105.
Gratiarum actio publica pro impetrata-
tione 207.
Gratianus 174.
Gregorius IX. 62.
Gregorius XVI. 64.
Gregorius Pacurianus 318.
Guilelmus Paris. 86, 361.
Gumilevskij A. 53.

Habitus regularis 52.
Hadrianus II. 209, 253.
Haeretici v. Ecclesiae membra.
Hagiographia 90.
Hano episc. 254.
Harmenopulus 235.
Harnack 122.
Hebrei: vide *Iudei*.
Hebr. ep. ad: 20—21.
Hebr. 2, 3 21.
Hebr. 7, 1—4 315.
Hebr. 10, 2—8 : 322.
Hebr. 10, 33: 26.
Henricus de Segusio 106.
Hermeneutica 232.
Herodes Agrippa 251.
Hesychastae 369.
Hexaëmeron 53.
Hilarius 79.
Hierarchia occidentalis 230.
Hierarchiae origo 8, 122.
Historia concilior. oecum.
Historia ecclesiae: vide *Cyrillus et Method., Architectura etc.*
Hist. ecclesiae Antiochenae 222.
Historia eccles. antiquae 7—14; 36;
37; 55; 100; 22—221; 221; 231; vide
Concilior. compos.; *Ursacius*.
Historia eccles. Bohemiae 2, 110,
115—118; 209—10; 251—255.

- Ilist. ecclesiae Constantinop. 91, 222.
Ilist. ecclesiae Gallicae 39.
Ilist. ecclesiae Graecae in Italia 225.
Ilist. ecclesiae Grus. 231.
Ilist. ecclesiae Culmensis 5.
Ilist. ecclesiae Latinae in Russia 38.
Ilist. ecclesiae Orient. in Hungaria 250.
Ilist. ecclesiae Orient. in Japonia 37—8.
Ilist. ecclesiae Orientalis in Polonia
44—47.
Historia eccles. Poloniae 5, 6, 7, 213,
214, 215, 228, 280.
Historia ecclesiae Romanae 100; 147—
194
Historia eccl. Russiae 15, 16, 36, 44—
47, 54, 55, 57, 91, 280, 276, 309, 315,
320, 323, 375
Ilist. ecclesiae Ukrainae 248.
Ilist. ecclesiae Vladislaviensis 6.
Ilistoria Iudaica 15, 22; v. Iudei.
Iomiletica 7, 39, 56, 220—21, 230, 233;
245, 255.
Iominis elevatio 105.
Iominis inopia ad salutem 104—105.
Iominis mira proclivitas ad peccan-
dum 104, 105.
Iominis munus redemptorium 105—06.
Iominis natura 303; vide Brutum.
Iominis natura empirica 104.
Iominis natura idealis 104.
Iomo anthropol. (phil.) 56.
Iominum aequalis impietas 105.
Iomo laetus in naturalibus? 103, 321;
vide: Voluntatis aequilibrium.
Illysti 194.
Iomjakov A. 57, 89.
Ionorii I. causa 147—114, 328.
Iosius 360.
Iugo a S. Victore 74.
Iummelauer 227.
Iurter II. 73.
Ius 301, 372.
Iolmogory 320.
Iomjakov 306, 327.

ic. 4, 5: 228.
ic. 5, 12: 121.
icobitarum ritus sacramentalis 367.
 Ianuarii miraculum 58.
Iconographia 54, 55, 118, 210, 310.
Iconostasis 59.
Iea Creatoris vide Creationis ratio.
Ieae innatae 121.
Ieae rerum creatarum 302.
Ierosolymitani patriarchae 280, 276.
Iesuitae 276.
Iesuitae in Alba Russia 213.
Iesuitae in Polonia 213.
Iesuitae in Russia 375.
Iesuitarum moralis 15, 17.
Ignatij ep. 105.
Illustratio 104.
Immortalitas 144.
Incredulitas huius temp. 257.
Index librorum prob. 16.
Indifferentes moraliter actus 250 1,
277.
Individualismus 231.
Infallibilitas ecclesiae 231, 306, 317,
327; cf. Conciliorum auctoritas.
Infallibilitas papae 106; 147—
194, 262—3.
Inkerman 51.
Innocentius III., 227.
Inspiratio 22, 57, 219, 227, 327.
Intensio actuum: vide Actuum intensio.
Intentio ministri 90.
Intentio necessaria recipientis 368.
Introductio in N. T 20—21, 23 26, 194.
Intuitivismus 55.
Ioannes IV. 151.
Ioannes VIII. 209.
Ioannes Chrysost. 60, 276, 222.
Ioannes Dam. 238.
Ioannes Fusienus 227.
Ioannes Nepomucenus 97—100.
Ioannes Nesteuta 233, 239, 372.
Ioann. 13, 4 ss.: 47.
Ioann. 14, 13: 92, 286.
Ioann. 14, 21. 23 : 344.
Ioann. 15, 1—6: 104.
Ioann. 15, 26 371.
Ioann. 16, 12—15 : 371.
Ioann. 21, 15 372.
Ioann. 20, 23 : 75—78.
1 Io 3, 9: 106.
1 Io 4, 7 345.
Ioannis Ev. periodi 123.
Ioannitae 223.
S. Iosaphat Martyr 46, 59, 215.
S. Iosephi (sponsi Mariae) sanctitas
256.
Iosephus Flavius 91, 267.
Iov (mitrop.) 16.
Isaac Syrus 16
Isidori vita 372.
Isidorus Hispalensis 238.
Isidorus metrop. 326.
Iudaci: vide Sionismus.
Iudacorum cultura 318.
Iudeorum reges 53.
Iudacorum vita post exil. 22, 229.
Iudaizantes 223.
Iudas proditor 47.
Iudicium ecclesiast. 43.
Iudicium particularc 92.
Iuramentum 120—121.
Iuris origo 304.
Iurisdictio non unitorum 65, 286, 295—
96.

- Ius civile 51, 120, 220.
Ius eccl. Orient. 40—41, 43, 44, 51, 54,
55, 57, 60, 91, 140, 221, 233.
Ius ecclesiasticum 3, 4, 34, 36, 43, 44,
57, 58, 106, 118, 241, 277.
Ius internationale de papatu 51.
Ius patronatus 246.
Ius regul. Orient. 52.
Iustificatio 29, 320—2.
Iustificationis media 82.
Iustorum sors post mortem 195—96, 364.
Jansenius 74.
Japonia orthodoxa 20, 37..
Japoniae religio 20.
Jülicher A. 346.

Kalendarium Armenorum 375.
Kant 56, 212.
Karloviciense seminarium theol. 250.
Karloviciensis patriarcha 250.
Kazanskij P. 243.
Kioviensis Academia 225.
Kioviensis dioecesis 228.
Kioviensis metropolita 230.
Kioviensis res insignes 229.
Kioviensis synodus 230.
Kormčaja 53.
Kremlevskij A. 75.

Labor (philos.) 227.
Laicorum iura in ecclesia 48, 49, 241,
309, 310, 316; vide Conciliorum com-
positio.
Lamennais 257.
Latomorum secta 58.
Leibnizius 322.
Leo II. 153.
Leo Ep. 78.
Liberalismus 14.
Libertas conscientiae 250.
Libertas scrutandi 327.
Libertas voluntatis 204.
Libri poenitentiales 233.
Lingua ecclesiastico slavica 90, 190—
203, 249.
Linguarum disturbatio 55.
Liturgia 19, 21, 90, 91, 228; vide Ka-
lendarium Synaxarium, Basilicae.
Liturgiae lingua 111—125, 225.
Liturgia orient. reformanda 49.
Liturgia Russica 216—219.
Liturgia Slavjca 90, 117, 198—203,
241, 254, 281.
Liturgiae orient. historia 225.
Liturgiae pompa 231.
Liturgiae unitas 90, 112.
Liturgicorum librorum correctio 326.
Luc 2, 47 62.
Lc. 7, 47 345—7.
Lc 16, 31 : 105.
Lc 18, 13. 14 345.
Lucaris 7.
de Lugo 82, 86.
Lychetus 81.

2 Mach 12, 46 : 280.
Magia 21, 57.
Maior 88.
Makarij (Bulgakov) 330.
Malum 212.
Marc 11, 28—30: 62,
Maria dolorosa 256.
Mariae conceptio immac. 92, 101—4
257, 374.
Mariae cultus 215, 256, 257.
Mariac festa 19
Mariac gratia sanctificans 100.
Mariae perseverantia in bono fuerit
gratia 104.
Mariae usus confessionis 88.
Maronitae 67.
Martyrologium Romanum 253.
Martyrologium unionis 5.
Materialismus 7, 16, 54.
Matrimonii clandestinitas 296.
Matrimonii contemptus 320.
Matrimonii impedimenta 51, 52.
Matrimonii solubilitas 17—18
43, 44, 60—61, 106—7, 120, 215, 322.
Matrimonii unitas 107.
Matrimonium et familia 51.
Mat 2, 13—25: 251.
Mat 3, 13 ss. : 62.
Mat 5, 32 : 17.
Mat 17, 18: 56.
Mat 19, 9: 17.
Mat 19, 21: 277.
Mat 24 : 53.
Mat 26, 26 : 47.
Medina 88, 360.
Melchisedec 315.
Meletiani 223.
Meletij: v. Smotrickij.
Meletius Pegasus 7.
Menini R. 3.
Meritum 321.
Metropolitae 7—14.
Michael s. 256.
Militia 55.
Minskiensis dioecesis 215.
Miracula 58, 69.
Miracula acatholicorum 69—72.
Miraculosae imagines 7, 19, 249.
Misericordia Dei 253.
Missionariorum ars 231.
Missionariorum quaestiones 287.
Misiones christ. 58, 320.
Modernismus 3, 114.

- Mogilevensis ecclesia 375.
Moldavia 55.
Monachi Byzant. 91, 222.
Monachi confessarii 243.
Monasteria orient. 51.
Monasteria Bohemiae et Mor. 301.
Monasteria Bulgarica 3.
Monasteria Littuanica 249.
Monasteria Serbica 250.
Monasteria Russica 55, 228, 305.
Monasteriorum vis socialis 118, 301.
Monasterium Grusicum in Bulg. 318.
Monophysitismus 319.
Monotheletae 159—194.
Montenegrina ecclesia 52.
Moralis 3, 15, 23, 47, 54, 55, 56, 57,
194, 220, 222, 277, 287, 318.
Moralis Latinorum 277.
Moralis V. T. 220.
Moralitas actuū 250—1.
Moriens attritus 283—6.
Mors, status viae terminus 92—4, 106,
284—5.
Mortificationis utilitas: v. Temperantia
Mortis poena 221.
Moscovienses synodi 310, 315—6.
Motiva dissensionis 258—264.
Mt 2, 13—15 : 251.
Mt 11, 25, 104.
Mt 12, 36, 251.
Mundi initium 53.
Muretov: v. Dimitrij.
Mysticismus 16, 48.
Myškinskij uězd 53.
Naščin'skij 21.
Nazareth 4.
Necessitas medii 74.
Necessitas praecepti 74.
Nectarius 307.
Nestoriani 275.
Newman 197.
Nicaenum concilium vide Concil. N.
Nicephorus 235.
Nicetas Novgorodensis 39.
Nicolaus I. 252.
Nietzsche 56.
Nikon patriarcha 217.
Nilus Sinaiticus 62.
Noētica 57, 219, 242.
Noldin 85.
Nomina christianorum 221.
Nominalismus 6.
Nomocanon 41, 61, 233—240.
Nomocanon Ioannis Scholastici 61.
Nomocanon Photii 276.
Nugnus 88.
Obligationis notio 104.
Oecumenicitas conciliorum 11, 242, 306,
325, 328.
Officiorum collisio 277.
Olesnickij M. 22—3.
Oleum infirmorum 65, 91.
Ontologicum argumentum 369.
Opus operatum: v. Sacramentorum
causalitas.
Oratio sacra vide Homilet.
Ordinationes 90.
Ordinis sacramentum 320.
Organismorum formationis principium
301—3.
Orzechowski St. 214.
Oswald 74.
Pacurianus: Gregorius Pac.
Paedagogica 243.
Palaeographica 124.
Palaeoslavica 53, 55, 61—2, 123—143.
Palaeoslavicae litterae 38, 39, 40.
Paludanus 87.
Pannonicae legendae 207.
Papae auctoritas internat. 51.
Paparum potestas unde orta 12.
Paradisi causa 103.
Paradisus 53.
Parusia 31.
Passio carminibus tractata 58—9.
Pastoralis 48, 52, 53, 57, 222—4, 257,
310—14, 319.
Paškov K. 147.
Pater noster 59.
Patriarchae iura 43, 221.
Patriarchatus institutio 13.
Patriarchatus Russ. restit. 15, 57, 240,
279, 374.
Patrologia 62.
Pauli anthropologia 29.
Pauli civitas Romana 318.
Pauli conversio 24.
Pauli eruditio 24.
Pauli eruditio Graeca 317—18.
Pauli eschatologia 29—33.
Pauli Evangelium 23—36.
Pauli virtutes 327.
Pauli vita 327.
Paulus V. 64.
Peccandi consuetudo: vide Hominis
procl. ad p.
Peccata nationalia 304.
Peccata venialia 88.
Peccati remissio 102, 106.
Peccati retentio 75, 80—81.
Peccatum originale 28, 102—3, 321.
Peregrinatio in Terram Sanctam 58,
121—122.
Perfectio christiana 277.
Periodi S. Ioannis Evangelistae 123.
Perseverantiae donum 104.
2 Petr 2, 18. 19: 106.
Petri primatus 47.

- Petri et Pauli imago 100.
Petropolitana academia eccl. 317.
Petrus M. 56.
Pěvnickij V. 233.
Pharisaci 229.
Philipp 2, 6—7: 27.
Philipp. 3, 7 24.
Philo 267.
Philonismus in S. Scr. 21.
Philoponus Ioannes 152.
Philosophia 6, 36, 54, 58, 197, 219,
226, 251.
Philosophia in Russia 231.
Philosophia S. Augustini 211.
Photius 251, 370, 372; vide Nomocanon.
Piette 339.
Pius VI. 64.
Pius X. 48 376.
Platelius 82.
Plato 121.
Platon metrop. 326.
Plebani 117.
Pobědonoscev K. 53.
Poena mortis 221.
Poena temporalis remissio 322, 374.
Poenitentiae sacramenti minister 243,
307.
Poenitentiae sacramenti necessitas 72
—88, 106.
Poenitentiae sacramentum 4, 57, 382;
cf. Absolutionis valor, Confessio.
Poenitentiales libri 233—34.
Polemica cum Orientalibus 7; 258—264;
v. Controv. quaest. tractat.
Politica 48, 232, 318.
Polonorum munus 214.
Porphyrius 221.
Possevinus 294.
Potestas civilis 220.
Praedestination sec. Aug. 212.
Praedestinationis causa 105.
Praemonstratenses 117.
Pragense templum s. Viti 209.
Pragenses veterocatholici 52.
Preces pro heterodoxis 47, 57, 318.
Precum efficacia 94, 205—7. 285 — 6.
Primatus Petri: vide Petri primatus.
Primatus Rom. Pont. 15, 90, 91, 158,
198, 259, 263, 276, 279, 326, 372.
Probabilismus 194, 221, 278.
Processio Spir. S.; vide Spir. S.
Progressionis lex 243.
Prophetae in eccl. ant. 37, 122.
Prophetarum V. T. munus 61.
Propositum non peccandi 349—350.
Protestantes in Bohemia 2.
Protestantes in Polonia 214, 215.
Protestantes in Russia 92.
Protestantismi iufluxus 14, 23, 240,
242, 305, 317, 320, 332.
Psalmi 6, 220.
Ps 21: 255.
Ps 103, 4 319.
Psalmi messianici 255.
Pskov 50.
Psychologia 6, 16, 57, 58, 143 — 5, 242.
Purgatorium 92—7; 248, 280—1.
Quietistae 335—6, 359.
Rabbinismus 34.
Raskol'nikи: vide Veteroritualistac.
Rastislans 252.
Realismus 6.
Rebaptizatio Latin. 90, 279; cf. Bapt.
per infusionem.
Reconfirmatio 373.
Redemptio 29, 53, 55, 321.
Redemptoris notio 102.
Reformatio: vide Protestantes.
Reformatio catholica 2.
Reformatio ecclesiae Russicae: vide
Eccl. R. reform.
Reges Hebraei 53.
Regiminis optima forma 48, 228.
Religionis christianaе origo 16.
Religionis verae criteria 219, 317.
Religiosi (Ordines) 2, 15, 44, 117, 213.
Renan 7.
Responsa ad interrogations 92—94,
283—287.
Resurrectio mortuorum 31.
Reutenebers 41.
Romana ecclesia 56.
Romanos ep. ad. 56.
Rom. 1, 17: 26
Rom. 5, 12: 102, 103.
Rom. 7, 7—10: 28.
Romanus Pout.: vide Papa.
Ruth 244, 249.
Ruthenorum litterae theol. 58 60, 244
—248.
Sacerdotes orientales 65.
Sacerdotium spirituale 330—2.
Sacramenta: vide Intentio, Poenitentiae
s., Confirmat., Unctio inf.
Sacramentarium Gallicanum 195.
Sacramentarium Gelasianum 195.
Sacamenti votum 353.
Sacamentorum causalitas 321.
Sadducei 229.
Salus peccatorum 283.
Salutatio angelica 256.
Samuel Andr. 215.
Sancti Russorum 39, 56
Sapientiae liber 54, 267.
Sardicenses canones 276.
Sasse 82.
Satisfactio: cf. Redemptio.

- javva 56.
cheeben 334.
chismatis historia 38—9, 55 372,
chismatis origo 325, 326, 370, 372.
cholae Italiae eccl. 49.
cholae patriarchatus Cp. 319.
cholae Polonicae reformandae 214.
cholae Russicae ecclesiasticae 44, 49,
50, 52, 240, 242, 243, 309, 316, 319,
323, 330, 332
cholae Serbicae 62.
cholastica 197—8.
cientia media 105.
coton 75.
cripturae s. auctoritas 327.
cripturae s. vis 232.
ectae Russicae 56, 145, 221—2, 305;
vide Duhoborci, Stranniki, Hlysti,
Paškov., Veterorit., Skopey.
eklucyan 215.
elivanov 91.
eminaria 37.
eminaria Russica 3, 242; v Scholae
Russ. e.
emipelagianorum doctrina 104.
eneca 54, 226.
erbica 60, 249
ergiev I. 53.
ergij Ecthesis 178
ergij 105.
idonskij Th. 219.
imiae idea 302.
ionismuš 22.
irach 267.
ixtus IV. 170.
jutaev 147.
kopcy 91.
lavjanophili 89, 325 (refut.).
lavorum antiqua religio 122.
loveni 304.
mirnov S. 75.
motrickij 318.
ocialisni historia 19.
ociologia 19, 18, 54, 214, 226, 245,
246, 315.
olov'ev Vl. 89, 106, 222, 305, 375.
oto Dom. 88.
patii notio 397.
pei virtus 335.
pencer 281.
peranskij M. 48.
piritismus 1.
piritus notio et natura 303.
piritus s. inhabitatio in hominib. 106
ante Christi mortem 100 101, in
Adamo 101; in Angelis 101, 105, con-
iunctio cum peccatoribus 106.
piritus s. processio 90, 106, 109,
208, 259, 370 371.
- Spiritus s., principium eff. naturae di-
vinae in hom. 106.
Sponsi 115.
Stanislaus de Znoyma 110.
Stentrup 82.
Stephani papae martyrium 38.
Stranniki 307, 308.
Strikes v. Cessatio ab opera.
Strossmayer J. 52.
Studia Cyrillo-Meth. 207—209.
Studia theologica 211.
Suarez 78, 81
Supererogatoria opera 276—77,
322; cf. Consilia evangelica.
Supernaturalitas auxilii divini 104—
105.
Supernaturalitas entitativa actuum 104
— 105.
Supernaturalitas finis moralis 104.
Supernaturalitatis notio 105.
Suvorov N. 75.
Suzdalicum monasterium 305.
Symbolum Nic.-Cp 15; 370; cf. Filioque.
Synaxarum Hilandarensis 230.
Synagoga 22.
Syncretismus 304.
Synodi s. licentia in reb. novandis
316—17.
Synodi s. reprehensio 326.
Synodus: v. Concilia.
Synodus s 91, 374.
Šabacensis ecclesia 61.
Ščerbackij metrop 225.
Štundismus 146.
Teichmüller G. 231.
Temperantia 256.
Temporis notio 212.
Tertullianus 3.
Theatrum 240.
Theodorus (Buharev) 241, 309.
Theodorus Studita 238.
Thedosij 317.
Thedosjevščina 317, 320.
Theologiae locus inter disciplinas 211,
245.
Theologiae locus in universitate 211.
Theologiae studia 323.
Theologiae studia augenda 211.
Theologicae scholae: vide Scholae, Va-
rsoviensis acad. etc.
Theophanes patr. Hieros. 230.
Theophanes (Govorov) 37.
Theophanes (Prokopovič) 16.
Theophylactus (Rusanov) 230.
Thomas Aqu. 2, 62, 81, 352.
Thomas Argent. 361.
Tihonravov M. 50.

- 1 Tim. 2, 5: 32.
1 Tim. 8 : 26.
1 Tim. 2, 14 – 15 : 33
Tolerantia 50, 51, 52, 215, 231, 250, 316.
Tolstoj L. 42, 89, 147, 257.
Tourneley 88.
Traditio ecclesiastica 232.
Transformismus 231, 302.
Transsubstantiatio 6.
Trinitas 369.
Trinitatis conceptus 106, 371.
Trullanum concilium 372.
Tutiorismus 194

Unctio infirmorum 63, 68, 91, 364 – 8.
Uniatorum iubilaenum 326.
Unio (eccles.), 15, 194, 198, 215, 258,
263, 278 – 279, 291, 293, 294, 296, 305,
326, 373, 377.
Unionis tentamina 38 – 39, 41, 46, 293,
294, 375.
Unitas ecclesiae 256, 261. matrimonii:
vide hoc.
Unitorum historia 5, 46, 59, 245, 249,
249 – 250, 375.
Unitorum mores 48, 228.
Ursacius Singidunensis 61.
Uspenskij E. 273.
Uspenskij P. 54.
Usurae 3.
- Valachia 55.
Varsoviensis academia religiosa 215.
Vasquez 88.
Vegetarianismus: v. Carnes (mor.)
Velehradensis conventus 287 – 298.
Venceslaus s. 371.
Venceslaus de Rovná 2.
Versio LXX. 267.
Westermayr 339.
Veterocatholici 16, 50.
Veteroritualistae 39, 215 – 19, 245, 316,
317, 319, 375; cf. Bezpopovština.
Vielef 2.
Wild O. 317.
Virtus christianorum 220.
Virtutes theologieae 335.
Visio Dei, quando concedatur v. Iu-
storum sors.
Vladímir 38.
Vladislaviensis ecclesia 6.
Voluntas Christi 159 – 178.
Voluntatis aequilibrium 104.
Voluntatis natura 340.

Zamjatin A. 73.
Zbyněk Berka de Dubá 1.
Zebrzydowski A. R. 215.
Zosimus P. 231.